WARBURG INSTITUTE
FHH 75

Très rare! Brunet.


UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE



WARBURG
18 0227389 6

F
H
H
75


SERVATII
GALLÆI
Dissertationes.
DE
SIBYLLIS
ETC.



SERVATII GALLÆI DISSERTATIONES DE SIBYLLIS, EARUMQUE ORACULIS.

cum figuris æneis.



AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM & Viduam THEODORI BOOM.
cIↃ IↃc LXXXVIII.

SERVATII GALLEI

DISSERTATIONES

DE

SIBYLLIS,

EARUMQUE

ORACULIS.

MAGNIFICIS
AMPLISSIMIS
SPECTATISSIMIS
CONSULTISSIMIS-QUE
VIRIS

D°. RUTGERSIO A BREDA
PROVINCIÆ TRANSISSALLANIÆ
GRAPHIARIO
DILIGENTISSIMO,
REIPUBLICÆ CAMPENSIS
SECRETARIO HONORARIO.
ETC. ETC.

NEC NON

D°. CASPARO HENRICO
LEMKER.
REIPUBLICÆ CAMPENSIS
CONSULI.

ORDINUM TRANSISSALLANIÆ NOMINE
AD CONSESSUM
ILLUSTRIUM AC PRÆPOTENTIUM
D. D. ORDINUM GENERALIUM.
FOEDERATI BELGII.
DELEGATO.
MERITISSIMO.

DIGNISSIMO.
I. U. D. D.
PATRIÆ PATRIBUS,
ORTHODOXÆ RELIGIONIS
PROPUGNATORIBUS
VIGILANTISSIMIS
STRENUISSIMIS.
IUSTITIÆ PATRONIS
ACERRIMIS.
LITERARUM AC LITERATORUM
MÆCENATIBUS
MAXIMIS.
ETC. ETC.
COGNATIS SUIS
DILECTISSIMIS.
HAS
DE SIBYLLIS,
EARUMQUE ORACULIS,
DISSERTATIONES.
L. M. Q.
D. D. D. C. Q.

SERVATIUS GALLÆUS.

MAGNIFICI AMPLISSIMI SPECTATISSIMI CONSULTISSIMI-QUE VIRI

QUorum nominibus hæ Dissertationes noſtræ de Sibyllis, earumque Oraculis, eſſent inſcribendæ, diu deliberandum non fuit, VIRI AMPLISSIMI; vobis enim jure meritoque debentur: ſi enim vel materiam, vel auctorem qui de illa ſcribit, reſpiciatis, certus ſum, vos mecum judicaturos, vobis illas offerri & conſecrari debuiſſe: non enim CONSULTISSIMORUM VIRORUM patiuntur judicia perſpicaciſſima, ut ſibi falſis & fictis Oraculis, (qualia eſſe hæc Sibyllina, hoc libro me demonſtrare confido,) imponi permittant; nimis enim V. V. A. A. effuſe diligitis, vera à Deo data per S. S. Prophetas & Apoſtolos, vaticinia; nimis etiam illa vobis penitus ſunt perſpecta, planeque cognita, quam ut paganarum muliercularum deliriis, aut vafrorum deceptorum inventis & mendaciis, decipi vos, aut orichalcum vobis pro vero auro obtrudi ſinatis: mecum etiam judicatis, ſat ſcio, V. V. A. A. Divina, à Spiritu Sancto dictata & inſpi-

inſpirata effata, hiſce artibus & fraudibus opus non habere, ut Dei cauſa aut Religio promoveatur: ideoque, ſcriptum hoc qualecunque meum vobis ingratum non futurum, certus credo, utpote qui totus quantus in eo operam meam collocavi, ut genuinis, & non ſuppoſititiis Oraculis, homines ad ſanctam Chriſtianorum Religionem permoverentur, ac vos A. A. V. V. plane abhorrere ab illis artibus, quæ piæ fraudes immerito audiunt, (etiamſi bonæ cauſæ favere intendant homines,) plane mihi perſuadeo: has pro modulo meo ſcripto hoc meo retundere anniſus ſum, uti hoc comperietis, ſi oculorum veſtrorum aciem in has diſſertationes intendere dignemini; hinc itaque ſpes mihi affulget, vos æquo & benevolo animo excepturos hoc levidenſe ſcriptum meum, quod cognationis jure vobis deberi ratus ſum: ſi enim ejus auctorem veſtra amicitia condecorare, vobis non ſit grave, uti de illa plane certus ſum, ſinceris & ſæpe iteratis in me documentis, vos non ægre laturos perſuaſiſſimum habeo, Spectatiſſima veſtra nomina huic libro præfigi, ac vos V. V. A. A. ad ejus tutelam contra malevolos, qui nihil bene factum exiſtimant, niſi hoc ipſi præſtiterint, implorari. Probe novi,

Cog-

COGNATI DILECTISSIMI; meliora vobis deberi: perſpectum ſatis habeo, quam curta mihi ſit domi ſuppellex; ideoque exhibere malui quod potui, quam officio gratitudinis plane deeſſe: oportet mola litet, qui nequit Hecatomba. Conatus meos, tanquam animi grati ſignum, benevolo animo vos excepturos, mihi plane polliceor: & ut tanto magis illi vobis arrideant V. V. A. A. hoc leviuſculum meum munuſculum, nominibus veſtris inſignire, & ornare placuit; *Multa* enim, uti vere olim ſcripſit Plinius, *videntur pretioſa, quia Templis dedicata ſunt, alioquin non tanti futura.* Scriptum hoc meum tanti non eſſe faciendum, lubens confiteor; interim tamen dicam cum Ariſtide Sophiſta Adrianæo, Τὰς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς πρέπει καθιερῶν, τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν, hoc eſt: *Decet Templa Diis conſecrare, viros vero eximios librorum dedicatione honorare*: ideoque, ſi omnibus placere non detur, uti & hoc de ſcripto meo non exſpecto, ſaltem vobis placiturum, mea fert opinio: hoc ubi fuero conſequutus, abunde ſatisfactum mihi eſſe profitebor. Cœterum V. V. A. A. Deus Optimus Maximus, ſic voveo & precor, omnigenis benedictionibus, qua Spiritualibus, qua

Corporalibus, abunde vos cumulet; diutissime vos incolumes ac sospites conservet; consilia prosperet; ut hanc, quam summus rerum Arbiter, vobis cum aliis commisit Rempublicam, fœliciſſime, ut hactenus, administretis, ad maximam Dei gloriam, animarumque vestrarum salutem: Harlemi, ipsis Kalendis Decembris, cIↃ IↃc Lxxxvii.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

PRodeunt tandem, Humaniſſime Lector, hæ noſtræ de Sibyllis, earumque Oraculis, Diſſertationes: ſed ſat cito ſi ſat bene: præter exſpectationem noſtram illæ lucem nunc conſpiciunt, ante aliquot annos quidem de hac materia librum conſcribere decreveram, ſed poſtquam quædam jam eſſent parata, animum ſcriptum illud perficiendi plane abjeci, præpeditus quam plurimis negotiis ad munus meum ſpectantibus, & quidem præcipue quod conſcius eſſem, quali nunc vivatur ævo, quo charitas refriguit, & cavillandi ac reprehendendi, ut & mordendi impetus fere omnes, ſaltem multos poſſidet, ideoque conſtitueram ignotus potius latitare quam invidorum, aut malevolorum, in me concitare animos: cum vero nonnullis amicorum meorum innotuiſſet, penes me partem aliquam ſcripti de Sibyllarum Oraculis deliteſcere, ſæpiſſime, ut opus illud pertexerem interpellatus, nullo modo perſuaderi me paſſus ſum, ut votis & conſiliis illorum annuerem, at illi indies me urgere non deſtiterunt, adeo ut obſtinato animo, dilectorum meorum petitionibus

bus reſiſtere indecorum eſſe reputans, tandem benigniores aures præbuerim, præſertim, poſtquam Craſſeti Pariſienſis Jeſuitæ libellum perlegiſſem, quo piis manibus τῦ πάνυ Davidis Blondelli indecenti more, inſultare non erubuit, ac doctiſſimo ejus de Sibyllis ſcripto allatravit: ſi Heros ille, fratricelli hujus tempore ſuperſtes exſtitiſſet, contra illum Loyolita nec hiſcere ne ſufflare ſuſtinuiſſet: verum nunc Lætatur ſe mortuo Leoni potuiſſe inſultare, putavitque neminem ſcripti Blondelliani tutelam ſuſcepturum; ſed ſpe deceptus fuit inani, expertus enim eſt, quid Doctiſſ. D. Marckius S S. Theologiæ apud Groninganos Doctor & Profeſſor, ad ipſius futiles & indoctas obſervationes reſponderit, quibus illum inſanire abunde probavit, ſaltem quidquid ſit, videbit in hiſce noſtris Diſſertationibus, quid illi ſit in contrariam partem repoſitum, & ſi fictitias ejus citationes librorum, nuſquam niſi in ſuo cerebello exiſtentium, poſſit probare, magnus certe erit mihi Apollo: ipſe enim ſuo ſe gladio confodit, dicens p. 204. libelli ſui ſecundæ editionis, exſtare locum illum, quem in libro contra gentiles, aſſeruit ſcripſiſſe Juſtinum Martyrem, cum tamen ipſe p. 61. citarit ex quæſtionibus ad Orthodoxos, & quidem Græce, quod quam concinne factum ſit, Lectori judicandum relinquo, dicit enim librum contra gentes tantum Latine exſtare: Certe hoc illi condonandum eſſe cenſerem, niſi tanto cum faſtu, quaſi omnes libros perlegiſſet, hoc affirmaſſet, verum re bene perpenſa, nec illum ſcriptorem, nec alios plures, quos citat, vidiſſe aut legiſſe, certus ſum, alias enim cum tanta animi fiducia, non commaculaſſet chartam ſuam talibus figmentis, quibus indoctus indoctis imponere fuit anniſus. Vapulat nonnunquam Loyolita, ſed hoc ſibi imputet, rogo: ipſe enim hæreticus, alios hæreſeos inſimulat, Proteſtantes enim pæne ad ſingulas periodos odioſo hæreticorum nomine impetit, quod Jeſuitæ & Caninæ ejus eloquentiæ eſſe πειθήνιον lubens concedo. Carpit etiam pluribus in locis, quaſi Proteſtantes multos ex Canone eraſiſſent libros, cum ipſi oſtenſum ſit, illius criminis Craſſetum eſſe reum, vel ſaltem Catholicos Romanenſes, reſpondeat Jeſuita, illum provoco, ad Biblia illa Belgica quorum in Diſſertationibus mentio eſt injecta, fecerit hoc ad Kalendas Græcas. Certe! potius illi conſultum fuiſſet, ſi tempus ſuum impendiſſet, legendo horas ſuas; aut ſi fatuo illi ſcripto, fabellis refertiſſimo, de S. Maria Virgine conſecraſſet, quam

ut

ut Blondelliana ſcripta arrodere tentaſſet, ſic enim non ſuſcepiſſet refutationem ſcripti, captum ſuum ſuperantis. Satis male apud ſuos audit; quam ut illi peius velim: de hoc autem ſi doceri velit, Diſſertationes has de Sibyllis legat, & videbit quid inſulſis ſuis ſcriptis præſtiterit, teſtibus etiam ſuis, Catholicis Romanis: ſi quid inclementius contra ſe dictum judicat Jeſuita, ipſe ſe priorem inſtigaſſe adverſarium ſciat, & ſi quid quod reponat habet, lubentiſſimè illum audituri ſunt viri literati, modo non tam acri & bilioſo ſtylo, uti D. Marckium momordit, reſcribat: polliceor autem ego, ſi illo quo contra alios modo ſe oppoſuit, aliquid regerat, nihil reſponſi illum recepturum, politioris vero ſe eſſe ingenii, quam ut illud committat profitetur, ſtet ſaltem ſuis promiſſis; ſe nempe nolle arrodere aut dentibus laniare: rationibus ejus, ſi quas in ſcriptis ſuis, argumentis ſolidis hactenus deſtitutis, deinceps habeat, reſpondebitur, ſed rogatur ne fugiat aut latibula quærat, cum ipſi ad objecta inſolubilia argumenta erit reſpondendum, de Juſtino Martyre ſcilicet aliisque: illi enim & aliis, libros attribuit in quibus, talia, quæ nunquam ab illo aut aliis, fuerunt litteris mandata: quid autem hoc opere fuerit præſtitum, ab aliis quam à me narrari, malo. Plurima hiſce Diſſertationibus noſtris inſerta ſunt Veterum de Sibyllis Teſtimonia, quod ex induſtria factum fuit, ut contradiceretur Socino aliisque; qui omnia illa; quæ apud Veteres leguntur de Sibyllis, ad fabulas referunt. Exiſtimant enim nunquam inter Gentiles tales Sibyllas fuiſſe repertas: ego vero ſic judicandum eſſe cenſeo, exſtitiſſe quidem olim Sibyllas quæ Reipublicæ Romanæ fata, ſuo modo prædixerunt, alioquin toti Hiſtoricorum Choro eſſet repugnandum; attamen multa ſuppoſititia ſub illarum nomine in vulgus fuiſſe diſſeminata, etiam hoc paganis ipſis confitentibus, mea eſt opinio: at vero tales inter gentiles inventas fuiſſe Prophetiſſas, quæ Spiritu Divino actæ, de Chriſto venturo, de ejus morte & judicio extremo, aliisque Chriſtianæ Religionis Myſteriis, Vaticinia ſua pronuntiarunt, hoc nullus credo, imo non poſſe à quoquam pie credi, ſtatuo & judico: uti & hoc abunde Diſſertationibus hiſce probaſſe me, perſuaſum habeo. Ab aliis etiam in quibusdam diſcrepo ſubinde, judicans amice licere ab alio diſſonare, modo S S. Scripturis nulla fiat injuria, aut indecorum in modum torqueantur vere Divina Oracula. Non-

nulla Typographica irrepsisse σφάλματα, me invito, & in alia civitate ab Amstelodamo dissita degente, non diffiteor, sed non esse tam spissa, quin illa benevolus Lector, facile, sic rogatur, possit emendare, hoc etiam Lectorem benignum monitum volo, ut si effigiem nostram conspiciens, in nomine meo nonnullas detegat literas duplicatas, hoc factum fuisse, ut ætatem vitæ meæ, ex duplicatis numeralibus deprehendat, & dignoscat me natum esse hujus seculi anno 1627. Vale Lector benigne, ac conatus hos meos de Sibyllinis, æqui bonique consule.

In

In Effigiem

SERVATII GALLÆI.

SIc oculos frontemque refert Gallæus & ora,
Præconum ſacri non levis umbo Chori
Et ſua conveniunt cunctis, ſi nomina rebus,
Fauſto conveniens, omine nomen habet.
Dicitur Hebræis Gallè qui Myſtica pandit,
Et circumfuſis erum ex tenebris.
Hic docet arcano quæcunque volumine Moſes,
Quæque Prophetarum Bibliotheca capit.
Perſonam fictis ſed detrahit ipſe Sibyllis,
Inducitque ſuo carmina falſa ſtylo.
Hujus opus, Vatis Cumææ, vincet arenas,
Et vivet ſeclis innumerabilibus.

Stephanus le Moine.

Viro

Viro Doctissimo

D^o. SERVATIO GALLÆO,

Pastori Ecclesiæ quæ colligitur Harlemi, Gallo-Belgicæ fidelissimo, in Oracula Sibyllarum indaganti.

Eloruit ante Dei, ut fertur, Natalia Jesu,
Hæc Vatum *dicax, atque vetusta* Decas;
Christus *&* Augustus *cum limina clausit uterque,*
Jani *posterior, sed prior &* Satanæ.
Quid ficti pravique tegant hæc vela Sibyllæ,
Persica *quid valeat, quidve* Erythræa *canat.*
Quanti sit pretii facienda Amphrysia Vates,
Gallæana *bilanx ponderat, atque probat:*
Quæque decem cura servabat Roma *virorum,*
Horum præcellens arbiter unus erit.
Eructans Græco *quod* Delphica *sibilat ore,*
Gallæi *docte hoc lingua* Latina *negat:*
Sicque Sibyllini *reseratur Janua ficti,*
Sacratoque decus redditur Eloquio.

Samuel Gruterus.



SERVATIUS GALLÆUS ROTERODAMENSIS BATAVUS.

Heús! GALLÆVS hic eſt, procúl hinc tot Dæmonis artes.
Ficta Sibyllarúm, tempora fata, fides.
Una Via eſt; Nihil Orcus habet: Vir Strenúus anteit
Dúm Gallo-Batavos. Servat alitq; Fide.

SERVATII GALLÆI DE SIBYLLIS EARUMQUE ORACULIS DISSERTATIONES

CAPUT PRIMUM.

BREVIARIUM.

Etymologia ac derivatio nominis Sibyllæ. Esse dictionem Hebraicam refutatur. Michaël Neander notatus. Suidas putat esse vocem Romanam. Est vox Græca. Nonnulli putant esse vocem compositam. Sibyllam non posse dici Dei consilium ostenditur. Esse dictionem simplicem cum D. Salmasio existimat Author, ac vulgaris opinio rejicitur. Lactantius aliique opinantur omnes Fœminas vates à Veteribus Sibyllas fuisse nuncupatas. Suidæ opinio de Sibyllæ nomine Fœminis olim dato. Rhodigini sententia solam Phrygiam proprio nomine Sibyllam fuisse vocatam. Prophetissis Divino Spiritu afflatis, nomen Sibyllæ non esse tribuendum, ostenditur. An Mirjam Deborâ sit antiquior? Gentiles putarunt omnes Fœminas Fatidicas fuisse dictas Sibyllas. Josephus refutatus. Nunquid ad fabulas sit referendum quidquid de Sibyllis memoriæ prodiderunt Veteres? An ad emblemata? An una eademque Sibylla pro varietate Loci ubi degit nomen sit sortita?

Teſtimonia Græcorum & Latinorum Scriptorum quibus probatur olim exſtitiſſe Sibyllas. Patres multi huic opinioni favent. Beverovicius refutatur. Loci Joëlis cap. 2. vers: 28. 1. ad Corinth. cap. 11. vers: 5. Act. 21. vers: 9. explicantur. Diabolus poteſt multa prædicere. De Puella Act. 16 Plurimæ aliæ Fœminæ quæ pro Prophetiſſis fuêre habitæ. Fœminis & Viris donum Prophetiæ, fuiſſe conceſſum. Fœminæ pro Sanctis habitæ. Mauri Fœminis ſolis Prophetiæ donum tribuunt ac inde pro Sanctis habuerunt. Teſtimonium Plutarchi ſanctas inde vocantis. Fœminæ Cymbrorum ex ſanguine & inteſtinis captivorum prædictiones inſtituerunt. Fœminæ inter Paganos Divinatione celebres. De Fœminâ prophetante de Juliano. Mulieres prophetandi arte celebres, & cur diabolus illis ſit ùſus. Prophetiſſæ apud Paganos pro virginibus habebantur. Virginitas magno in pretio apud Paganos. Pœna maxima impudicis imponebatur apud Gentiles. Virginum Veſtalium impudicitiâ commaculatarum pœna. Hieronymus de Virginitatis merito. Hieronymus refutatur. Sibyllæ Virginitatis puritate Donum Prophetiæ non fuêre meritæ. Error Sixti Senenſis, Baronii, ac Cornelii à Lapide. Sibylla ſe fuiſſe meretricem ac adulteram fatetur, ac fuiſſe maritatam. Socinus refutatus. Livius de Sibyllis multa commemorat. De numero Sibyllarum. Nonnulli unam tantum fuiſſe Sibyllam crediderunt. Alii dualem numerum foverunt. Tres, alii numerant. An Livius tres tantum agnoverit Sibyllas? Livius unam tantum agnovit Sibyllam. Livius explicatur. Alii quatuor fuiſſe Sibyllas, perhibent. Alii Sexenarium numerum ſtatuunt. Alii Denarium numerum aſſerunt, ut Lactantius, ac Iſidorus Hiſpalenſis, &c. Lactantius emendatus. Iſidorus à Lactantio diſcrepat. Suidæ de Sibyllarum numero ſententia. Pauſaniæ methodus enumerandi Sibyllarum numerum. Juſtini Martyris de Sibyllarum numero ſententia. Iſidorus notatus. Suidas ſibi contrarius. Varia Sibyllarum enumeratio. Denarius Sibyllarum numerus à multis receptus. Sibyllarum numerus eſt incertus.

DE Sibyllis acturi ab Etymologia ac derivatione nominis inchoabimus: nam ut recte Theodoretus Dialogo II. cap. III. ἵνα διάλεξις ἀκωλύτως πεῤῥαίνῃ, καὶ μηδὲν τῶν ἀμφιβαλλομένων μεταξὺ ζητούμενον διακόπῃ τὸν λόγον, δεῖ δυσεινεῖς γενέσθαι τῶν ὀνομάτων τὰς σημασίας, *ut diſcurſus ſine impedimento procedat, & nulla ambiguitas, explicationi interjecta, retardet ſermonem, oportet no minum ſignificationes planas fieri.* Hebræam eſſe dictionem

nem ſunt qui contendunt. *Peucerus de Divinatione*, *m. p.* 263. Delrio diſquiſit. Magicar. Lib. IV. cap. II. quæſt. VI. Sect. I. & Michaël Neander p. m. 517. contra Judæos. Aliique quos omnes referre, ut non magni operis, ſic haud magnæ eſſet utilitatis. Volunt itaque Doctores nominati, ab Hebræo קבל derivari Sibyllæ vocem, quod equidem non video, quibus machinis talem extundere poſſint Etymologiam: an ideo quia קבלה *cabbala* Talmudicis aliquando ſignificat doctrinam aut verba Prophetarum? ut in halicoth olam cap. 1. & 2. vocantur דברי קבלה quia Prophetias à Spiritu Sancto acceperunt viri Sancti, an ideo, inquam, Mulieres illæ apud Paganos Prophetiſſæ dictæ, Sibyllarum nomen ſunt ſortitæ? vel quia *cabbala* doctoribus Hebræis eſt doctrina de rebus Divinis, & Cœleſtibus, an id circo quod Sibyllæ res tales tractent, vel Oracula fundere videantur à voce Hebræa קבלה vel קבל Sibyllæ nomen habent? hoc ut credam ego nullus adduci poſſum: ſcio equidem Michaëlem Neandrum loco ſuperius laudato, hoc ita docere quod קבל ſignificat accipere, & Sibyllas ita dictas eo quod doctrinam, Oracula, & prædictiones à Deo acceperint. Imo S. Paulum alludere ad vocem illam *Cabbala* I. Tim. I. vers: 15. ubi Apoſtolus ſcribit *Fidelis & certus eſt ſermo & omni acceptione* ſeu Cabbala *dignus*, *quod Chriſtus venit in mundum ut peccatores ſalvos faceret*, quaſi diceret ſi ullum eſt Cabbaliſticum dogma fide dignum ac indubitatum, hoc eſt quod ex Patrum traditione ac horum concionibus, vel, ut alii exiſtimant, à Deo Oracula acceperint. Videamus quam eleganter hæc extundatur Etymologia. Primum ק in ſ mutari deberet: ב unum elidendum & ל adjiciendum eſſet; quis non videat Etymologiam illam nimis eſſe violentam, ideoque merito rejiciendam? præterea nullam novimus Sibyllam Hebraicam quidquid Suidas in voce Σίβυλλα dicat, ut Hebræo nomine inſigniri neceſſum fuerit. Si porro hac arte uti velimus poſſemus potius à voce סבל *portare*, *ferre*, etymon acceſſere, & ſic dictam Sibyllam, quod Dei Oracula, conſilia ferret: ſed hoc non ſolidiori niteretur fundamento quam iam dicta Etymologia. Suidas in voce Σίβυλλα dictionem illam Romanam eſſe perhibet, Σίβυλλα, Ρωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν ἑρμηνευομένη προφῆτις, ſed rationem aſſertionis non addit: hariolari nequeo quibus motus argumentis, Scriptor alias optimus hæc ſcribat: maxima Doctorum virorum turba Græcam eſſe vocem docet: compoſitam plerique, ſimplicem eſſe contendunt nonnulli. Sententiarum diverſitatem perpendamus. Σίβυλλα quaſi Σιῦ βυλὴ *Dei plena*

Diodorus Siculus lib. 4. cap. 6. p. m. 187. ἐνθεαζούσης ἢ αὐτῆς πολλάκις καὶ χρησμὸς ἀποφαινομένης φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν. τὸ γὰρ ἐνθεάζειν καὶ γλῶσσαν ὑπάρχει σιβυλλαίνειν vel ut alii legunt Σίβυλλαν εἶναι, *cum hæc ſæpius Dei Spiritu ferretur, multaque Oracula traderet Sibyllam cognominatam dicunt: Deo enim plenam & Sibyllam eſſe* idem notat. Sic Beckmannus de orig: Lat. ling. in voce *Deus.* & Matth: Martin. lexic: philolog: in voce Sibylla. Idem Martinius de Veritate Div. nat: Jeſu Chriſti p. 296. ex σίω *agito* & βυλλὸς *plenus, refertus*, quod plenæ concitationis & furoris Vaticinarentur, Sibyllæ nomen derivat. La Cerda in commentariis ad III. Æneid: refert, quoſdam exiſtimare, Sibyllas ita dictas idiomate Lacedæmonio, quaſi Thibyllas aut θέβυλλας, ut per Sibyllas ſignentur parvæ quædam Deæ formâ diminuente: Dores & Lacedæmonii Θεὸς vocabant Σιὸς Deos: ſed imprimis hoc nomine Caſtorem & Pollucem indigitarunt. Ariſtoph. ναὶ τῷ Σιῷ ubi Scholiaſtes τὸς Διοσκόρους οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔλεγον Σιὸς vide ſis Xenoph: lib. IV. ἑλλ. &c. Lactantius Firmianus lib. I. Inſtitut cap. 6. ex Varrone dicit, *Sibyllinos libros non fuiſſe unius Sibyllæ ſed appellari uno nomine Sibyllinos quod omnes Fœminæ Vates, Sibyllæ ſunt à Veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine; vel à conſiliis Deorum denuntiandis. Σιὸς enim Deos non* Θεὸς, *& conſilium non* βελὼ *ſed* βυλὼ *appellant Æolico genere ſermonis, itaque Sibyllam dictam eſſe quaſi* Θεοβέλλω. hæc Varronis & Lactantii eſt ſententia, hanc plerique ſequuntur, cum Antiqui, tum Recentiores: Exiſtimant autem nonnulli, eo modo poſſe Deorum conſilium, ſententiam, nominari Sibyllam, quo Simon Magus Act. 8. vers: 10. vocatur δύναμις Θεοῦ non quod eſſet numen ipſum, ſed quod vis Dei in Simone Mago operaretur aut ſaltem operari videretur, ſic Lactantius lib. IV. cap. XV. Inſtit: *exinde maximas virtutes cœpit* (Chriſtus) *operari, non præſtigiis magicis, quæ nihil veri ac ſolidi oſtentant; ſed vi ac poteſtate cæleſti.* Sic Juſtinus Martyr Servatorem noſtrum δυνάμιν τοῦ Θεοῦ vocat ὃ γὰρ σοφισὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ὁ λόγος ἀπεστάλη. Hoc ſenſu Cicero 2. de nat: Deorum, *quidquid magnam utilitatem generi afferret humano, id non ſine Divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque, tum illud quod erat à Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant (ut omnes fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum &c.) tum autem res ipſa in qua vis ineſt major aliqua, ſic appellatur; ut ex ea ipſa vis appelletur Deus. Ut fides, mens, virtus, honor, ſalus, concordia, quorum omnium,*

nium, quia vis tanta erat, ut sine Deo regi non possent, ipsa res Deorum nomen obtinuit. Sic illo sensu Sibyllam Dei consiliariam dici posse affirmant, eo quod Divini consilii gnara, Virtute & Spiritu Dei afflata hominibus Dei consilia, & decreta manifestaret: sed ubi demonstraverimus non fuisse Divinitus inspiratas Sibyllas, uti suo loco probabitur, non putem quemquam creditурum Dei consilium aut sententiam nominandam Sibyllam, si tamen quispiam, Sibyllam Θεῦ βυλὴ esse dicendam, non quod revera esset, contendat, sed quia ab hominibus pro tali haberetur, ad instar Simonis Magi, qui non erat, sed ab hominibus δύναμις Θεῦ dicebatur & putabatur, non repugnamus: modo saltem hoc ex vocis Sibyllæ etymo non fluere, concedat. Ut itaque rem brevibus absolvamus, magis arridet magni Salmasii in notis doctiss. ad Solinum p. m. 80. sententia, verbis ipsis tanti viri, illam exprimere voluimus: Solinus Polyhistor, *hanc Herophilen Erythræa annis aliquot intercedentibus consequuta est, Sibyllaque appellata est de scientiæ paritate.* Ad hæc verba, sic magnus Salmasius, idem vult nimirum quod cæteri Grammatici, Sibyllam dictam esse quasi Σιὸς βυλὴ Dei sententiam aut consilium, quia Æolici Σιὸς *Deos* appellarent id multis modis ineptum, atque etiam falsum. Σίβυλλα simplex nomen est, non compositum. Deinde Σιὸς pro Θεὸς non est Æolicum sed Laconicum. Hesychius, Σιὸς Θεὸς Λάκωνες, eorundem est Laconum Ασάνα pro Αθάνα, at Æoles θ in φ, mutabant, ut θερμὸς φερμὸς unde Latinum *formus* calidus, θύτης φύτης φύτης, inde Latinum *popa*, victimarius. θῆρες φῆρες, θύλις, φύλις, inde *follis*, θηλᾶν, φηλᾶν, à quo Latinum *felare* & sexcenta talia. Præterea nulla Sibylla Æolica, ut hoc nomen ex Æolicis vocibus componi debuerit, nam Cumæa Sibylla, non ex Cyme Æolide, sed ex Italicis Cumis. Postremo βύλλα pro βυλὴ, in hoc nomine nec Æolicum nec omnino Græcum est. Σίβυλλα itaque nomen proprium est diminutivæ formæ, à principali σίβη quod Æolicum est pro σιδη; ut βελφίνες pro δελφίνες, βέλφυς pro δέλφυς, ἡ μήτρα, inde Latinum *vulva*, ἀπὸ τ σίβης Σίβυλλα, ut ἀπὸ τ ἥβης ἤβυλλα: à σηκὸς σηκύλλα, Hesychius: σηκύλλαι αἱ παμείς παιδίσκαι, ab ἥρα Ηρύλλα, prima autem mulier Divinatrix quum Σίβυλλα proprio nomine vocaretur, cæteris postea Mulieribus Vaticinandi arte claris, idem nomen adtributum est, de parilitate scientiæ: ut Viris Bacidis, hanc Doctissimi Salmasii opinionem aliis probabiliorem eique adhærere potius judicamus: Lactantius Firmian: loco supra laudato lib: I: Instit: cap. VI. dicit, *omnes Fœminas Vates à Veteribus Sibyllas mun-*

nuncupatas. eique conſonus Solinus, ut iam ſupra notatum, Euſtath. Homeri Scholiaſtes Ἀρριανὸς φησιν, ὅτι Δάρδανος ἐκ Σάμου τῆς Θρᾳκίας ἐλθὼν, τὰς τοῦ Τεύκρου Βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νήσῳ, καὶ Βάτειαν, καὶ ἐκ μὲν τῆς Νήσου αὐτῷ θυγάτης Σίβυλλα ἡ μάντις, ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες ὅσαι ἐγένοντο μαντικαὶ, Σίβυλλαι ἐλέγοντο, οὐχ ὡς συγγενεῖς αἵματος αὐτῇ οὖσαι, ἀλλὰ διὰ τὴν ὁμοίαν θεοφορίαν τυχοῦσαι τῆς ἐπικλήσεως. *Arrianus tradit, Dardanum cum ex Samothracia veniſſet, Teucri Regis filias ſibi deſponſaſſe, Neſo & Batean dictas, & ex Neſo filiam ipſi natam fuiſſe Sibyllam Vatem: à qua quotquot Mulieres Fatidicæ fuerunt, Sibyllæ dicebantur, non quod ſanguine illi iuncta eſſent, ſed quia ſimiliter Deum paterentur, id nominis ſortitæ.* Suidas dicit omnes Numine afflatas mulieres Sibyllas vocatas. Cælius Rhodiginus lib: XIV. cap. I. dicit Sibyllam Phrygiam ſolam, proprio nomine Sibyllam vocatam: *Dardanus* inquit, *Samothracia relicta venit ad Teucrum Regem, cujus filias duas duxit uxores Batiam & Neſonem: ex Neſone nata eſt filia Fatidica, quæ Spiritu Fatidico & Divino afflata, populis ſciſcitantibus reſponſa de futuris pronuntiabat, nomine proprio dicta Sibylla: quapropter ſummo honore culta eſt in Aſia, propter communicationem quam credebatur habere cum Apolline, qui illi inſpirabat Oracula admiranda.* Sed quo auctore, quibus rationibus motus hæc aſſerat, non refert, ideoque, haud magni momenti eſſe hanc aſſertionem, credimus. Huic autem opinioni contrarius eſt Marc. Antimach. præfat. in Orac. Sibyll: qui omnibus Fœminis Vatibus Sibyllæ nomen impertit, quippe qui illius verbi notionem hanc eſſe autumat, ut ſit idem Sibylla quod Vates, forte Diodor. ſecutus loco laudato. Sed probatione caret hæc ſimplex affirmatio.

Hiſce explicatis, notandum porro, etiam Ethnicis quibuſdam, in genere voce Sibyllæ notari quamvis Fatidicam Fœminam, Deorum conſilia enuntiantem: Servius in III Æneid: Virg. nam Sibylla nomen eſt appellativum omnium Vaticinantium. *Sibylla autem dicitur omnis puella, cujus pectus numen recipit.* Sic ſentiunt Lactant. Divin: Inſtitut. lib. I. cap. VI. Iſidorus Hiſpalenſis Origin: lib. VIII. cap. 8. Peucerus de Divinat: Fungerus in Etymolog: aliique complures, quos omnes recenſere ſupervacaneum eſt: notandum Iſidor: ſuperius laudatum, ſtatuere; quemadmodum Vir omnis prophetans vel Vates dicitur vel Propheta, ita omnem Fœminam Prophetantem Sibyllam vocari, illudque nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli eſſe: hoc ita quidem affirmatum, non vero probatum video; illis hæc ſententia pro-

cui

cui dubio arridet qui Entheas Divinoque ſpiritu afflatas ſtatuunt Sibyllas, cujus opinionis falſitas, ſuo loco, ut diximus, demonſtrabitur. Nobis vero haud ita videtur, improbamuſque illorum temeritatem, qui etiam Sanctiſſimas matronas hoc Ethnico nomine deſignarunt: Onuphrius Panvinius lib. de Sibyllis ſtatuit, Deboram Prophetiſſam cujus mentio eſt facta Iud: cap. IV. com. IV. Sibyllis annumerandam illamque pro omnium antiquiſſimâ habendam, & illi poſſe adjungi Mirjam Moſis Aaroniſque ſororem. Exod. C. 15. vers: 20. ut & Chuldam Prophetiſſam uxorem Schallumi, de qua legimus 2 Chronic. cap. 34. vers: 22. Sed putem virum illum, inſigni fœminas illas affeciſſe injuria, Sanctas Prophetiſſas, Sancto Dei Spiritu actas Oracula vera & laudes veri Jehovæ fundentes & canentes, magicis, diabolico & impuro ſpiritu actis comparando pareſque conſtituendo: an non iniurioſum pariter ac audax facinus, Mulierem energumenam, & quæ neſcia quid effutiret mente alienata, imo quæ ſe meretricem fatetur, ut poſtea notabitur amplius, reputari inter Caſtas Deoque ſacratas Prophetiſſas? ſed non miramur Onuphrium amore pſeudo-Sibyllæ occæcatum, tam fœdè erraſſe, ſiquidem & alium errorem, optimè & doctiſſimè illum annotante D. Blondello, ſcripto conſignarit: nempe Deboram Sibyllarum omnium eſſe antiquiſſimam, dato enim ſed non conceſſo, Mirjam Sibyllis adnumerandam, an non ex *Hiſtoria Sacra* patet Mirjam ferè duobus ſeculis anteceſſiſſe Deboram? Blondellus putat annos centum octuaginta & unum præceſſiſſe Mirjam, Deborâque Antiquiorem dicendam: alii aliter computant, ſed quidquid ſit certiſſimum eſt Deboram non debere Mirja antiquiorem iudicari apertiſſimè ſacro Dei verbo reclamante. Hæc impræſentiarum ſufficiant: forte alibi plura de his dicendi ſuppeditabitur materia. Ut autem ad nominis acceptionem, unde defleximus, revertamur, dicimus ipſis Paganis etiam indefinitè quasvis notari Fœminas Fatidicas, quæ illis in locis ſucceſſiva dederunt Oracula, omneſque Sibyllæ dictæ fuerunt, quo modo Reges quidam Ptolomæi, Abimelechi, Pharaones vocati. Suidas in voce Φαραὼ, ὅτως ἐκαλοῦντο πάντες οἱ Βασιλεῖς Αἰγύπτου, ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραώ. Falſum eſſe puto quod Joſephus lib Antiquitat: 8. cap. 2. tradit, dicens Pharao Regem Ægyptiis ſignificat. Vide Bocharti Phaleg lib. II. cap. XXVI. Magis arridet Suidæ ſententia. Hinc etiam multæ aliæ nationes Reges ſuos nomine ſucceſſivo indigitarunt: Alexandrini Ptolomæos à primo ejus urbis Rege, ut Joſephus loco citato indicat. Paphlegoniæ Reges, Pylænienes

voca-

vocabantur ab antiquo illo Pylæniene cujus Homerus in Bæotia meminit. Cappadociæ plerique dicti fuêre Ariarathes. Thraciæ plurimis Cotys nomen fuit. Parthorum Arſacæ, &c. eo modo omnes Fæminas Fatidicas apud Gentiles dictas Sibyllas autumant nonnulli: quod & valde probabile judicamus & cui ſententiæ non repugnamus: uti ſuperius dicta ſatis indicant. Huic ſententiæ etiam Magnus Salmaſius favere videtur in notis ad Solinum, Scriptori illi adſtipulans qui primam omnium, Sibyllam nominatam, reliquas autem de paritate ſcientiæ ſic dictas credidit. Sunt qui ad puras fabulas referant, exiſtimantes eo modo Fæminas quaſdam Sibyllas nominatas quo & aliæ dictæ fuêre Muſæ, Gratiæ, Furiæ, &c. Hanc ſententiam fovet inter neotericos Socinus, contra Wiekum refut: claſſ. 8. c. 9. qui iſtic loci apertè ſic argutatur *quid nos iubet credere, iſtas Sibyllas revera aliquando fuiſſe?* contendit porro *neminem ipſarum ætati proximum certi quid de illis ſcriptum reliquiſſe aut certam aliquam Hiſtoriam de iis tradidiſſe: imo & Varronem ipſum, & quotquot ante ipſum de Sibyllis una vel pluribus mentionem fecêre, nihil explicati aut certi habuiſſe aut dici poſſe, quemadmodum eorum, quæ commemorantur de illis teſtimonia ſatis apertè indicant:* & mox. *Cum Livius diligentiſſimus Hiſtoriæ Romanæ Scriptor nullam prorſus hujus rei mentionem fecerit meritò pro fabula narrationem iſtam (de Sibylla Cumana quæ Tarquinio ſuos quoſdam libros venales, obtulerit) habitam fuiſſe, habendamque eſſe ſtatuere poſſumus: ita & alias de Sibyllis narrationes, fabulas eſſe, veriſimile eſt: & potius credendum videtur, eas nunquam extitiſſe: aut certè, quæ ipſarum nomine circumferuntur carmina, maiori ex parte conficta eſſe.*

Quid de illis, quæ Ciceronis tempore Romæ aſſervabantur, ipſe Cicero ſenſerit, ex his verbis patet quæ de illis 2. de Divin: ſcripſit: *callidè, qui illa compoſuit, perfecit, ut quodcunque accidiſſet, prædictum videretur, hominum & temporum definitione ſublata.* Ex quibus intelligitur, eum pro certo habuiſſe, non Sibyllam aliquam: ſed quempiam alium verſus illos compoſuiſſe; idque tanquam ſi eſſet Vates, cum tamen revera non eſſet: hactenus Socinus ſic adnotante Chriſt: Becmanno. Huic Socino poſſent & alii adnumerari, verum hæc tanti non iudicamus, ut hiſce inhæreamus, & lectorem remoremur. Sed hæc ſententia quamvis ſuis rationibus fulta videatur nobis erit refutanda ubi de Sibyllarum exiſtentia, an unquam fuerint, nobis agendum erit. Nos equidem hoc pro certo ſtatuimus, fuiſſe quidem olim apud Paganos, nonnullas Fœminas fatidicas dictas, & à multis pro energumenis & diabolico Spiritu

nâ

actis, quæ res quasdam de cultu & superstitiosa Gentilium Deorum Religione aliaque conscripserint, fuisse habitas: sed hæc quæ nunc hominum in manibus versantur carmina, pro illis famosis & adeo decantatis Oraculis, habenda esse: *omnino* negamus & pernegamus: & Deo dante, octo illos Sibyllinorum versuum libros, esse à quopiam impostore conscriptos, hominibusque pro Oraculis Sibyllinis obtrusos, luce meridiana clarius, Deo dante, demonstrabimus. Sunt etiam qui ad Emblemata referunt: qua de re videndus Peucerus de Divinat. pag. 264. &c. Non desunt qui unam tantum Fœminam Fatidicam inter Gentiles repertam statuunt, illamque multa vatis instar prædixisse, nomenque pro varietate & diversitate loci ubi culta & consulta fuit, Erythræam quia Erythris, Persicam quia in Persia, Cumanam, quia Cumis consulta aut vaticinata sit, sortitam fuisse: Eo modo quo unus idemque Jupiter, Ammonius, Olympius &c. Apollo, Thymbræus, Delphicus, Clarius, Cynthius, &c. Quamvis autem haud difficulter concederemus post Solinum, unam tantum fuisse Sibyllam, inde tamen non sequeretur unam eandemque Sibyllam in tam diversis locis consultam fuisse, aut Oracula dedisse. Est enim Sibylla Erythræa, Persica, Cumana (id est Italica) Libyca, Delphica, Hellespontica, &c. An omnibus illis in locis habitasset Sibylla? ego saltem hoc ut credam adduci *non possum. Ideoque credere malim, primam omnium*, Sibyllam quidem dictam, cæterasque inter Paganos, Fœminas Pseudoprophetissas, de parilitate Scientiæ *Sibyllas* dictas. Et quando de Sibyllis nunc agimus, intelligimus, de Fœminis quibusdam, apud gentiles, propter Oracula, quibus plurimas res futuras indicarunt celeberrimis: talesque nonnullas exstitisse quondam, nobis nunc probandum incumbit: nam ad Fabulas, ad Emblemata, &c. eas referre, hoc est, maximæ Antiquitatis parti, & Historiæ contradicere, quod non adeo temere faciendum sine necessitate summa. Putamus ergo, liquido constare *tales olim* fatidicas Fœminas extitisse, sive fuerint Divinæ sive Diabolicæ, *sive* Melancholicæ, hoc nunc non disputamus: primo Constat ex Scriptoribus variis tum profanis tum Sacris, Græcis & Latinis, quorum aliquot Testimonia in medium proferre liber.

ΠΛΑΤΩΝ ΕΝ ΘΕΑΓ.

ΣΟΚ. Εἴπις ἂν ἔν μοι πῦα ἐ-

PLATO IN THEAG.

SOCR. Dic mihi, sodes, ec-

πωνυμίαν ἔχει Βάκις τε καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ ἡμέτερος Ἀμφίλυτος, ΘΕΑΓ. Τίνα γὰρ ἄλλον, ὦ Σώκρατες, πλὴν γε χρησμῳδούς.

quo nomine Bacis, & Sibylla, & noſtras ille Amphilytus appellandi ſint? THEAG. Quoniam alio, Socrates, niſi vates vocentur?

ΕΝ ΦΑΙΔΡΩ.

Τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης. ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἵ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τῇ Ἑλλάδι εἰργάσαντο· σωφρονοῦσαι δ', βραχέα, ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν Σίβυλλαν τε καὶ ἄλλους, ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ πολλὰ δὴ πολλοῖς προέλεγον εἰς τὸ μέλλον ὀρθῶς, μηκύνοιμεν ἂν, δῆλα παντὶ λέγοντες.

Idem in Phædro.

Maxima bona nobis contingunt per furorem divino quodam munere conceſſum. nam quæ in Delphis eſt vates, eæque ſacerdotes quæ ſunt in Dodona furore correptæ, multis beneficiis & publice & privatim Græciam affecerunt: mentis vero compotes, exigua aut nulla beneficia eidem tribuerunt. Quod ſi Sibyllam, alioſque omnes qui vaticinio uſi ſunt, ſingulatim vellemus recenſere, quantas utilitates ſagaci illa rerum futurarum ſcientia plurimis attulerint, in re omnibus perſpicua operam tempuſque inſumeremus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ τμήματι λ'. προβλ. α'.

Πολλοὶ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ νοερᾶ τόπου τὴν θερμασίαν (κράσεως μελαγχολικῆς,) νοσήμασιν ἁλίσκονται μανικοῖς, ἢ ἐνθουσιαστικοῖς. ὅθεν Σίβυλλαι, καὶ Βακχίδες, καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες, ὅταν μὴ νοσήματι γίνωνται, ἀλλὰ φυσικῇ κράσει.

Ariſtoteles problematum ſect. XXX. *quæſtione prima.*

Multi etiam propterea, quod ille calor ſedi mentis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico inferveſcunt. ex quo Sibyllæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes qui divino ſpiraculo inſtigari creduntur, cum ſcilicet id non morbo, ſed naturali intemperie accidit.

Idem

Idem in libro de mirabilibus Auſcultationibus.

Cumæ in Italia oſtenditur quoddam (ut videtur) conclave ſubterraneum Sibyllæ fatidicæ: quam diutiſſime vixiſſe, & virginem permanſiſſe perhibent, patria quidem Erythræam, à quibuſdam vero Italiæ incolis Cumæam, ab aliis Melanchrænam dictam.

Diodorus Siculus bibliothecæ lib. IIII.

Thebæ captæ ac dirutæ ſunt. Tireſiæ filiam Daphnen poſtea cum victores cepiſſent, in Delphos voto ſuſcepto miſére oblationem Deo. Ea divinandi artem edocta, in Delphis degens, multo majorem ſcientiam aſſecuta eſt. Itaque natura admirabili duce, plurima ſcripſit varii generis reſponſa. Cujus ex verſibus Homerum poëtam ferunt multa ad ornatum ſui poëmatis ſumpta tranſtuliſſe. Cum hæc ſæpius Dei ſpiritu ferretur multaque traderet reſponſa, Sibylla ab omnibus cognominata eſt. nam plenam deo, & Sibyllam eſſe, idem notat.

Ο αὐτὸς ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.

Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ὃν πολυχρονιώτατον γενόμενον παρθένον διαμεῖναί φασιν, ὅσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τῆς Ἰταλίας καλουμένων Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων μελάγχραιναν καλουμένην.

ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΣΙΚΕΛΟΣ ἱστορ. Βιβλιοθήκης βιβλ. δ'.

Ἐπειδὴ οἱ μὲν ἔκγονοι τὴν πόλιν ἑλόντες διήρπασαν, τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς Δάφνης ἐγκρατεῖς γενόμενοι, ταύτην μὲν ἀνέθεσαν εἰς Δελφοὺς, κατά τινα λόγιον, ἀπροθήνιον τῷ Θεῷ· αὕτη δὲ τὴν μαντικὴν ἐκ πατρὸς λαβοῦσα ἦθος εἰδυῖα, πολὺ μᾶλλον, ἐν τοῖς Δελφοῖς διατρίψασα, τὴν τέχνην ἐπηύξησε. Φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένη, χρησμοὺς ἔγραψε παντοδαπούς, διαφόρους ταῖς κατασκευαῖς. παρ' ἧς φασὶ καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον, κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. ἐνθεαζούσης δ' αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης, φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν· τὸ γὰρ ἐνθεάζειν καὶ γλῶσσαν ὑποφέρειν σιβυλλαίνειν.

ΣΤΡΑΒΩΝ ΒΙΒΛ.

Ἐκ δ' Ἐρυθρῶν Σίβυλλά ἐστιν, ἐνθυσιαστικὴ γυνὴ τὰ δὲ χαίων τις. κατ' Ἀλέξανδρον δὲ ἄλλη ἦν τὸν αὐτὸν τρόπον μανικὴ, καλουμένη Ἀθηναΐς, ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως.

ὁ αὐτὸς βιβλ. ιζ.

Πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τοῦ Ἄμμωνος, τοσοῦτον εἰπεῖν βουλόμεθα· ὅτι τοῖς μὲν ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐντιμος ἡ μαντικὴ καθόλου, καὶ τὰ χρησήρια· νυνὶ δ' ὀλιγωρία κατέχει πολλή, τῶν Ῥωμαίων ἀρχουμένων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς, καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοσκοπίοις, διά τε σπλάγχνων, καὶ ὀρνιθείας, καὶ διοσημείων.

Καὶ αὖτίκα.

Περὶ δὲ τοῦ εὐγενείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν. ἔοικε γὰρ τοιαύτην γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν.

Σίβυλλα μαινομένῳ στόματι, καθ' Ἡράκλειτον, ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν.

Strabo libro XIV.

Erythris nata fuit priſcis temporibus Sibylla, mulier fatidica & divino furore incitata. Alexandri etiam tempore alia fuit ibidem orta, & itidem vates, nomine Athenais.

Idem libro XVII.

Multis a nobis de Ammone dictis, id tantum adijcimus: veteribus & divinationem univerſam, & oracula in ſummo fuiſſe honore: nunc eadem admodum negligi, Romanis in Sibyllæ oraculis & Etruſca divinatione per extiſpicia, auguria, & ſervationes de cœlo, adquieſcentibus.

Et mox.

De generis quidem nobilitate etiam Erythræam Athenaidem effatam ferunt, quæ Erythrææ antiquæ Sibyllæ ſimilis fuerit.

Plutarchus in libro, cur nunc Pythia non reddat oracula carmine.

Sibylla furente ore, ut ait Heracletus, riſus, ornatus & fuci expertia ſonans, Dei beneficio vocem ad cIↃ. annos continuat.

Et

Et paulo poſt.

Similia etiam de Sibyllinis reſpondebam. Nam quum adſtitiſſemus ad ſaxum curiæ vicinum, cui inſediſſe dicitur prima Sibylla quum eo ex Helicone veniſſet, a Muſis enutrita (alii ad Maleonem adveniſſe eam dicunt filiam Lamiæ quæ Neptuno nata fuit) Serapio mentionem fecit verſuum, in quibus ipſa ſeſe celebrans, vaticinandi finem ne morte quidem facturam ſe ait: ſed ſe in luna circumire, mutatam in eam quæ dicitur in luna apparere faciem: ſpiritum autem aëri contemperatum, ſemper omnia ſuo motu editurum: è corpore autem in terra mutato herbas ac materiem exſtituram quibus ſacræ pecudes nutriantur, varios colores, formas, & qualitates viſcerum habentes, unde hominibus futura præmonſtrentur. Hæc quum Boethus aperte derideret, Zous, Ut, inquit, hæc maxime fabularum videantur ſimilia, tamen vaticiniis teſtimonium ferunt multarum Græcarum urbium excidia atque migrationes, multorum barbaricorum exercituum irruptiones, imperiorum e-

Καὶ μετ' ὀλίγον.

Ομοια ἢ περὶ τ Σιβυλλείων ἀπεκρινάμην. Ἐπειδὴ γὰρ ἔσημεν πρ τὴν πέτραν γυρόμενοι τὴν πρ τὸ βουλευτήριον, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζειν τὴν πρώτην Σίβυλλαν ἐκ τ Ἑλικῶνος ἀπαγομένην, ὑπὸ τ μουσῶν τραφεῖσαν, (ἔνιοι δὲ φασιν εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι, Λαμίας θυγατέρα τ Ποσειδῶνος) ὁ μὲν Σεραπίων ἐμνήσθη τ ἐπῶν, ἐν οἷς ὕμνησεν ἑαυτὴν, ὡς οὐδὲ ἀποθανοῦσα λήξει μαντικῆς· ἀλλ' αὐτὴ μὲν ἐν τῇ σελήνῃ περίεισι τὸ καλούμενον φαινόμενον γυμνὴν πρόσωπον, τῷ δὲ ἀέρι τὸ πνεῦμα συγκεραθὲν, ἐν φήμαις ἀεὶ φορήσεται πρ κληδόσιν. ἐκ δὲ τ σωμάτων μεταβαλόντων ἐν τῇ γῇ πόας τε ὕλης ἀναφυομένης, βοσκήσεται ταύτην ἱερὰ θρέμματα, χρόας τε παντοδαπὰς ἔχοντα, πρ μορφὰς, πρ ποιότητας ἔπι τ σπλάγχνων, ἀφ' ὧν αἱ προδηλώσεις ἀνθρώποις τ μέλλοντ. ὁ δὲ Βόηθος ἔτι μᾶλλον ἦν φανερὸς καταγελῶν τ ἐμοῦ Ζώου εἰπόντος, ὡς εἰ πρ ταῦτα μύθοις ἔοικεν, ἀλλ' ἀπίς τε μαντείαις ἐμμαρτυροῦσι πολλαὶ μὲν ἀναστάσεις πρ μετοικισμοὶ πόλεων Ἑλληνίδων, πολλαὶ δ' βαρβαρικῶν στρατιῶν ἔπιφάνειαι, πρ ἀναιρέσεις ἡγεμονικῶν· ταυτὶ δὲ

πὶ πρόσφατα ἢ νέα πάθη πρέπει τε Κύμῃ ἢ Δικαιαρχίαν, ἆρ' ὑμνήσματα πάλαι ἢ ᾄσματα διὰ τῶν Σιβυλλείων ὁ χρόνος ὥσπερ ὀφείλων ἀποδέδωκεν, ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου, ζέσεις θαλάσσης, πετρῶν φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος ἀναρρίψεις, ἢ φθορὰς πόλεων ἅμα τοσούτων ἢ τηλικούτων, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθεῖν ἄγνοιαν εἶναι ἢ ἀσαφείαν ὅπου ποτ' οἰκήσαντο αἱ χῶραι συγκεχυμένης. Ταῦτα γὰρ εἰ γέγονε, πρόδηλα χαλεπόν ἐστι, μήτοι γε προειπεῖν ἀνθρωπίνῃ.

Καὶ αὖθις.

Σίβυλλαι δὲ αὖτε καὶ Βακχίδες ὥσπερ εἰς πόντον ἀπεκμάρτως τὸ χρόνον κατέβαλον, καὶ διέσπειραν ὡς ἔτυχε παντοδαπῶν ὀνόματα καὶ ῥήματα παθῶν καὶ συμπτωμάτων· οἷς γινομένων ἐνίων ἀπὸ τύχης, ὁμοίως ψεῦδός ἐστι τὸ νῦν λεγόμενον, κἂν ὕστερον ἀληθῶς, εἰ τύχοι, γένηται. τοιαῦτα δὲ Βοήθου διελθόντος, ὁ Σεραπίων, Δίκαιον (ἔφη) τὸ ἀξίωμα περὶ τοῦ ὅτως λέγειν Βοήθου ἀορίστως καὶ ἀνυποθέτως λεγομένων· εἰ νίκη στρατηγῷ προείρηται, νενίκηκεν· εἰ πόλεως ἀναίρεσις, ἀπόλωλεν. ὅπου δ' οὐ μόνον λέγεται τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ

versiones. Hæc vero quæ recens apud Cumas & Dicæarchiam acciderunt, nonne pridem Sibyllinis decantata carminibus tempus veluti debens persolvit? eruptionem inquam montani ignis, fervorem maris, saxorum & massarum flagrantium venti vi ejectionem, tot tantarumque simul urbium interitum, ut hodie qui ea loca accedunt, non possint cernere ubinam conditæ fuerint.

Item.

Sibyllæ autem & Bacchiæ tanquam in mare promiscue tempus conjecerunt, & ut in buccam venit disseminaverunt nomina & verba omnis generis eventuum. quorum quædam quum fortuito evenerint, similiter falsum est quod nunc dicitur, etiamsi postmodo verum fiat re contingente. Hæc loquuto Boetho, Vera est, inquit Serapio, hæc sententia de his quæ ita prædicuntur sicut Boethus dixit, indefinite & incerto argumento: puta, si vicit imperator cui prædicta fuit victoria, si urbs deletur cui exscidium prædictum est. Ubi autem non modo quid fu-

futurum sit, sed etiam quomodo, quando, qua occasione, quo auctore, prædicitur: non hoc est conjectatio fortasse futuri, sed certo futuri prædictio.

Paulo post.

Multa nomina videmus ab cognominibus occultari. Herophilam Erythræam, fatidica quod esset, Sibyllam appellaverunt.

Ælianus variæ historiæ libro XII.

Sibyllæ sunt quattuor, Erythræa, Samia, Ægyptia, & Sardiana. Adjungunt quidam sex alias, ut sint omnes numero decem, e quibus Cumæa & Judæa esse feruntur.

Pausanias in Phocicis.

Saxum illic eminet, de quo Sibyllam Herophilen oracula canere solitam Delphi tradidere, quæ cognomine Sibylla nuncupata ab initio fuit. Hanc perinde atque aliam quamvis antiquam fuisse comperi. Filiam Græci Jovis & Lamiæ dictitant: Lamiam ipsam Neptuno genitam, mulierum omnium primam vaticinatam, & ab Afris Sibyllam nominatam. hæc καὶ πῶς καὶ πότε καὶ μεθ' τί καὶ μεθ' ὅτου, ἐκ ἔστιν εἰκασμὸς τ τάχα γενησομένων, ἀλλὰ τῶν πάντως ἐσομένων προδήλωσις.

μεθ' Ηραχύ.

Πολλὰ, ὡς ἔοικε, τ ὀνομάτων ἀποκρύπτουσιν αἱ παρωνυμίαι. Ηροφίλην τ Ερυθραίαν, μαντικὴν γενομένην, Σίβυλλαν προσηγόρευσαν.

ΑΙΛΙΑΝΟΣ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ἱστορίας βιβλίῳ ιβ'.

Σίβυλλαι τέτταρες, ἡ Ερυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Αιγυπτία, ἡ Σαρδιανή· οἱ δέ φασιν, καὶ ἕτεραι ἓξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν, καὶ τὴν Ιουδαίαν.

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ ΦΩΚΙΚΟΙΣ.

Πέτρα δέ ἐστιν ἀνέχουσα ὑπὲρ ταύτης. ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ σεσῶσαν φασὶν εἶναι τὴν χρησμὰς ἐνόμα Ηροφίλην, Σίβυλλαν δὲ ἐπίκλησιν τ πρότερον γενομένην. ταύτην παῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν δύσκον, ὃν θυγατέρα Ελληνες Διὸς καὶ Λαμίας τ Ποσειδῶνος φασὶν εἶναι, καὶ χρησμὰς τε αὐτὴν γυναικῶν πρώτην εἶναι, καὶ ὑπὸ τ Λιβύων Σίβυλλαν λέγουσιν ὀνομασθῆναι.

ἡ

ἡ ἣ Ηροφίλη, νεωτέρα μὲν ἐκείνης, φαίνεται δὲ ὅμως πρὸ τοῦ πολέμου γεγονυῖα καὶ αὐτὴ τοῦ τρωϊκοῦ. καὶ Ελένην τε προεδήλωσεν ἐν οἷς χρησμοῖς, ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς Ασίας καὶ Εὐρώπης τραφήσοιτο ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὡς Ιλιον ἁλώσεται δι' αὐτὴν ὑπὸ Ελλήνων. Δήλιοι ἴσμεν ὑμνων μέμνηνται γυναικὸς εἰς Απόλλωνα. καλεῖ ἴσμεν ἔκ Ηροφίλην μόνην, ἀλλὰ καὶ Αρτεμιν ἐν οἷς ἔπεσιν αὐτὴν, καὶ Απόλλωνος γυνὴ γαμετὴ, τοτὲ μὲν ἀδελφὴ, καὶ αὖθις θυγάτηρ φησὶν εἶναι. Ταῦτα μὲν δὴ μαινομένη τε καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος πεποίηκεν. Ετέρωθι δὲ εἶπε τῶν χρησμῶν, ὡς μητρὸς μὲν ἀθανάτης εἴη μιᾶς τῶν ἐν Ιδῃ Νυμφῶν, πατρὸς δὲ ἀνθρώπου· ὧδε ἔτω λέγει τὰ ἔπη.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαῶσα μέσον θνητοῦ τε θεοῦ τε,
Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατρὸς δ' ἀνθρωποφάγοιο,
Μητρόθεν Ιδογενὴς, πατρὶς δέ μοι ἐστὶν ἐρυθρὴ
Μάρπησσος, μητρὸς ἱερὴ ποταμὸς δ' Αἰδωνεύς.

Ην δὲ ἔτι καὶ ἐν τῇ Ιδῃ τῇ Τρωϊκῇ πόλεως Μαρπήσσου τὰ ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰκήτορες ὡς ἑξήκοντα ἄνθρωποι· ὑπέρυθρος δὲ πᾶσα πρὸς τὸ Μάρπησσον γῆ, καὶ δεινῶς ἐστιν ἀνχ-

vero de qua nunc est sermo, Herophile, illa certe posterior: constat tamen & ipsam ante Trojanum bellum viguisse. prædixit enim ad Asiæ & Europæ perniciem, Spartæ Helenam educatum iri: propter quam futurum esset, ut Ilium everteretur a Græcis. Ejus feminæ hymnorum in Apollinem, Delij mentionem faciunt. Ipsa vero se non Herophilen solum, sed Dianam etiam suis versibus vocat. est ubi uxorem se, & ubi vel sororem, vel filiam Apollinis esse dicit: sed hæc scilicet furens, & divino afflatu perculsa. Alibi vero immortali matre (Idæarum scilicet nympharum una) patre homine se natam dixit, hisce versibus;

Partim ego cetivoro mortali patre creata,
Partim immortali Nympha: me fontibus Ida
Eduxit vitreis, tenuis glebaque rubente
Marpessus matri patria est, fluviusque Aidoneus.

Extant autem adhuc in Ida Phrygiæ Marpessi urbis vestigia, quo loco sunt inquilini circiter LX. Tota est circa Marpessum terra subruffa, & mire torrida. Quocirca quod Ladon amnis

amnis modo ſe ſubter terram abdat, modo rurſus emergat, ac ejuſmodi ſæpius repetitis vicibus poſtremo penitus occultetur, ad Idæ montis naturam arbitror referendum, quod rarum eſt ac pertenue ſolum, & multis cuniculis cavernoſum. Abeſt ab Alexandrea, quæ eſt in Troade, Marpeſſus ſtadia ferme ducenta & quadraginta. Et Herophilen quidem, qui Alexandreæ degunt, Apollinis ajunt Sminthei fuiſſe ædituam: Hecubæ vero ſomnium interpretatam ita ut rei qui vulgo notiſſimus eſt eventum divinarit. Magnam vitæ partem egit hæc Sibylla Sami: ſed Claron etiam, quæ Colophoniorum urbs eſt, venit: venit eadem Delon, & Delphos: ac Delphis quidem, de quo diximus ſaxo vaticinia edebat ſua. Mors ei in Troade contigit: ejus eſt ſepulcrum in Sminthei luco, inciſis columnæ elogiis:

Illa ego ſum Phœbi interpres non vana Sibylla,
Hic quæ marmoreo contineor tumulo:
Vocalis quondam, æternum nunc muta puella,
Heu nimis hæc fati compede preſſa gravi.

χμώδης· ὥστε ϲ τῷ λάδωνι ποταμῷ καταδύεσθαί τε, ἐς τ χώραν, καὶ ἀναφ ́ντι τὸ αὐτὸ αὖθις πάχειν, ἑλϲ ̃ ὃ κ ̀ ἀφανίζεσθ κ ̃ τ γῆς· αὔπιον (ἐμοὶ δοκεῖν) ́σιν, ὅτι λεπτή τε κ ̃ τοῦτο κ ̀ σηραγγώδης ἔσιν ἡ Ιδη. ἀπέχει δὲ Αλεξανδρείας τῆς ἐν τῇ Τρωάδι παραρέουϲα ἡ Μάρπαϲϲ ̃ κ ̀ διακόσια σάδια, Τλὼ ὃ Ηροφίλην ὁϲ ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ, ταύτην νεωκόρον τε ̃ Απόλλωνϲ ̃ γεγράθαι τ ̃ Σμινθέως, καὶ ὅτι τῷ ὀνείρατι τῷ Εκάβης χρῆσαί φασιν αὐτήν, ἃ δὴ κ ̀ ὅτι πεπλεσθένϲα ἴσμεν. Αὕτη ἡ Σίβυλλα ᾤκησε μὲν πολὺ ̃ βίον ἐν Σάμῳ, ἀφίκετο ὃ κ ̀ ἐς Κλάρον τ Κολοφωνίων, καὶ ἐς Δῆλον τε, κ ̀ ἐς Δελφούς. ὅπότε ὃ ἀφίκοιτο, ὅτι ταύτης ἱσαμένη τῆς πέτρας ᾠδε. Τὸ μὲν τοι χρεὼν αὐτῇ ἐπέλαβεν ἐν τῇ Τρωάδι. καὶ τὸ μνῆμα ἐν τῷ ἄλσει τοῦ Σμινθέως ἐϲὶ καὶ ὅτι ϲήλης.

Ἀλλ ́ ἐγὼ ὁ Φοίβοιο σαφηνείς εἰμι Σίβυλλα,
Τῷδ ́ ὑπὸ γαϊνέῳ σώματι πυθομένη.
Παρθένϲ ̃ αὐδάεσσα πάρος, νῦν δ ́ αἰὲν ἄναυδϲ ̃.
Μοίρᾳ ὑπὸ ϲιδαρῇ τῇδε λαχοῦσα πάθει.

Ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷ δ' ὑπόκειμαι,
Μοῖραν ἔχουσ' Ἑκάτῳ τῆς τότ' ἀνακτορίης.

Mercurio tamen & Nymphis ſociata quieſco,
Phœbo, quod fuerim grata, ferens pretium.

Ὁ μὲν δὴ περὶ τὸ μνῆμα ἕστηκεν Ἑρμῆς λίθου τετράγωνον σχῆμα. ἐξ ἀριστερᾶς δὲ ὕδωρ τε καὶ καταρχόμενον ἐς κρήνην, καὶ τῶν Νυμφῶν ἐστὶ τὰ ἀγάλματα. Ἐρυθραῖοι δὲ (ἀμφισβητοῦσι γὰρ τῶν Ἡροφίλης τοῖς θυμόπλοις Ἑλλήνων) Κώρυκόν τε καλούμενον ὄρος, καὶ ἐν τῷ ὄρει σπήλαιον ἀποφαίνουσι, πεπλάσθαι τὴν Ἡροφίλην ἐν αὐτῷ λέγοντες, Θεοδώρου δὲ ἐπιχωρίου ποιμένος καὶ Νύμφης παῖδα εἶναι. Ἰδαίαν δ' ἐπίκλησιν γενέσθαι τῇ Νύμφῃ, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, τῶν δὲ χωρίων τὰ δασέα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἴδας τότε ὀνομάζεσθαι. Τὸ δὲ ἔπος τὸ ἐς τὴν Μάρπησσον, καὶ τὸν ποταμὸν τὸν Αἰδωνέα, τοῦτο οἱ Ἐρυθραῖοι τὸ ἔπος ἀφαιροῦσιν ἀπὸ τῶν χρησμῶν. Τὴν δὲ ἐπὶ ταύτῃ χρησμῳδὸς καὶ ταῦτα, εἰπεῖσαν ἐκ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικοῖς εἶναι, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δημώ, συνέγραψεν Ὑπέροχος ἀνὴρ Κυμαῖος. χρησμὸν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῶν γυναικὸς ταύτης ἐς ἀδὲν εἶχον ἐπιδείξασθαι, λίθου δὲ ὑδρίαν ἐν Ἀπόλλωνος ἱερῷ δεικνύουσιν ἐν μεγάλῃ, τῶν Σιβύλλης ἐνταῦθα κεῖσθαι φάμε-

Juxta ſepulchrum erectus eſt Mercurius è lapide figura quadrangula. Ad lævam aqua in conceptaculum delabitur, ubi Nympharum ſigna ſunt. Erythræi (de Herophile enim hi acerrime Græcorum omnium certant) Corycum montem & in eo antrum oſtendunt, in quo natam Herophilen dicunt. Parentes ejus fuiſſe Theodorum paſtorem indigenam, & Nympham, cui fuerit cognomen Idææ. Cognominis non eſſe aliam rationem, quam quod condenſa arboribus loca Idas tunc homines appellarint. Verſum quidem de Marpeſſo, deque Aidoneo flumine, eximunt Erythræi ex Herophiles carmine. Jam poſt illam, eam quæ fatidica ipſa etiam fuit, e Cumis quæ ſunt in Opicis) & Demó nomine fuiſſe appellatam, Hyperochus vir Cumanus ſcripſit. Ejus tamen feminæ prædictionem omnino nullam Cumani, quam cuiquam oſtenderent, habuerunt: oſtendunt tantum urnulam in Apollinis lapideam, in ea Sibyllæ condita eſſe oſſa dictitantes. Poſt Demó in fatidicarum

carum feminarum numerum conſcripſerunt Hebræi qui ſupra Palæſtinam ſunt, gentilem ſuam, Sabbam nomine, quam Beroſo patre, matre Erymanthe genitam tradunt. hanc alii Babyloniam, Ægyptiam alii Sibyllam vocant. Phaennis vero, hominis in Chaonibus regnantis filia, & Peleæ apud Dodonæos (quas columbas fuiſſe fabulati ſunt) divinarunt illæ quidem, Sibyllæ tamen non fuerunt ab hominibus vocitatæ. Phaënnidis certe neque ætatem inquirere, neque vaticinia colligere eſt difficile: iiſdem enim temporibus extitit, quibus regnum Antiochus capto Demetrio occupavit. Peleadas vero Phemonoë fuiſſe dicunt ætate ſuperiores, & mulierum omnium primas verſus illos decantaſſe:

Jupiter eſt, fuit, atque erit; o bone Jupiter alme,
Quæ tribuit fruges, tellurem dicite matrem.

Stephanus de urbibus.

Gergis, oppidum Trojæ. a qua Gergithia Sibylla, femina fatidica, quæ una cum ſphinge in Gergitiorum moneta expreſſa eſt, ut Phlegon in prima olympiade ſcribit. Ferunt in Gergi-

νοι τὰ ὁσᾶ. Ἐπιγράφη δὲ ἡ ὕστερον τῆς Δημοῦς ὡδὴ Ἐρυθραίοις τοῖς ὑπὲρ τὴν Παλαισίνης γυνὴ χρησμολόγῳ, ὄνομα δὲ αὐτῇ Σάββη. Βηρώσσὸ δὲ εἶναι πατρὸς, ἡ Ἐρυμάνθης μητρὸς φασι Σάββην. οἱ δὲ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σίβυλλαν καλοῦσιν Αἰγυπτίαν. Φαεννὶς δὲ θυγάτηρ βασιλεύσαντος ἀνδρὸς ἐν Χαόσι, ἧς αἱ Πέλειαι ὡδαὶ Δωδωναίοις ἐμαντεύσαντο μὴ ὀκτὼ ἢ αὖ. Σίβυλλαι δὲ ὑπ' ἀνθρώπων οὐκ ἐκλήθησαν. τῆς μὴν τοι δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν ἢ ἐπιλέξασθαι ῥᾴδιον οὐδ' χρησμούς. Ἀντίοχος γὰρ μετὰ τὸ ἁλῶναι Δημήτριον αὐτίκα ἐς τὴν ἀρχὴν καθίσαντο γέγονε Φαεννίς. τὰς Πελιάδας δὲ Φημονόης τε ἔπη πρεσβυτέρας γυναικῶν εἶναι τε καὶ ἔπη.

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἔστι, Ζεὺς ἔσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ,
Ἀ καρπὸν ἄνιε, διὸ κλήζετε μητέρα γαῖαν.

ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΠΕΡΙ πόλεων.

Γέργις, πόλις Τροίας. ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα, ἥτις καὶ τετύπωται ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ σφίγξ, ὡς Φλέγων ἐν Ολυμπιάδων πρώτῃ.

ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τ Γεργιθίε Ἀπόλλωνος, Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον.

Μερπησσὸς πόλις Τρωϊκὴ, ἀφ' ἧς ἡ Ερυθραία Σίβυλλα. λιὸ γὰρ καὶ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρὰ τῷ χρώματι.

thii Apollinis templo, Sibyllæ ſepulchrum eſſe.

Merpeſſus oppidum eſt in Troiæ regione, ex quo Erythræa Sibylla oriunda fuit. erat autem ea urbs ruffa colore.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΣ Ο ΤΟΥ Ομήρε σχολιαστής.

Euſtathius Homeri ſcholiaſtes.

Ἀρριανός φησιν, ὅτι Δάρδανος ἐκ Σάμε τῆς Θρακίας ἐλθὼν, γαμεῖ τ Τεύκρε βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νησὼ καὶ Βάτειαν, καὶ ἐκ μὲν τῆς Νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σίβυλλα ἡ μάντις, ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες ὅσαι ἐμάνθοντο μαντικὴν, Σίβυλλαι ἐλέγοντο, οὐχ ὡς θεὸς αἵματος αὐτῇ ὄσης, ἀλλὰ διὰ τ ὁμοίαν θεοφορίαν, τυχοῦσαι τ ἐπικλήσεως.

Arrianus tradit, Dardanum cum ex Samo Thracica veniſſet, Teucri regis filias ſibi deſponſaſſe, Neſó & Batean dictas, & ex Neſó filiam ipſi natam fuiſſe Sibyllam vatem: a qua quotquot mulieres fatidicæ fuerunt, Sibyllæ dicebantur, non quod ſanguine illi junctæ eſſent, ſed quia ſimiliter Deum parerentur, id nominis fortitæ.

ΣΧΟΛΙΑΣΤΗΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΣ ἐν Ὄρνισι.

Ariſtophanis ſcholiaſtes in avibus.

Σίβυλλαι τρεῖς ἐμάνθοντο, ὧν ἡ μὲν ἐστιν, ὡς διὰ τ ποιήσεως φησὶν, Ἀπόλλων ἀδελφή. δευτέρα δὲ, Ἐρυθραία· τρίτη δὲ, ἡ Σαρδιανή.

Tres fuerunt Sibyllæ: quarum prima ſe Apollinis ſororem in ſuis verſibus dixit: ſecunda Erythræa, tertia Sardiana nominatur.

ΕΡΜΕΙΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ἐν τῷ δευτέρῳ τ εἰς τ Πλάτωνος Φαῖδρον σχολίων.

Hermias philoſophus in ſecundo libro ſcholiorum ad Platonis Phædrum.

Περὶ δὲ τῆς Σιβύλλης ἔτως ἐστὶ θαυμασιὰ λεγόμενα, ὥστε δόξαι

De Sibylla adeo miranda narrantur, ut fabulæ videri queant.

Multæ

Multæ certe Sibyllæ fuerunt, omnes divinandi artem amplexæ. Et ob aliquam forte causam commune nomen Sibyllæ assumpserunt. Perinde ac Mercurius Trismegistus in Ægypto degens sæpe sui dicitur meminisse, seque tertium Mercurium appellasse. Apud Thracas quidem tres Orphei fuisse feruntur. Quapropter & hæ forsitan ob communionem & commonefactionem quandam idem cognomen usurparunt. Quia ipsa quoque Sibylla Erythræa, de qua nunc sermo est, olim Eriphyle vocabatur: quam ajunt recta prodeuntem, ex cujuslibet nomine futura prædicere, carminaque profari; ac brevi tempore ad *hominis* formam redire.

μύθους εἶναι. πολλαὶ μάντεις Σίβυλλαι γεγόνασι πᾶσαν τὸν μαντικὸν ἐλόμεναι βίον. πᾶσαι μέντοι διάλυσα ἴσως αἰτίαν εἴλοντο Σίβυλλαι προσαγορεύεσθαι. ὥσπερ δὴ ὁ τρισμέγιστος Ἑρμῆς λέγεται πολυνάκις ἐπιδημήσας τῇ Αἰγύπτῳ, ἑαυτὸν ἀνεμνήσθη τρίτον κεκλῆσθαι Ἑρμῆν. καὶ τρεῖς δὲ λέγονται Ὀρφεῖς ὠιδοὶ θρᾳκὶ γενέσθαι. ἴσως οὖν καὶ αὗται πέντε τινὰ κοινωνίαν καὶ ἀνάμνησιν εἴλοντο ταύτας τὰς προσηγορίας. ἐπεὶ αὐτήν γε ἡ Σίβυλλα ἡ Ἐρυθραία, περὶ ἧς νῦν λέγω, Ἐριφύλη ἐκαλεῖτο ἐξ ἀρχῆς. λέγουσι δὲ αὐτὴν θύρας προελθοῦσαν, προειπεῖν ἐξ ἑνὸς ἑκάστου, καὶ ἔμμετρα φθέγξασθαι, καὶ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τέλειον εἶδος ἀνθρώπου λαβεῖν.

Suidas.

Sibylla Delphica, etiam Diana dicta, bellum Troianum antecessit, & versibus heroicis scripsit oracula. Pater Sibyllæ Chaldææ Berosus dictus fuit, mater Erymanthe.

Sibylla Apollinis & Lamiæ filia, secundum quosdam autem Aristocratis & Hydoles: ut vero alii tradunt, Crinagoræ: ut Hermippus, Theodori. Erythræa,

ΣΟΥΙΔΑΣ.

Σίβυλλα, Δελφὶς, ἣν καὶ Ἄρτεμιν προσηγόρευον. γέγονε δὲ αὕτη πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔγραψε χρησμοὺς δι' ἐπῶν. ὁ πατὴρ Σιβύλλης τῆς Χαλδαίας Βηρωσσὸς ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς Ἐρυμάνθη.

Σίβυλλα, Ἀπόλλωνος καὶ Λαμίας, κατὰ δέ τινας Ἀριστοκράτους καὶ Ὑδόλης· ὡς δὲ ἄλλοι, Κριναγόρου· ὡς δὲ Ἕρμιππος, Θεοδώρου. Ἐρυθραία,

θραία, ὡς ἐπὶ τὸ πεχθεῖσαι ἐν χωρίῳ τῶ Ερυθρῶν ὁ προσηγορεύετο Βάτθοι. νυνὶ δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολισθὲν προσαγορεύεται Ερυθραί. Τινὲς δὲ αὐτὴν Σικελὴν, ἄλλοι Σαρδάνην, ἄλλοι Γεργήθιαν, ἄλλοι δὲ Ρωδίαν, ἄλλοι δὲ Λίβυσσαν, ἄλλοι Λευκανὴν, ἄλλοι Σαμίαν ἐδόξασαν. Γέγονε δὲ πρὸς χρόνοις τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως, μετ' ὑπὸ ἔτη, καὶ συνετάξατο βιβλία πυῦπα· περὶ παλμῶν, μέλη, χρησμούς· λέγεται δὲ καὶ τρίγωνον εἰδος λύρας αὐτὴν πρώτην εὑρεῖν.

Σίβυλλα, Ἐλίασα, ἔγραψε μαντείας καὶ χρησμοὺς διʼ ἐπῶν.

Σίβυλλα, Κολοφωνία, ἥτις ἐκλήθη Λάμπουσα, ἀπόγονος Κάλχαντος, καὶ αὐτὴ μαντείας καὶ χρησμοὺς διʼ ἐπῶν καὶ ἄλλα.

Σίβυλλα Θετταλὴ, ἡ κληθεῖσα καὶ Μαντὼ, ἀπόγονος Τειρεσίου.

Σίβυλλα, ἡ κληθεῖσα ὑπό τινων Σάρβις, ὑπὸ δέ τινων Κασσάνδρα, ἄλλων δὲ Ταραξάνδρα· καὶ αὐτὴ χρησμούς.

Σίβυλλα Κυμαία, καὶ Σίβυλλα Θεσπρωτὶς, ὁμοίως χρησμούς.

Σίβυλλα Χαλδαία, ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τῆς μακαριωτάτης

thræa, eo quod nata esset in loco Erythrarum, qui Batti appellabatur. Nunc ipse locus in urbis modum exædificatus, dicitur Erythre. Quidam eam Siculam, quidam (Σαρδάναν) Sardanam, quidam Gergethiam, quidam Rhodiam, alii Libycam, alii Lucanam, alii Samiam esse putaverunt. Fuit autem post excidii Troiani tempora annis 483. & hos libros composuit: De palpitationibus, Carmina, Oracula. Dicitur & triangulari forma Lyram prima invenisse.

Sibylla, Elissa, scripsit divinationes & oracula versibus.

Sibylla Colophonia, Lampusa dicta, a Calchante oriunda, & ipsa divinationes & oracula & alia quædam versibus edidit.

Sibylla Thessalica, Manto dicta, a Tiresia oriunda.

Sibylla a quibusdam Sarbis, a quibusdam Cassandra dicta, ab aliis Taraxandra, oracula & ipsa edidit.

Sibylla Cumana, & Sibylla Thesprotia, eodem modo oracula ediderunt.

Sibylla Chaldæa, quæ a quibusdam Hebræa nominatur, & Persica, suo nomine Sambethe dicta, a beatissimo Noe oriunda. De Alexandro Macedone vaticinata est: cujus meminit Nicanor,

nor, qui vitam Alexandri scripsit. Hæc de Domino Christo, & ejus adventu plurima prædixit. Sed & reliquæ cum ea consentiunt, nisi quod hujus libri sunt XXIIII. de gente qualibet atque regione agentes. Quod autem versus ejus imperfecti & vitiosi reperiuntur, non prophetidis culpa est, sed notariorum: qui orationis impetum assequi non potuerunt: aut etiam indocti fuerunt, & imperiti grammatices. Una enim cum afflatu, etiam eorum quæ ab ea dicta essent, memoria desinebat. eaque de causa & versus imperfecti reperiuntur, & sententia claudicans. Aut etiam certo Dei consilio factum hoc est, ne a multis indignis oracula ejus cognoscerentur: aut longum tempus, ut & aliorum multorum, hujus rei causa fuit. Atque etiam obscuritas eorum quæ a prophetide dicta sunt, & crebra librorum descriptio: nihil miri est, si & sententiæ confusionem & versuum perturbationem attulerunt.

Sibyllæ diversis & locis & temporibus fuerunt decem. Prima Chaldæa seu Persica, suo nomine Sambethe. Altera, Li-

Νῶε, ἡ περὶ τ κ Αλέξανδρον τ Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα· ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τ Αλεξάνδρε βίον ἱστορήσας· ἡ περὶ τὸ δεσπότου Χριστοῦ μύθια προθεσπίσασα κ τ αὐτὸ παρουσίας. ἀλλὰ κ αἱ λοιπαὶ συνάδουσιν αὐτῇ, πλὴν ὅτι τούτης εἰσὶ βιβλία κδ περὶ πολλὰς ἔθνας κ χώρας περιέχοντα. ὅτι δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς κ ἄμετροι διέρχονται, ἀπ τ προφήτιδός ἐστιν ἡ αἰτία. ἀλλὰ τ ταχυγράφων, ἀπ συμφθαινόντων τῇ ῥύμῃ τ λόγου, ἢ κὴ ἀπαιδεύτων γραμμάτων κὴ ἀπείρων γραμματικῆς· ἅμα γὰρ τῇ ἐμπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τ λιχθέντων μνήμη· κὴ διὰ τοῦτο διέρχονται οἱ στίχοι ἀτελεῖς, κὴ διάνοια σκάζουσι. εἴτε κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ὡς μὴ γινώσκοιντο ὑπὸ πολλῶν κ ἀναξίων οἱ χρησμοὶ αὐτῆς· εἴτε δὴ κ ὁ μακρὸς χρόνος, ὡς κὴ ἄλλων πολλῶν αἴτιος τοῦτο ὑπῆρξεν. ἀπ μὲν ἀλλὰ κ ἡ ἀσάφεια τῶν ὑπ τ προφήτιδος εἰρημένων, κ τὸ πολυσάκις ἴσως ἀντιγραφῆναι τὰ βιβλία, ἀπ ἓν θαυμαστὸν, ἢ σύγχυσιν τῆς τε διανοίας κ τῶν μέτρων ἐμποιήσεσαν.

Σίβυλλαι γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις κ χρόνοις, τ ἀριθμὸν δέκα. πρώτη οὖν ἡ Χαλδαία, ἡ κ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμ-

Σαμβήθη· δευτέρα, ἡ Λίβυσσα· τρίτη, ἡ Δελφίς, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα· τετάρτη, ἡ Ἰταλική, ἡ ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας· πέμπτη, ἡ Ἐρυθραία, ἡ πρὸ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου· ἕκτη Σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτὼ πρὸς ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης· ἑβδόμη, Κυμαία, ἡ καὶ Ἀμαλθαία καὶ Ἱεροφίλη· ὀγδόη, Ἑλλησποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ Μαρμισσῷ, πρὸς τῷ πολίχνῃ Γεργίθιον· αἳ τῆς ἐνοικίας ποτὲ Τρωάδος ἐτύγχανον ἐν καιροῖς Σόλωνος καὶ Κύρου· ἐννάτη, Φρυγία· δεκάτη, ἡ Τιβουρτία, ὀνόματι Ἀλβουναία. Φασὶ δὲ ὡς ἡ Κυμαία ἐννέα βιβλία χρησμῶν ἰδίων προσενέγκοι Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ, τῷ τρίτῳ καὶ ἕκτῳ Βασιλεῦσι τῶν Ῥωμαίων, καὶ τοῦτα μὲν προσκαύσαι ἔκαυσε βιβλία γ'.

Σίβυλλα, Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις· ὅθεν ἐνὶ ὀνόματι αἱ θήλειαι, μάντιδες ὠνομάσθησαν.

Καὶ αὖθις.

Βρύτιδες γυναῖκες οὕτω καλούμεναι, οἱονεὶ Σίβυλλαι καὶ προφήτιδες· πάσας δὲ τὰς ἐνθουσιώσας Σίβυλλας ἐκάλουν.

ὁ αὐτὸς.

Ἦν δὲ τότε καὶ μάντις Σίβυλλα,

byca. Tertia, Delphica, Delphis nata. Quarta, Italica, quæ (ἐν κύμῃ lego, pro ἐν κιμμερίᾳ)) Cumis in Italia fuit. Quinta, Erythræa, quæ ante bellum Trojanum divinavit. Sexta, Samia, ſuo nomine dicta Phyto, de qua ſcripſit Eratoſthenes. Septima, Cumana, quæ & Amalthæa, & Hieropile. Octava, Helleſpontia, nata in pago Marmiſſo, juxta oppidulum Gergitium (αἳ τῆς ἐνοικίας ποτὲ τρωάδος ἐτύγχανον) quæ aliquando Trojanæ ditionis fuerunt temporibus Solonis & Cyri. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtina, nomine Albunæa. Cumanam tradunt novem libros ſuorum oraculorum obtuliſſe Tarquinio Priſco, Romanorum regi: quos cum ille repudiaſſet, cremaſſe duos.

Sibylla vox Romana vatem ſignificat: itaque omnes fatidicæ mulieres hoc nomine appellantur.

Et iterum.

Brutides mulieres ita dictæ, veluti Sibyllæ & prophetides. Omnes autem numine afflatas, Sibyllas vocabant.

Idem in προμηθεῖ.

Eo tempore (Judicum Hebræo-

brærorum tempore quo vixerunt Proraetheus, Epimetheus, Atlas, Argus) fuit & fatidica Sibylla, regnante apud Ægyptios Pharaone, qui & Taracho dicitur.

βασιλεύοντος παρ' Αἰγυπτίοις Φαραὼ τοῦ καὶ Παραχώ.

Georgius Cedrenus.

Ac regina Sabæ, quæ a Græcis Sibylla dicta fuit, audita Salomonis fama, Hierosolyma advenit, ut proposita quæstione de sapientia ejus periculum faceret. nam & ipsa Sibylla ob ingenii promptitudinem, sapientiamque, & rerum multarum peritiam magni erat nominis. De hac etiam dominus dixit, Ab extremis terræ finibus Austrinam venisse reginam, ut sapientiam Salomonis cerneret.

ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΚΕΔΡΗΝΟΣ.

Καὶ βασίλισσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρ' Ἕλλησιν, ἀκούσασα τὸ ὄνομα Σολομῶντος, ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ πειράσουσα αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι. λῶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ Σίβυλλα πάνυ ἐπ' ἀγχινοίᾳ τε καὶ σοφίᾳ, καὶ πολυπειρίᾳ διαβόητος. ὡς καὶ ἧς καὶ ὁ κύριος ἔφη, βασίλισσα νότου ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, ἰδεῖν τὴν σοφίαν Σολομῶντος.

Statim.

Amasias filius Ioasi regnavit annos XXIX. Hujus ætate Sibylla Cumæa innotuit.

Αὐτίκα.

Ἀμεσίας υἱὸς Ἰωάδου βασιλεύει ἔτη κθ'. ἐπὶ τούτου Σίβυλλα ἡ Κυμαία ἐγνωρίζετο.

Et rursum.

Tunc (tempore Josiæ regis) Sibylla Samonæa innotuit.

Καὶ πάλιν.

Ἐφ' ὧν καὶ Σίβυλλα ἡ Σαμωναία ἐγνωρίζετο.

Paulo post.

Tunc (Darii Astyagis tempore) & in Samo Sibylla innotuit.

Μετὰ βραχύ.

Κατὰ τούτους δὴ τοὺς χρόνους καὶ Σίβυλλα ἐν Σάμῳ ἐγνωρίζετο.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΥΣ ἱστορίᾳ α'. τῶν Γοτθικῶν πολέμων.

Ἐν τῇ Κύμῃ οἱ ἐπιχώριοι τὸ Σιβύλλης δεικνύουσι σπήλαιον. ἔνθα δὴ αὐτῆς τὸ μαντεῖον γεγωνῆσθαί φασιν.

Procopius Cæsariensis lib. 1. *de bello Gotth.*

Cumis incolæ ipsi Sibyllæ speluncam ostendunt, in eaque ferunt illam vaticinatam fuisse.

Ex Latinis Scriptoribus etiam plurima colligere possemus testimonia hæc impræsentiarum sufficiant, vide Opsopæum.

Agathias lib. 1.

Spelunca erat utrinque patentior & profunda, penitissimisque & ampliſſimis penetralibus, voraginibusque immensis in abruptum descenderat. Hanc ferunt Sibyllam Italicensem illam & magnam incoluisse, quæ Phœbo capta, & spiritu divino instincta, petentibus futura prædiceret. Siquidem Æneæ, Anchisæ filio, tradunt se adeunti omnia prædixisse, quæ illi essent in posterum occursura.

Jamblichus ad Porphyrium.

Sibylla in Delphis duplici ratione Deum suscipere solita est: aut enim per tenuem spiritum & ignem, qui alicubi ex ore quodam antri prorumpebat: aut ipsa etiam in adyto sedens super æneam sellam, quæ tripes vel quadrupes foret, numinique dicata, & utrobique divino illo spiritu acta, vaticinia fundebat: itaque cum plurimus ignis ex antro evolans vati undique circumfunditur, eamque suo numine repletam agitat. Aut item sacratæ sedi adhæret, per quam Deo afflata protinus ad vaticinia erumpit.

Cicero de divinatione lib. 1.

Cum duobus modis animi sine ratione & scientia, motu ipsi suo, soluto & libero incitarentur: uno, furente: altero, somniante: furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati, eorum decem interpretes delectos ex civitate esse voluerunt.

Item.

Carent, arte ii qui non ratione aut conjectura observatis ac notatis signis,

gnis, ſed concitatione quadam animi, aut ſoluto liberoque motu futura præſentiunt. Quod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, ut Bacchis Boeotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythræa.

Item.

Terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam.

Idem lib. II. *de divinatione.*

Sibyllæ verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur. Quorum interpres nuper falſa quædam hominum fama dicturus in ſenatu putabatur, eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalvi eſſe vellemus. Hoc ſi eſt in libris, in quem hominem, & in quod tempus eſt? callide enim qui illa compoſuit, perfecit, ut quodcunque accidiſſet, prædictum videretur, hominum & temporum definitione ſublata. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur. Non eſſe autem illud carmen furentis, cum ipſum poëma declarat (eſt enim magis artis & diligentiæ quam incitationis & motus) tum vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis verſus litteris aliquid connectitur, ut *in quibuſdam Ennianis*, quæ Ennius fecit. Id certe magis eſt attenti animi quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo verſu cujuſque ſententiæ primis litteris illius ſententiæ carmen omne prætexitur. Hoc ſcriptoris eſt, non furentis; adhibentis diligentiam, non inſani.

Virgilius lib. III. *Æneid.*

Huc ubi delatus, Cumæam acceſſeris urbem,
Divinoſque lacus, & Averna ſonantia ſylvis,
Inſanam vatem adſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliiſque notas & nomina mandat.
Quæcunque in foliis deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro ſeclusa relinquit:
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verum eadem verſo tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbavit janua frondes:

Nunquam deinde cavo volitantia prendere saxo,
Nec revocare situs, aut jungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.

VI. *Æneid.*

At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane, petit: magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates, aperitque futura.

Mox.

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, cum virgo, Poscere fata
Tempus, ait: Deus ecce, Deus. Cui talia fanti,
Ante fores subito, non vultus, non color unus,
Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: majorque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Jam propiore Dei. ——

Ibidem.

Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obscuris vera involvens. ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

Livius lib. I. *decadis* I.

Evander tum ea, profugus ex Peloponnefo, authoritate magis quam imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo litterarum rei novæ inter rudes artium homines: venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.

Ovidius XIV. *Metamorph.*

Littora Cumarum, vivaciſque antra Sibyllæ
Intrat, & ut manes adeat per averna paternos
Orat. at illa diu vultu tellure moratum
Erexit, tandemque Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, &c.

Et paulo poſt.

Reſpicit hinc vates, & ſuſpiratibus hauſtis,
Nec dea ſum dixit, nec ſacri thuris honore
Humanum dignare caput. neu neſcius erres.
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, elige, ait virgo Cumæa, quid optes,
Optatis potiere tuis: ego pulveris hauſti
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
Tot mihi natales contingere vana rogavi,
Excidit ut peterem juvenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque juventam,
Si venerem paterer. Comtempto munere Phœbi
Innuba permaneo, ſed jam felicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra ſenectus,
Quæ patienda diu eſt: nam jam mihi ſæcula ſeptem
Acta vides, ſupereſt numeros ut pulveris æquem.
Ter centum meſſes, ter centum muſta videre
Tempus erit, cum de tanto me corpore parvam
Longa dies faciet, conſumptaque membra ſenecta,
Ad minimum redigentur onus, nec amata videbor,
Nec placuiſſe Deo: Phœbus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit.
Uſque adeo mutata ferar, nullique videnda,
Voce tamen noſcar, vocem mihi fata relinquent.

Corn. Tacitus annal. lib. IV.

Relatum inde ad patres à Quinctiliano tribuno plebei de libro Sibyl-

læ, quem Caninius Gallus quindecimvir recipi inter ceteros eiuſdem vatis, & ea de re ſenatuſconſultum poſtulaverat. quo per diſceſſionem facto, miſit litteras Cæſar modice tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob juventam: Gallo exprobrabat, quod ſcientiæ cæremoniarumque vetus, incerto auctore, ante ſententiam collegii, non, ut aſſolet, lecto per magiſtros æſtimatoque carmine, apud infrequentem ſenatum egiſſet. Simul commonefecit: quia multa vana ſub nomine celebri vulgabantur, ſanxiſſe Auguſtum, quem intra diem ad prætorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret. quod à majoribus quoque decretum erat, poſt exuſtum ſociali bello Capitolium, quæſitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibullæ; una ſeu plures fuere: datoque ſacerdotibus negotio, quantum humana ope potuiſſent, vera diſcernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimvirum is liber ſubijcitur.

Plinius nat. hiſt. VII. *cap.* XXXIII.

Divinitas & quædam cœlitum ſocietas nobiliſſima, ex fœminis in Sibylla fuit: ex viris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.

Idem lib. XIII. *cap.* XIII.

Inter omnes vero convenit Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attuliſſe ex quibus igni duo cremati ab ipſa, tertius cum Capitolio Syllanis temporibus.

Idem lib. XXXIV. *cap.* V.

Equidem & Sibyllæ ſtatuas juxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet: una, quam Sex. Pacuvius Taurus ædilis plebis reſtituit: duæ quas M. Meſſala.

Solinus Polyhiſt. cap. VIII.

Cumis Sibyllæ ſacellum eſt, ſed ejus quæ rebus Romanis quinquageſima Olympiade interfuit, cujuſque librum ad Cornelium uſque Syllam Pontifices noſtri conſulebant. tunc enim una cum Capitolio igni abſumptus eſt. Nam priores duos Tarquinio Superbo parcius precium

cium offerente, quam poſtulabatur, ipſa exuſſerat. Hujus ſepulcrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem Sibyllam ante Trojana bella vaticinatam Bocchus autumat, cujus verſus plurimos operi ſuo Homerum inſeruiſſe manifeſtat. Hanc Heriphile Erythræa annis aliquot intercedentibus inſecuta eſt, Sibyllaque appellata eſt de ſcientiæ parilitate: quæ inter alia magnifica Lesbios amiſſuros maris imperium multo ante præmonuit, quam id accideret. Ita Cumanam fuiſſe tertio poſt has loco ipſa ævi ſeries probat.

Juvenalis Satyra III.

Laudo tamen vacuis quod ſedem figere Cumis
Deſtinet, atque unum civem donare Sibyllæ.

Satyra VIII.

Quod modo propoſui, non eſt ſententia: verum eſt.
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

In origine gentis Rom.

Addunt præterea quidam, Æneam in eo littore Euxini cujuſdam comitis matrem ultimo ætatis affectam, circa ſtagnum quod eſt inter Miſenon Avernumque extuliſſe, atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius ſinus dicitur. cumque comperiſſet ibidem Sibyllam mortalibus futura præcinere, in opido quod vocatur Cimbarionis, veniſſe eo ſciſcitatum de ſtatu fortunarum ſuarum: aditiſque fatis, vetitum ne is cognitam in Italia ſepeliret Prochytam, cognatione ſibi conjunctam, quam incolumem reliquerat. Et poſtquam ad claſſem rediit, reperitque mortuam, in inſula proxima ſepeliviſſe; quæ nunc quoque eodem eſt nomine, ut ſcribunt Vulcatius & Acilius Piſo.

Ammianus Marcellinus lib. XXI.

Aperiunt nunc quoque ventura quum æſtuant hominum corda, ſed loquuntur divina. Sol enim (ut ajunt Phyſici) mens mundi, noſtras mentes ex ſeſe velut ſcintillas diffunditans, quum eas incenderit vehementius, futuri conſcias reddit. Unde Sibyllæ crebro ſe dicunt ardere, torrente vi magna flammarum.

Martia-

Martianus Capella lib. II. *de nuptiis Philologiæ.*

Alii quoque hujus generis homines in divinandi uſum & præſcientiam procreati, ut Carmentis in Arcadia, ab effuſo per vaticinia carmine memorata. Sibylla, vel Erythrea, quæque Cumana eſt, vel Phrygia: quas non decem, ut aſſerunt, ſed duas fuiſſe non neſcis, id eſt, Erophilam Trojanam Marmenſi filiam, & Symmachiam Hyppotenſis filiam, quæ Erythræa progenita, etiam Cumis eſt vaticinata.

Donatus in III. *Æneid. Virgilii.*

Inſanam dixit vatem, plenam numinis.

Sedemque odere Sibyllæ) Morem dixit Sibyllæ, & quo in loco ſit, & quo ordine ſingulorum deſideriis reſpondeat. Sumit, inquit, folia: illic reſponſa conſcribit, ordinat. & dimittit: veniunt homines, conſiderant folia, & futura cognoſcunt. Sed hoc habet mos ipſe contrarium. quippe ſi ventus implerit fores, & ordinationem foliorum turbaverit, pereunt conſulta, & dubii remeant, qui inſtructi fuerant redituri.

Servius in IV. *eclog. Virgilii.*

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas) Sibyllæ quæ Cumana fuit, & ſæcla per metalla diviſit: dixit etiam, quis quo ſæculo imperaret: & Solem ultimum, id eſt decimum, voluit. Novimus autem eundem eſſe Apollinem, unde dicit: Tuus jam regnat Apollo.

Idem in III. *Æneid. Virg.*

Inſanam vatem alii magnam dicunt: quia duo genera vaticinandi ſunt, aut ſimplex, ut Heleni; aut per furorem, ut Sibyllæ, quia vates à vi mentis appellatos Varro auctor eſt. Sed melius eſt Deo plenam & vaticinatricem intelligamus, a Græcorum tractum etymologia, qui μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας appellaverunt. nam ſupra ſenſus humanos intelligentia, furor & inſania dicitur, teſte Cicerone lib. de divinatione. Huic præſtantiſſimæ rei nomen noſtris à divis, Græci (ut Plato interpretatur) à furore dixerunt, prorſus furoris divinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri arbitrati.

Item.

Item.

Tribus modis futura prædicit; aut voce, aut ſcriptura, aut ſignis: id eſt quibuſdam notis, ut in obeliſco Romæ videmus. Vel ut alii dicunt, notis litterarum, ut per unam litteram ſignificet aliquid. In foliis autem palmarum Sibyllam ſcribere ſolere, Varro teſtatur.

Carmina virgo) Quia ejus reſponſa verſibus ſcribebantur. Virgo vero Phemonoe dicta eſt: nam Sibylla appellativum nomen eſt omnium vaticinantium, adeo ut Varro quot Sibyllæ fuerint, ſcripſerit. Sibylla autem dicitur omnis puella, cujus pectus numen recipit: nam Æoli σιὸς dicunt Deos, βολὴ autem eſt ſententia. Ergo ii Σιβύλλας quaſi σιὸς βολὰς dixerunt. Inde eſt, Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates. Sane ſciendum, omnia reſponſa Sibyllæ plus minuſve centum contineri ſermonibus: unde Vergilius ait, Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum, Unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ.

Idem in VI. *Æneid.*

Bene autem Sibylla quid ſit, expreſſit, Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates. Nam, ut ſupra diximus, Sibylla dicta eſt quaſi σιὸς βολὴ, id eſt Dei ſententia. Æolici enim σιὸς Deos dicunt.

Item.

Deiphobe Glauci) Subaudi filia, & eſt proprium nomen Sibyllæ: multæ enim fuerunt, ut ſupra diximus in tertio, quas omnes Varro in libris Rerum Divinarum commemorat, & requirit à qua ſint fata Romana conſcripta, & multi ſequentes Virgilium, ab hac Cumana dicunt. quæ licet longæva dicatur: non tamen valde congruit eam uſque ad Tarquinii tempora duraſſe, cui libros Sibyllinos conſtat eſſe oblatos. Dicit tamen Varro Erythræam creditam ſcripſiſſe, quia poſt incenſum Apollinis templum in quo fuerant libri, apud Erythræam Inſulam ipſa inventa ſunt carmina.

Ibidem.

Longæva ſacerdos) Sibylla. Hanc Apollo pio amore dilexit, & ei obtulit poſcendi quod vellet arbitrium. Illa hauſit arenam manibus, & longam vitam popoſcit. Cui Apollo reſpondit, id poſſe fieri, ſi Erythræam Inſulam, in qua habitabat, relinqueret, & eam nunquam videret.

deret. Profecta igitur Cumas tenuit, & illic defecta corporis viribus, vitam in ſola voce retinuit. Quod cum cives ejus cognoviſſent, ſive invidia, ſive miſeratione commoti, ei epiſtolam miſerunt, creta antiquo more ſignatam: quæ viſa terra (nam erat de ejus Inſula) in mortem reſoluta eſt. Unde nonnulli dicunt, hanc eſſe quæ Romana fata ſcripſit: quod incenſo Apollinis templo inde Romam allati ſunt libri, unde hæc fuerat.

Ex Patribus multi fuerunt ejus ſententiæ, extitiſſe olim mulieres inter paganos, Sibyllas nominatas, quæ multa prædixerunt & fata cecinerunt.

ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ ΕΝ ΛΟΓΩ Παραινετικῷ πρὸς Ελληνας.

Εσται δ' ὑμῖν ῥᾳδίως τ ὀρθῶ θεοσέβειαν ἐκ μέρους ὥσπερ τ παλαιᾶς Σιβύλλης ἔκ τινος δωρεᾶς ἐμπνοίας θείᾳ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκάσης, μανθάνειν ταῦθ' ἅπερ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τῆς τ προφητῶν διδασκαλίας. παύτην δὲ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆσθαί φασι, Βηρώσσου τ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος δυγατέρα ἔσαν, εἰς δὲ τὰ μέρη τ Καμπανίας ἔκ οἶδ' ὅπως διαβάσαν, ἐκεῖ τὰς χρησμὰς ἐξαγορεύειν ἔν τινι Κυμαίᾳ ἔτω καλουμένῃ πόλει, ἐξ σημαίοις διεσώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θερμὰ τ Καμπανίας εἶναι συμβαίνει. ἐθεασάμεθα δὲ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι καί τινα τόπον ἐν ᾧ βασιλικὴν μεγίσην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἔγνωμεν, πρᾶγμα

Juſtinus in admonitorio ad Græcos.

Perfacile autem vobis erit, rectam Religionem ex parte aliqua, & ea quæ proxime ad Prophetarum accedunt doctrinam, à veteri Sibylla ex afflatu quodam mirifico per ſortes ac reſponſa vos docente percipere. Hanc Babylone ortam, Beroſi, qui Chaldaicam hiſtoriam ſcripſit, filiam ad Campaniæ oras neſcio quomodo perveniſſe ferunt, ubi reſponſa dedit, in urbe cui Cumæ nomen eſt, ſexto à Baiis (qui locus thermas Campanas habet) lapide. Vidimus ſane ea in urbe cum eſſemus, locum quendam, ubi baſilicam ingentem uno fabrefactam ſaxo conſpeximus, rem profecto maximam & admiratione omni digniſſimam: ubi

ubi oracula eam edidiſſe, qui res patrias à majoribus ſuis quaſi per manus traditas acceperant affirmabant. In media autem baſilica nobis illi oſtenderunt tria ſolia ex eodem exciſa lapide, quibus aqua repletis lavaſſe ibi eam, & ſtola ſumpta in penitiſſimam ſe baſilicæ ædem eodem exſtructam ſaxo abdere, atque in media ea æde ſuper ſublimiore gradu & throno conſideri ſolitam, & ſortes ad eum modum promulgaſſe dixerunt. Hujus Sibyllæ tanquam fatidicæ cum permulti alii meminere ſcriptores, tum etiam Plato in Phædro. Mihi certe quidem is videtur, cum in illius vaticinia incidiſſet, vates Divinitate donaſſe. Videbat enim prædictiones ejus ad rem conferri ac proinde admiratione ductus in libro ad Menonem fatidicos laudat, & ad verbum ita ſcribit: Recte profecto Divinoseos appellaverimus, quos modo vocamus fatidicos & vates, nec minus hos etiam (in reipublicæ adminiſtratione verſantes homines) quàm reliquos, atque inſuper eos quoque dixerimus Divinos eſſe, atque numine inſtigari afflatos, nec non à Deo agitari attonitos, qui res multas & magnas recte & vere dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes: mani-

μέγιστον, καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον, ἔνθα δὴ χρησμὸς αὐτῷ ἀπαγγέλλειν οἱ ὡς τὰ πάτρια παρειληφότες ὠδὴ τ ἑαυτῶν προγόνων ἔφασκον. ἐν μέσῳ δὲ τ βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμβὰς ἐκ τ αὐτὸ ἐξεσμβάς λίθε, ὧν πληρεμένων ὕδατος, λέεσθαι αὐτὴν ἐν αὐταῖς ἔλεγον, καὶ στολὴν ἀναλαμβάνεσαν, εἰς τὸν ἐνδόξατον τ βασιλικῆς βαδίζειν οἶκον ἐκ τ αὐτ ἐξεσμβον λίθε, καὶ ἐν μέσῳ τ οἴκε καθεζομβέν ἐπὶ ὑψηλ βήματος καὶ θρόνε. ἔτω δὴ χρησμὸς ἐξαγορδίειν. Ταύτης ἦ τ Σιβύλλης ὡς χρησμῳδ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τ συγγραφέων μέμνηνται, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ. δοκεῖ δέ μοι τοῖς παύτης χρησμοῖς ἐντυχὼν ὁ Πλάτων δὴ χρησμῳδοὺς ἐνθειάζειν. ἐώρα γὰρ τὰ ὑπ' αὐτῆς πάλαι προειρημβα ἔργοις πληρέμβα καὶ διὰ τ τ θαυμάσας ἐν τῷ πρὸς Μένωνα λέγῳ, αὐταῖς λέξεσιν ἐπαινῶν δὴ χρησμῳδές· ἐχ' ἥκιστα Φαῖδρ ἂν τ τ τ θείας εἶναι καὶ ἐνθεσιάζειν ἅπαντας ὅτας, καὶ κατεχομβέν ἐκ τ Θεοῦ, ὅταν καλορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ με-

γάλα πεάγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι, σαφῶς καὶ φανερῶς εἰς σὲ Σιβύλλης ἀφορῶν χρησμός· αὕτη γὰρ ὄχ ὥσπερ οἱ ποιηταὶ, καὶ μετὰ τὸ ᾠδῆσαι τὰ ποιήματα οἶχεν ἐξουσίαν διορθοῦσθαι, καὶ ἐπιξέειν μᾶλισα διὰ τὸ τὸ μέτρων ἀκρίβειαν, ἀλλ' ἐν μιᾷ τῷ τῆς ἐπιπνοίας καιρῷ τὰ τ' προφητείας ἐσωλήρα. παυσαμένης δ' τῆς ἐπιπνοίας, ἐπέπαυτο καὶ ἡ τῶν εἰρημένων μνήμη. τοῦτ' οὖν αἴτιον τοῦ μὴ πάντα τὰ μέτρα τ' ἐπῶν τ' Σιβύλλης σώζεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι ἐδοξάσθημεν τῶν ἐπιχωρίων μεμαθήκαμεν, τῶν καὶ σὺν τόποις ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ἡμῖν ὑποδειξάντων, καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. ἔφασκον δὲ μετὰ πάντων ὧν διηγοῦντο καὶ τοῦτο, ὡς ἐδοξάζετ' προγόνων ἀκηκοότες, ὅτι οἱ ἁλισκόμενοι σὺν χρησμοῖς, τοιγαροῦν ἐκτὸς παιδεύσεως ὄντες πολλαχοῦ τ' τῶν μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον, καὶ τούτου ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τῆς μὲν χρησμῴδοῦ μετὰ τὸ πεπαῦσθαι τῆς καλοχῆς καὶ τῆς ἐπιπνοίας, μὴ μεμνημένης τ' εἰρημένων, τ' δὲ ὑπογραφέων δι' ἀπαιδευσίαν τῆς τ' μέτρων ἀκριβείας ἐκ-

festo & aperte ad carmina respiciens Sibyllæ. Huic enim haudquaquam, sicuti Poëtis, etiam postquam poëmata scripsere, facultas fuit corrigendi atque expoliendi responsa sua, juxta exquisitionem numerorum & dimensionum carminis rationem: sed in ipso afflatus tempore sortes illa suas explebat: & evanescente instinctu ipso, simul quoque dictorum memoria evanuit. Atque hæc ipsa causa est, quamobrem non omnes carminis numeros Sibyllæ servent oracula. Quin ipsi quoque, cum in Urbe ea essemus, indicibus, qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, ostendentibus, qui nobis loca etiam in quibus illa est vaticinata commonstrarunt, vidimus loculum quendam ex ære elaboratum, ubi reliquias ejus servari dicebant. Insuper inter alia omnia quæ indices isti exposuerunt, illud quoque fuit: à majoribus se audivisse, quod qui responsa ab oraculo excipiebant, quia tum ab eruditione alieni fuissent: multoties in accuratiore numerorum observatione erraverint: & proinde istam illi carminum quorundam inconcinnitatis attulerunt causam, quod cum vates ipsa mentis emotione & afflatu libera,

dicto-

dictorum ſuorum memoriam non retinuerit: tum qui oracula ſcripto mandabant, propter imperitiam numerorum obſervandorum accurata ratione exciderint. Quapropter Platonem in Sibyllæ oracula innuentem, de vatibus hoc dixiſſe conſtat, ita ſcribentem: Cum multas magnaſque res recte & vere dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes. Porro cum non poëticis numeris, neque in ea quæ apud vos clara habetur eruditione, viri Græci, res veri cultus Dei ſint ſitæ, relicta deinceps carminum & orationum exquiſita ratione, ad dicta Sibyllæ, citra contentionis ſtudium, animum advertentes, cognoſcite tandem, quorum vobis illa bonorum futura ſit conciliatrix, Servatoris noſtri Jeſu Chriſti adventum diſertis verbis clare prædicens: Qui cum Dei ſit verbum, virtute ac potentia ab eo indiſcretum, homine qui juxta imaginem & ſimilitudinem Dei conformatus eſt, aſſumpto, ad memoriam nos priſcorum parentum noſtrorum religionis revocavit. quam qui ex eis prognati ſunt, mortales relinquentes, invidi dæmonis inſtinctu, ad eorum qui dicuntur & non ſunt utpote falſorum Deorum,

πεπλανημένων. Διὰ τοῦτο τοίνυν τὸν Πλάτωνα εἰς τοὺς τῆς Σιβύλλης ἀφορῶντα χρησμοὺς φησὶ τὰ χρησμῳδῶν τοῦτ' εἰρηκέναι δῆλον. ἔφη γὰρ ὅτως, Ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες Ελληνες, ἐκ ἐν ποιητικοῖς μέτροις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ ἐν τῇ παρ' ὑμῖν δοκιμαζομένῃ σοφίᾳ, ἀφέμενοι λοιπὸν τῆς τῶν μέτρων καὶ λόγων ἀκριβείας, τοῖς ὑπ' αὐτοῖς εἰρημένοις ἀφιλονείκως προσέχοντες, γνῶτε ποσῶν ὑμῖν ἀγαθῶν αἰτία ἔσται, τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν σαφῶς καὶ φανερῶς προαγορεύσασα, ὃς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων λόγος ἀκήρατος δυνάμει, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ πεπλασμένον ἀναλαβὼν ἄνθρωπον, τῆς τῶν ἀρχαίων ἡμᾶς προγόνων ἀνέμνησε θεοσεβείας, λιθοι ἐξ αὐτῶν γενόμενοι ἄνθρωποι καταλιπόντες, διδασκαλίᾳ βασκάνου δαίμονος ἐπὶ τὰ τῶν μὴ θεῶν ἐτράπησαν θρησκείαν. εἰ δέ τις ὄκνος ὑμῖν ἐνοχλεῖ πίστεως πρὸς τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, πείσθητε τούτοις, οἷς ἔπι προσέχειν οἴεσθε δεῖν, καὶ γνῶτε ὅτι τὸ παρ' ἡμῖν χρησίμον ἀξιωθὲν ὑπὸ πα-

νῶ ὕμνον τῶ παντοκράτορῶ ἐπιδεῖναι θεῶ, ἅτως ἐν μέσῳ τῶ ὕμνῳ ἔφη, Ὃν πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ ὃν καλέσας· ἢ τοῦτον σώζεσθαι τὸν ὕμνον ὠφελῆ πολλοῖς ὧν ἴσμεν συμβαίνει, εἰς ἔλεγχον τοῦ μὴ πείθεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων μαρτυρουμένῃ ἀληθείᾳ βουλομένων. ἀ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μὴ θεομιμοτέραν ἡγεῖσθε τῆς ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίας τὸν θεὸν τοῦ μὴ ὄντων θεῶν ψευδῆ φαντασίαν, πείθησθε, ὥσπερ ἔφην, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σφόδρα παλαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς αἱ βίβλοι ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, θεὸν μὲν τοῦ λεγομένων θεῶν, ὡς μὴ ὄντων, ἀπὸ τινῶ δυναμένης ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκέσθω· θεὸν δὲ τῆς τοῦ σωτῆρῶ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἔσεσθαι παρουσίας, καὶ θεὸν πάντων τοῦ ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μελλόντων σαφῶς καὶ φανερῶς θεοαναφωνούσῃ, ἔσται γὰρ ὑμῖν ἀναγκαῖον θεογύμνασμα ἡ τούτων γνῶσις τῆς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν θεοφητείας. Εἰ δέ τις οἴοιτο θεὸν τοῦ προσευπάτων παρ' αὐτοῖς ὀνομαζένων φιλοσόφων τοῦ θεὸν μεμαθηκέναι λόγον, Ἀκμωνός τε καὶ Ἑρμοῦ ἀκουέτω, Ἀνδρὸς

delapsi sunt cultum. Quod si vos addubitatio aliqua conturbat, quo minus creationem hominis credatis: eis duntaxat fidem habete, quorum vos auctoritatem sequi debere existimatis: ac scitote oraculum vestrum à quopiam, ut hymnum & laudem omnipotentis ederet Dei, rogatum, sic illud in medio hymno ceciniſſe:

Quem primum finxit mortalem,
dixit Adamum.

Atque hymnus hic multis qui mihi noti sunt asservatur: ad eos coarguendos, qui omnium testificatione confirmatæ veritati credere nolunt. Itaque viri Græci, si falsam de eis qui non sunt, Diis imaginationem salute vestra antiquiorem non habetis: credite, sicut dixi, antiquissimæ & priscæ admodum Sibyllæ, cujus libri in universo extant orbe, de eis qui dicuntur, non sunt autem, Diis mirifico quodam præpotentis numinis afflatu sortibus vos datis docenti: de futuro autem Servatoris nostri Jesu Christi adventu, ac de rebus ab eo gerendis liquido & aperte vaticinanti. Harum namque rerum cognitio perneceſſaria fuerit, sacrorum virorum prædictiones antecedens præmeditatio. Denique si quis opinetur ab antiquissimis quibusque, sicuti apud vos nominati fue-

fuerunt, philoſophis, de Deo diſcendam eſſe rationem, Acmonem is & Mercurium audiat: illum quidem in libris de eo ſuis, Deum πάγκρυφον id eſt prorſus occultum nominantem: hunc vero clare & manifeſte dicentem, Deum intelligentia comprehendere difficile eſt, eloqui autem impoſſibile, ei quoque cui intelligentia illum noſſe ſit poſſibile. Undequaque ergo & modis omnibus ſcire convenit, nullo plane pacto aliter aut aliunde de Deo, vel de recta religione diſci quidquam poſſe, quàm à prophetis ſolis, qui divina inſpiratione afflati vos docent & inſtituunt.

μωνος μὲν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις πάγκρυφον τὸν Θεὸν ἐνομάζοντος, ἑρμῆ δὲ σαφῶς καὶ φανερῶς λέγοντος, θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον, ᾧ καὶ νοῆσαι δυνατόν. Πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι ἀδαμῶς ἑτέρως περὶ θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἱόντε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων ὑμᾶς.

Clemens Alexandrinus libro primo Stromat.

Heraclitus ſcribit, Sibyllæ non humanitus, ſed divinitus res futuras oſtenſas eſſe. Dicunt ſane, Delphis apud curiam oſtendi petram quandam, in qua prima Sibylla, cum eo ex Helicone à Muſis educata veniſſet, ſediſſe dicitur. nonnulli ex Malea veniſſe ajunt, Lamiæ ex Sidone filiam. Serapion autem neque mortuam deſiiſſe vaticinari Sibyllam tradit: & quod poſt obitum in aërem abierit, ſortibus & auguriis divinare. è corpore au-

ΚΛΗΜΗΣ Ο ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΟΣ ΣΤΡΩΜΑΤΕΩΝ ΒΙΒΛ. Α.

Ἡράκλειτος μὲν ἀνθρωπίνως φησὶν, ἀλλὰ σὺν θεῷ μᾶλλον Σιβύλλῃ πεφάνθαι. Φασὶ γοῦν ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸ βουλυτήριον δείκνυσθαί τινα πέτραν, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος παραγενομένην, ὑπὸ τῶν μουσῶν τραφεῖσαν, ἔνιοι δὲ φασὶν ἐκ Μαλιαίων ἀφικέσθαι, Λαμίας θυγατέρα τῆς Σιδῶνος. Σαραπίων δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι, μηδὲ ἀποθανεῖσαν λῆξαι μαντικῆς φησι τὴν Σίβυλλαν, ἀλλὰ τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαν αὐτῆς μετὰ τελευτὴν, τὸ εἶναι

τὸ

τὸ ἐν φήμαις καὶ κληδόσι μαντεύόμενον· τὰ δὲ εἰς γλῶ μεταβαλόντα σώματα, πάας, ὡς εἰκὸς, ἀναφυείσης, ὅσα ἂν αὐτῇ ἐπινεμηθῇ θρέμματα κατ' ἐκεῖνον δήπεθεν γινόμενα τὸν τόπον ἀκριβῆ, τὰ διὰ τῶν σπλάγχνων τοῖς ἀνθρώποις προφαίνειν τὰ μέλλοντα δήλωσιν χράφει. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς εἶναι τὸ ἐν τῇ σελήνῃ φαινόμενον πρόσωπον οἴεται. τάδε μὲν περὶ Σιβύλλης.

Καὶ αὖθις.

Καὶ ἔτι μὲν οὖν (ὁ Μωυσῆς) ἀλλὰ καὶ ἡ Σίβυλλα Ὀρφέως παλαιοτέρα· λέγεται γὰρ καὶ περὶ τοῦ ἐπωνυμίας αὐτῆς, καὶ περὶ τῶν χρησμῶν τῶν καταπεφωνισμένων ἐκείνης εἶναι, λόγοι πολλοί· Φρυγίαν τε εἶναι, κεκλῆσθαι Ἀρτεμιν, καὶ ταύτην προφαινομένην εἰς Δελφοὺς οὖσαν·

Ὦ Δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο,
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Ἐρυθραία Ἡροφίλη καλουμένη. μέμνηται τούτων Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ χρησμῶν· ἐῶ δὲ τὴν Αἰγυπτίαν καὶ τὴν Ἰταλικὴν, ἣ τὸ ἐν Ῥώμῃ Κάρμαλον

tem in terram conjecto herbam, ut fieri ſolet, progreſſam eſſe: quam quæ in eis locis ſunt pecudes depaſcentes, mortalibus in viſceribus certam futurorum præmonſtrant ſignificationem. Et animam ejus eſſe putat, quæ in luna apparet faciem. Et hæc de Sibyllis.

Item.

Neque vero Moſes, ſolus, ſed etiam Sibylla Orpheo antiquior eſt. Traditur enim & de nomine ejus, & de oraculis quæ illi aſſcribuntur, quorum ſunt complures libri: eamque fuiſſe Phrygiam nomine Dianam, quæ ad Delphos profecta ſic cecinerit:

O Delphi, Phœbi ferientis qui eminus eſtis
Servi, veni ad vos Jovis expoſitura potentis
Mentem, in germanum cum ſimbile percita Phœbum.

Eſt autem alia quoque quæ vocatur Herophile Erythræa. Harum meminit Heraclides Ponticus in libro de Oraculis. Mitto Ægyptiam, & Italicam quæ Romæ

φῦσεν· ἧς ὑὸς Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ρώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λυπέρκιον καλούμενον ἵδρυσας.

Romæ habitavit Carmentale, cujus fuit filius Euander: qui Romæ templum Panis, quod Lupercal appellatur, condidit.

Arnobius adverſus gentes lib. I.

Si quo tempore Sibylla præſaga, oracula illa depromens fundebat vi (ut dicitis) Apollinis plena, ab impiis eſſet cæſa atque interempta latronibus, nunquid Apollo diceretur in ea eſſe occiſus?

Lactantius lib. I. *de falſa religione cap.* VI.

M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, (nedum apud Latinos,) vixit, in libris rerum Divinarum, quos ad C. Cæſarem Pontificem maximum ſcripſit: cum de quindecim viris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes (feminæ) vates, Sibyllæ ſint à veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel à conſiliis Deorum enuntiandis: σιὰς enim Deos, non θεὰς, & conſilium, non βελὴν, ſed βυλὴν, appellabant Aeolico ſermonis genere. Itaque inde Sibyllam dictam eſſe quaſi θεοβύλην. Ceterum Sibyllas decem numero fuiſſe; eaſque omneis enumeravit ſub auctoribus, qui de ſingulis ſcriptitaverunt. Primam fuiſſe de Perſis, cujus mentionem fecerit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit. Secundam Libyſſam, cujus meminerit Euripides in Lamiæ prologo. Tertiam Delphicam, de qua Chryſippus loquatur in eo libro quem de Divinatione compoſuit. Quartam Cimmeriam in Italia, quam Nævius in libris belli Punici, Piſo in annalibus nominet. Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus adfirmet ſuam fuiſſe civem: eamque Graiis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum. Sextam Samiam, de qua ſcribat Eratoſthenes in antiquis annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptum. Septimam Cumanam nomine Amalthæam: quæ ab aliis Demophile, vel Herophile nominetur: eamque novem libros attuliſſe ad regem Tarquinium Priſcum, ac pro his trecentos philippeos poſtulaſſe, Regemque aſpernatum pretii magnitudinem deriſiſſe mulieris inſaniam: illam in conſpectu Regis tres combuſſiſſe,

buſſiſſe, ac pro reliquis idem pretium popoſciſſe: Tarquinium multo magis inſanire mulierem putaviſſe. Quæ denuo tribus aliis exuſtis, cum in eodem pretio perſeveraret, motum eſſe Regem ac reſiduos trecentis aureis emiſſe: quorum poſtea numerus ſit auctus, Capitolio refecto, quod ex omnibus civitatibus & Italicis & Græcis, præcipueque Erythræis coacti, allatique ſunt Romam, cujuſcumque Sibyllæ nomine fuerunt. Octavam, Helleſponticam in agro Trojano natam, vico Marpeſſo, circa oppidum Gergithium: quam ſcribat Heraclides Ponticus Solonis & Cyri temporibus fuiſſe. Nonam Phrygiam, quæ vaticinata ſit Ancyræ. Decimam Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colatur ut dea juxta ripas amnis Anienis: cujus in gurgite ſimulachrum ejus inventum eſſe dicitur tenens in manu librum, (cujus Sacra Senatus in Capitolium tranſtulerit.) Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur, & habentur, præterquam Cumææ, cujus libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ullo, niſi à Quindecim viris, inſpici fas habent. Et ſunt ſingularum ſinguli libri: qui quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur: ſuntque confuſi, nec diſcerni, ac ſuum cuique aſſignari poteſt, niſi Erythrææ, quæ & nomen ſuum verum carmini inſeruit, & Erythræam ſe nominat ubi prælocuta eſt, cum eſſet orta Babylone: ſed & nos confuſe Sibyllam dicemus, ſicubi teſtimoniis earum fuerit abutendum. Omnes igitur hæ Sibyllæ unum Deum prædicant, maxime tamen Erythræa: quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur: ſiquidem Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor de xv. viris dicens, ait: Reſtituto Capitolio retuliſſe ad Senatum C. Curionem cos. ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sillyllæ conquiſita Romam deportarent: itaque miſſos eſſe P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium: qui deſcriptos à privatis verſus circa mille Romam deportarunt. Idem ſupra oſtendimus dixiſſe Varronem.

Idem lib. de irâ, cap. XXII.

Sibyllas multas fuiſſe plurimi & maximi auctores tradiderunt: Græcorum, Ariſtonicus & Apollodorus Erythræus: noſtrorum, Varro & Feneſtella. Hi omnes præcipuam & nobilem præter cæteras Erythræam fuiſſe commemorant. Apollodorus quidem ut de cive ac populari ſua gloriatur. Feneſtella vero etiam legatos Erythras à Senatu eſſe miſſos refert, ut hujus Sibyllæ carmina Romam deportarentur, & ea conſules

ſules Curio & Octavius in Capitolio, quod tunc erat, curante Q. Catulo reſtitutum, ponenda curarent.

Ambroſius comment. in epiſt. I. *ad Corinth. cap.* II.

Spiritus mundi hic eſt per quem arripiuntur fanatici, qui ſine Deo ſunt. eſt enim inter mundanos ſpiritus potior: unde ſolet conjecturis quæ mundi ſunt divinare, quem Pythonem appellant. Hic eſt qui per Sibyllam locutus eſt, ſenſum noſtrorum ſecutus, locum volens inter cæleſtes habere.

Hieronymus adverſus Jovinianum lib. I.

Quid referam Sibyllas Erythræam atque Cumanam & octo reliquas? (nam Varro decem fuiſſe autumat) quantum inſigne virginitas eſt, & virginitatis præmium divinatio? Quod ſi Æolici genere ſermonis Sibylla θεοβύλη appellatur: recte conſilium Dei ſola ſcribitur noſſe virginitas.

Idem in chronicis.

Sub Romulo agnoſcitur Sibylla Erythræa.

Item.

Sibylla Samia quæ Herophila appellabatur, in Samo inſignis habetur, *tempore Numæ Pompilii.*

Et ſtatim.

Sibylla quæ & Herophila, in Samo nobilis habetur: *ſub Tullo Hoſtilio.*

Auguſt. lib. XVIII. *de Civitate Dei cap.* XXIV.

Numa regnante Romæ, & apud Hebræos initio regni Manaſſe, à quo impio Rege Propheta Eſaias perhibetur occiſus, Samiam fuiſſe Sibyllam ferunt.

Idem Auguſtinus lib. XVIII. *de Civitate Dei cap.* XXIII.

Romuli tempore nonnulli Erythræam vaticinatam ferunt. Sibyllas

autem Varro prodidit plures fuiſſe, non unam. Hæc ſane Erythræa Sibylla quædam de Chriſto manifeſta conſcripſit, quæ etiam nos in Latina lingua verſibus male Latinis & non ſtantibus legimus, per neſcio cujus interpretis imperitiam ſicut poſt cognovimus. Nam Vir clariſſimus Flaccianus, qui etiam proconſul fuit, homo facillimæ facundiæ, multæque doctrinæ, cum de Chriſto colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina eſſe dicens Sibyllæ Erythrææ, &c.

Et mox.

Nonnulli ſane Erythræam Sibyllam non Romuli, ſed belli Trojani tempore fuiſſe ſcripſerunt.

Idem lib. XIII. *contra Fauſtum Manichæum cap.* XV.

Sibylla porro, vel Sibyllæ, & Orpheus, & neſcio quis Homerus, & ſi qui alii vates vel Theologi, vel Sapientes, vel Philoſophi gentium de Filio Dei, aut de patre Deo vera prædixiſſe ſeu dixiſſe perhibentur: valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam, cum illum Deum nos colere oſtendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui ſuos congentiles populos, idola & dæmonia colenda partim docere auſi ſunt, partim prohibere auſi non ſunt.

Rutilius Claud. Numatianus itinerarii lib. II.

Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremavit opis.

Iſidorus cap. VIII. *lib.* VIII. *Orig.*

Sibyllæ generaliter dicuntur omnes feminæ vates lingua. Nam σιὸς Æolico ſermone Deum, βυλὴν Græci mentem nuncupant, quaſi Dei mentem. Proinde igitur, quia Divinam voluntatem hominibus interpretari ſolebant, Sibyllæ nominatæ ſunt. ſicut enim omnis vir prophetans vel vates dicitur, vel Propheta: ita omnis femina Prophetans Sibylla vocatur. Quod nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli eſt. Decem autem Sibyllæ à doctiſſimis auctoribus traduntur fuiſſe: quarum prima de Perſis fuit: ſecunda Libyca: tertia Delphica in templo Delphici Apollinis genita, quæ ante Trojana bella vaticinata eſt,

ejus

ejus plurimos versus operi suo Homerus inseruit: quarta Cimmeria in Italia: quinta Erythræa nomine Erophyla in Babylone orta, quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata est perituram esse Trojam, & Homerum mendacia scripturum. Dicta autem Erythræa, quia in eadem Insula, ejus inventa sunt carmina. Sexta Samia, quæ *Samonote* dicta est à Samo Insula, unde fuit cognominata. Septima Cumana nomine Amalthea, quæ novem libros attulit Tarquinio Prisco, in quibus erant decreta Romana conscripta. Ipsa est & Cumæa, de qua Virgilius, *Ultima Cumæi venit jam carminis ætas*.. Dicta autem Cumana à civitate Cumis quæ est in Campania, cujus sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Octava Hellespontica in agro Trojano nata, quæ scribitur Solonis & Cyri fuisse temporibus. Nona Phrygia, quæ vaticinata est Ancyræ: decima Tiburtina nomine Albunea. Quarum omnium carmina efferuntur: in quibus de Deo & de Christo, & gentibus multa scripsisse manifestissime comprobantur. Celebrior autem inter ceteras ac nobilior Erythræa perhibetur.

Ex his quidem testimoniis aliisque quæ sine numero proferre possemus compluribus, liquide constare existimamus, fuisse quondam Fœminas fatidicas, Sibyllasque apud Paganos & Christianos dictas: sed ut & amplius veritas Sibyllarum existentiæ pateſcat, dicendum est, etiam ex communi experientia constare, fuisse Sibyllas & pseudo-prophetissas diabolico Spiritu actas. Nemo ut opinor, inficias ibit, Deum verum, olim magnam Spiritus Sancti dedisse mensuram Fœminis nonnullis, easque illo actas Prophetiæ dono decoratas Sacra pagina abunde nos ea de re certos facit, patetque exemplis supra allegatis: interim tamen monendus est lector, Beverovicium hallucinatum, cum cap. v. de præstantia Fœminarum lib. 1. statuit, omni exceptione majus esse testimonium Prophetæ Joëlis cap. 2. vers 28. asserentis Dei nomine, *eritque postea, ut effundam Spiritum meum super omnem carnem & Prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ*. Paulum etiam Apostolum, 1. ad Cor. cap. XI. vers. v. mentionem facere Mulieris Prophetantis, quam decet esse operto capite, & Actor: cap. XXI. vers IX. recitari, Philippum Euangelistam, quatuor habuisse filias Prophetantes. concedimus equidem, testimonia hæc omni exceptione majora esse, sed applicationem illorum textuum qua probet, donum Prophetiæ extraordinarium

etiam Mulieribus conceſſum eſſe aut fuiſſe omni exceptione eſſe majorem, pernegamus, neque enim textus illi laudati, Beverovicii ſcopo accommodi, ideoque quid Propheta & Apoſtoli illis locutionibus velint, paucis expendendum: quod ad locum Prophetæ attinet, dicimus, primo, fuiſſe Fœminas Prophetiſſas etiam ante Prophetæ illius tempora, ut conſtat, exemplis ſupra allegatis, ideoque ſi locus hic de extraordinario Prophetiæ dono intelligendus eſſet, plane nihil novi innueret, atqui Propheta beneficium, Dei nomine pollicetur, hactenus Eccleſiæ non conceſſum: ideoque non de extraordinario quopiam dono hic agitur, ſed de beneficio ordinario, quod patet ex voce carnis (*ſuper omnem carnem*) quæ non aliquos homines particulares, ſed in genere homines denotat, tam Judæos, quam Gentiles, videſis, Geneſis cap. VI. vers XVII. & cap. VII. vers XXI. Malè igitur à Beverovicio applicatur, Fæminis quibuſdam particularibus res futuras nuntiantibus: & quamvis locus intelligeretur de Prophetia propriè dicta, dono ſcilicet futura prædicendi, non tamen putem locum hunc de fraudulentis Sibyllarum prædictionibus accipiendum, Quare per dictionem illam (*Prophetabunt filiæ*) non intelligo res futuras canent, ſed de Divinis rebus diſſerent, ampliori menſura cognitionis quam ſub veteri Teſtamento, Fideles novi Teſtamenti res Divinas & ſacras cognoſcent: Hac ſignificatione optavit olim Moſes, ut omnes eſſent Prophetæ, Numer. cap. XI. vers. XXIX. Significat itidem vox *Prophetare*, laudare Deum, imo etiam nonnumquam reprehendere, videantur loca 1 Chron. cap. XXV. vers I. item 1 Sam. cap. X. vers V. &c. Ezech. cap. XXI. vers VII. Et hoc pacto poſſumus exponere locum 1 Cor. cap. XI. vers V. nam Mulier Prophetans, poteſt eſſe Mulier Deum laudans, de rebus Divinis diſſerens, Prophetias veteris Teſtamenti de Meſſia factas, Chriſto applicans, &c. Deinde etiam ſi loci hi agerent de Prophetiæ dono futura diſſerendi, ut locus Actor. XXI. accipi poteſt, attamen applicatio Sibyllarum pſeudo-Prophetiis non eſt congrua, nec inde ſequeretur Prophetiæ Donum Sibyllis olim fuiſſe conceſſum.

Ut igitur ex diverticulo in viam revertamur, dicimus, quemadmodum Deus verus, ſuas habuit Prophetiſſas, ſic etiam Diabolum, Dei Simium, & ſuas habuiſſe, ſuoque Spiritu incitaſſe, ac commoviſſe, & ut multa noſſe poteſt, quippe Spiritu ſagaci & longa præditus ex-

experientia, ſic illum, illarum medio, multa prædicere potuiſſe: extitiſſe autem tales Fœminas plurimas, conſtat non ſolum Sibyllarum, verum etiam exemplis puellæ illius cujus S. Lucas meminit Actor. cap. XVI. & Mulierculârum illarum quibus Montanus Hæreticus abutebatur: quibus addi poſſunt non ſolum pythoniſſa in Endor, verum etiam Brigitta, Hildegardis, Magdalena de la Cruz, Johanna Darc vulgò virgo Aurelianenſis dicta, Gallicè *la pucelle d'Orleans*, aliæque à diabolo miſere deluſæ Fæminæ, quarum numerum ſatis amplum refert *Delrio in de diſquiſitionibus magicis* & de quibus videndus celeb. *Voetius*. Fæminas autem plurimas & celeberrimas inter Paganos fuiſſe pſeudo-Prophetiſſas à diabolo excitatas, forte mirum cuipiam videatur, cum potius nobiliori ſexui donum hoc concedendum fuiſſe conſentaneum videatur. Sed reſpondemus, non ſolum hoc pacto Diabolum voluiſſe Dei eſſe imitatorem, ac falſa ſua oracula pro veris, hominibus obtrudere, quandoquidem non ſolum à viris, verum etiam à Fœminis vere Divina Oracula profecta fuerunt: ſed etiam Paganos magni feciſſe Fæminas, eaſque à nonnullis pro Sanctis habitas oſtendimus ante, ideoque Prophetandi muneri magis idoneas, Deoſque ſua arcana potius illis revelare quam viris. Hinc eſt quod Mauri, teſte Procopio, Fœminas tantum Vates habuerunt, Viriſque Vaticinari nefas apud illos fuerit, & plane interdictum, ſic adnotante *Wolphio* 1. Cent. Lection. Memorab. pag. 159. Tacitus teſtatur, in de Germanor. Moribus *Germanos* Divini quid ineſſe, credidiſſe, ideoque primum pro Sanctis habuiſſe, poſtea tanquam Deas nonnullas coluiſſe. Plutarchus eas Sanctas vocat, eaſque vaticinatas fuiſſe ex ſtrepitu fluminum: ſic & inter Cimbros Fœminas quaſdam; *Albunas* dictas, de Victoria ex captivorum ſanguine & inteſtinis prædixiſſe, teſtantur Hiſtoriæ: & docet nos Arrianus Telmeſi Cariæ urbe Fœminarum Divinationes maxime fuiſſe celebres: inter Paganos maxima olim Fœminarum Divinantium fuit turba, quas omnes referre non eſt neceſſe: celeberrimæ hac in arte fuere, Apollinis filia Phemonöe, quam viginti quinque annis ante Linum & Orpheum vixiſſe tradunt, Daphne & Manto Tireſiæ filiæ, Themis, Helena, Hippo, Athyrtia, Caſſandra aliæque quam plurimæ. De quadam etiam Fæmina Julianum Templa Gentilium reſtauraturum prædicente, non eſt quod Lectorem remoremur, Ammianus Marcellin. lib. 15. conſulendus hac de re, Hiſtoria ſatis eſt nota. Nec hæc

ſola

fola fuit cauſa, verum etiam uſus eſt diabolus, Prophetis, è muliebri genere, utpote ſexu inbecilliori ſimpliciorique, qui minus cavere inſidias, vel intelligere aſtuta conſilia, vel reniti impulſui, vel commiſſa celare poteſt, quodque ad permovendos ac perſuadendos alios accommodatiora, pluraque adjumenta habet, ut rectè cenſuit olim *Peucerus* in de Divinatione, & *Delrio* diſquiſit magic. lib. IV. cap. I. quæſt. III. Sect. III. ſexus iſte imbecillior naturales vel dæmoniacas ſuggeſtiones plurimum habet pro Divinis: multa quoque ſibi ſomnia fingit, quæ vera credit juxta illud *anus quæ vult ſomniat.* Voluit etiam cacodæmon habere Virgines Prophetiſſas, atque earum aliquibus, res quaſdam quas prævidere poterat, revelare, ut ſiniſtra illa inter mortales de Virginitatis merito opinio, tanto magis confirmaretur: nam Virginitatis meritum, Prophetiæ donum, multi inter Paganos credebant, nec adeo mirandum, vera Dei ac S. Scripturæ cognitione deſtitutos Gentiles, hac in parte hallucinatos, ſed nullo modo, excuſandus D. *Hieronymus* contra Jovinianum. lib. I. cap. 6. qui Sibyllas in Virginitatis mercedem, donum Prophetiæ accepiſſe contendit: ſed quomodo illud in genere bonorum collocandum ſit Diaboli eſſe organum, ejus Spiritu in furorem agi, aliis ſeducendis & in errore obfirmandis ejuſque mendaciis recitandis inſervire, uti ſuo loco probabimus, tales fuiſſe Sibyllas, ego equidem non video. Miror valde non ſolum D. Hieronymum tam craſſe hallucinatum, verum etiam *Sixtum Senenſem* lib. II. *Baronium* in Apparatu XIX. ad Annales Eccleſiaſticos, *Cornel. à Lapide* in ad Cor. cap. VII, comment: cæcorum inſtar, Scriptorem hunc Eccleſiaſticum ſecutos: dicendum puto, aut ſaltem fere crediderim, Oracula Sibyllina viris illis nunquam lecta: nulli rei apertius contradixit pſeudo-Sibylla, quam ſe Virginitatis puritate decoratam: an non ipſa Sibylla Oraculorum lib. I. ſe conjugatam profitetur? cum dicit:

Ω γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος· ὦ μέγα χάρμα
Ἧς ἔλαχον μετέπειτ' ὅτε ἔκφυγον αἶπυν ὄλεθρον
Πολλὰ κλυδωνιοθεὶς· ἅμ' ἐμῷ πόσει, ἢ δαέρεσσιν,
Ἠλ' ἐκυρῷ θ' ἑκυρῇ ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα.

O ævi ſexti ſtirps prima, o gaudia magna,
Quod ſortita fui, poſtquam diſcrimina mortis

Effugi

Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris glossis, soceroque socruque.

Item lib. III. circa finem.

- - - - - ὅτε γὰρ κατεκλύζετο κόσμος
Ὑδασι καί τις ἀνὴρ μόνος δικαίμερος ἐλείφθη
Ὑλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ὀπιπλώσω ὑδατέσσι
Σὺν θηρσὶ, πτηνοῖς θ' ἵν', ἐμπλησθῇ πάλι κόσμος
Τᾶς μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος αἵτε ἐτέχθην.

Siquidem cum diluueretur - - - -
Mundus aquis, cum vir solus probus exuperavit
Quidam, quem per aquas vexit domus eruta sylvis
Et pecudes & aves, rursum impleretur ut orbis,
Ejus ego nurus, ejus item de sanguine nata.

Hinc cuivis liquet, quid de perpetua, quam Sibyllis adtribuunt, Virginitate sit sentiendum: Virginitate sua Prophetiæ donum meritas esse Sibyllas, scribit D. Hieronymus lib. I. contra Jovinian. Tantum abest ut Sibylla de se tale quid præsumserit, ut contrarum ex ejus dictis concludi queat, cum horrore enim & tremore Judicium futurum sibi ob oculos ponit, ob infractionem Fidei conjugalis, & ob impurissimam vitam ante actam, se enim prostituti fuisse pudoris ipsa fatetur lib. VII. in fine.

- - - - - Ὅσσα γὰ κακὰ προγόθεν ἔρεξα
Εἰδύα ἀλλάτε πολλὰ κακῶς ἐπόνησ' ἀμελῶσα;
Μυρία μέν μοι λέκτρα, γάμος δ' ἀδὲις ἐμελήθη
Πᾶσι δ' ἐγὼ πανάπτυς ἐπήγαγον ἄγριον ὄργον.
Δολομένας ἀπέκλεισα, καὶ ἐν προμολῆσιν ἰοῦσα,
Ἤκελον εἰς αὐλῶνα, θεὸν φάτιν σὸν ἐνόησα.
Τέκνα πῦρ μ' ἔφαγε, καὶ βρώσεως ἅδε γὰ αὐτὴ
Ζήσομαι ἀλλ' ὀλέσσε με κακὸς χρόνος, &c.

Nam quæ scelera ante patravi
Prudens, & studio peccandi perdita feci.
Mille mihi lecti, connubia nulla fuerunt,
Jureque jurando quosvis perjura ligavi.
Exclusi tenues, & per mollissima rura

Quoslibet admiſi, magni ſecura Tonantis.
Propterea igni ſum conſumpta, ævoque, nec ipſa
Vivam, ſed perdet durum me tempus &c.

Hæccine lupa & profligatæ pudicitiæ meretrix, Virginitatis merito futurorum præſcientiam ſibi adeptam dicenda? imo & Sibylla illa de qua Ovidius Metamorph. lib. XIV. dolet ſe Virginem permanſiſſe, neque Phæbi petitioni aſſenſum præbuiſſe, cum ad Venerem ſollicitaretur: ſcio equidem à Virgilio *Caſtam* vocari Æneid: V.

----- *Ely ſiumque colo huc caſta Sibylla.*

Sed illam nec fuiſſe talem ex ſupra memoratis luce meridiana clarius patet. An non igitur ſummopere mirandum reperiri tales qui cæcutientes ſecuti, & ipſi cæcutire amant, & cæco furore acti, pro Fœminæ, quæ ſe proſtibulis adcenſet, pudicitia volunt amantque decertare? vel hinc etiam pateat non eſſe eaſdem Sibyllas, haſce, quæ Oraculorum illorum quæ nunc circumferuntur denuntiatrices videri volunt, cum illis a Paganis tantopere celebratis & decantatis: paſſim a Scriptoribus ut Virgines caſtæ, innuptæque celebrantur, hæ autem, quarum nunc obtriduntur Oracula, Sibyllæ pro Virginibus non poſſe haberi: ſed pro ſcortis notatum ſupra. Ridendos igitur ſe propinant *Hieronymus*, & poſt illum *Baronius*; *à Lapide* aliique nonnulli, qui Virginitatis merito prophetiæ donum acquiſiviſſe meretrices has exiſtimant.

Cæterum quia Gentiles tam magni faciebant Virginitatem, ideo hæc Sibylla a Poëtarum principe Virgilio, etiam Virgo, imo *caſta Sibylla* vocatur: hoc modo etiam alibi Lucanus. Hoc enim apud Paganos obtinebat, ut quas agnoſcebant pro Prophetiſſis, eas ſimul etiam Virgines ſtatuerentus Plutarch. in de defectu Oraculor. Etſi jocans & irridens, de Pythia ἁγνὴν διὰ βίου καθαρὰν σωζομένην, *caſtam per vitam omnem, & mundam.* Herodotus lib. I. de duabus Fæminis, quæ templorum antiſtites, ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν ἐδαμῶς ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν, *utraque dicitur nullam omnimo virorum admittere conſuetudinem.* Virginitas tanta erat apud Ethnicos in Veneratione, ut Virgines Veſtales ſiquando earum aliqua in publicum prodiret, lictor eas non minus quam alios magiſtratus, præcederet: Sen: Rhet. Controvers: de Sacerdote Veſtali proſtituta. *Procedente hac lictor ſummovere jubebitur? huic prætor via cedet?*

cedet? summum imperium consules cedent tibi? vide etiam Dion: lib. 47. Hinc etiam maximis pœnis afficiebantur quæ pudicitiam commaculassent: lege a Numa sancitum erat, ut Virgines Vestales, quæ se viris prostituissent, vivæ defoderentur. Plura si quis legere velit, de virginitatis merito, adeat Hieron. loco supra laudato: & quidquid de illa ample, scripto consiguavit, paucis relatum vide apud Paræum in parthenic. Hieron: de perpetua Mariæ Virginitate.

His ita sic positis, non video cur Socinus ut superius notavimus, ad puras fabulas referre velit illa quæ de Sibyllis ab Historicis commemorantur. Paucis refutandæ ejus rationes quibus sententiam suam tueri conatur: primum, inquit, *nemo est vel Sibyllarum tempore, vel earum ætati proximus qui certam de iis Historiam conscripsit:* hoc argumentum si admittendum, quam plurima de quarum Fide dubitare non possumus, tollenda & tanquam mendacia essent rejicienda, imo & maxima pars tum Veteris cum Novi Testamenti Historiarum dubiæ esset Fidei. Multa enim a Mose, Prophetis, Euangelistis & Apostolis, recitantur quæ a nullo contemporaneo recitantur aut confirmantur, an ideo omnia illa pro fabulis habenda? non putem Socinum, ut ut Blasphemum, talem opinionem sustinere ausurum. Deinde respondendum est, secundo loco: falsissimam esse Socini assertionem, neminem ex Antiquis certam de iis Historiam conscripsisse, testimonia illa superius allegata, satis evincunt Antiquos de Sibyllis multa memoriæ prodidisse: quamvis fatendum sit, alios plus, alios minus de iis adnotasse. Adjungit porro Socinus Livium Historiæ Romanæ Scriptorum diligentissimun, nullam de Sibyllis mentionum feciſſe, ideoque pro fabulis omnia quæ de illis narrantur habenda: sed stramentitium hoc esse argumentum quivis videbit, si perpendat, quam multa prætermissa sint a Livio. unus Historicus non omnia refert. Falsum porro est, Livium nihil de Sibyllis commemorare. si Socinus legisset Livium, non tam audacter hoc effutire ausus fuisset, reperisset lib. 3. 4. 5. 7. 10. decadis primæ, & alibi Scriptorem optimum, plurima de Sibyllis referre: miror hominis temeritatem tam audacter toti Antiquitati, & tam multis Historicis, contradicentis. Locum unum aut alterum ad hominis audaciam retundendam proferre libet. Livius I. decad: lib. 3. *Libri per Duumviros, sacrorum aditi, pericula a conventu alienigenarum prædicta &c.* Idem 3. decade lib. 2. in principio. *Cum Decemviri libros inspexissent,*

eorum monitu decretum Donum Diis. Idem lib. VI. decad. IV. *Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex S. C. cum Decemviri adiissent, renuntiarunt Jejunium instituendum Cereri esse.* 4. decad. lib. VIII. *Supplicatio in triduum pro collegio Decemvirorum* (hi libros Sibyllinos asservabant) *imperata fuit in omnibus compitis.* Et lib. X. *Decreverunt Patres, ut Coss. quibus vellent Diis hostiis majoribus sacrificarent, & Decemviri libros adirent, eorum decreto supplicatio circa omnia pulvinaria Romæ in unum diem indicta.* Jucdicet nunc lector, num Socinus ulla cum ratione asserat Livium de Sibyllis nihil meminisse. Hactenus itaque abunde probatum fuisse olim Sibyllas extitisse, putamus: nunc inquirendum de earum numero, quot fuerint: heic multum variant Scriptores, sunt qui unam tantum fuisse volunt. Plinius lib. VII. cap. XXXIII. de divinitate. *Divinitas, & quædam Cælitum societas nobilissima, & Fœminis in Sibylla fuit ex viris in Melampode apud Græcos apud Romanos in Marcio.* Diodoorus Siculus lib. IV. unam tantum agnovit, Daphnem nempe Locum hunc supra exscripsimus ideoque nunc non repetemus: notamus tantum hæc verba, παρ' ἧς φασὶ τὴν τ ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τ ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν: *cujus ex Versibus Homerum Poëtam ferunt multa ad ornatum sui poëmatis sumpta transtulisse.* Sed Virgilius Æneid. lib. X. Pausanias Bœotic: lib. IV. & Suidas, Manto illi, nomen fuisse perhibet, sic adnotante Blondello: sed Apollodorus apud Lactantium Institut. lib. I. cap. VI. Erythrææ Sibyllæ carmina mutuatum Homerum existimat, quod falsissimum esse, postea probabitur. Multi etiam alii magni nominis Scriptores, unam tantum fuisse Sibyllam a qua cæteræ Fœminæ vates, de scientiæ paritate, nomen sunt sortitæ, uti superius ex Solino notatum: videantur Plautus, Dionysius Halicarnass. Strabo lib. XIII. cap. XVII. Josephus lib. I. Antiqu. cap. V. de Turri Babylonica vaticinantem introducit Sibyllam sed quæ fuerit non innuit. Quoniam unam tantum extitisse credidit. Justinus martyr. Ἐν λόγῳ παραινητικῷ, πρὸς Ἕλληνας. Ἔστω δ ὑμῖν ῥᾴδιος τὸν ὀρθὸν θεοσεβείαν ἐκ μέρους καὶ τ παλαιᾶς Σιβύλλης ἐκ πνοῆς δυνάτης θεηνοίας λεγούσης χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, μανθάνειν ταῦθ' ἅπερ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τ τ προφητῶν διδασκαλίας. Versionem vide ante p. 34. His adnumerandi Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. Plato in Theage, in Phædro. Athenagoras, Theophilus Antiochenus; Celsus apud Originem lib. VII. Lucianus in peregrino. Juvenalis. Aul. Gellius lib. I.

cap.

cap. XIX. aliique, qui omnes de Sibylla in numero singulari loquuntur, unitatem Sibyllæ, inter neotericos sustinere video Michaelem Neandrum narrat: apocryph. de Christo: sic ait. Apud Ovidium in XIV. *lib. metam. ostendit Sibylla sibi à Phœbo prorogatam vitam, seque jam septingentos annos vixisse, & adhuc trecentos esse duraturam. atque eadem ejus vitæ longitudo in causa forte fuit, ut quæ eadem esset plures esse putarentur quod ea diversis temporibus & locis apparens plurium speciem præberet, non putantibus hominibus eam tam diu posse vivere, sed aliam esse.* Sed notandum Strabonem lib. XIV. testari Alexandri ætate Daphnæ successisse aliam vatem cui Athenais nomen: sic enim loquitur ὅτι δὲ Ἐρυθρῶν Σίβυλλά ἐστιν ἔνθεος ἡ μαντικὴ γυνὴ τῶν δρχαίων τις. καὶ Ἀλέξανδρον ἡ αὐτὴ λιμὴν τὸν αὐτὸν τρόπον μαντικὴ, καλουμένη Ἀθηναΐς, ὅτι τῆς αὐτῆς πόλεως. Versio hujus loci extat p. 12. duas tantum fuisse Sibyllas contendunt alii, inter Antiquos Martianus Capella lib. 2. P. M. 40. dicit extitisse tantum Erophilen Trojanam (quam etiam *Delphicam, Erythræam, Siculam, Samiam, Rhodiam, Clariam, Phrygiam & Cumæam*, nominatam fuisse putant nonnulli, eo quod illis in locis sæpe versatam credunt, Marmessi filiam, alteram Symmachiam Hiporensis, (alii Hyperechi vel Hyperidis filiam, urbe Erythra oriundam, quam & Cumis vaticinatam autumant) locus autem Martiani sic sonat: *Sibylla vel Erythræa quæque Cumæa est, vel Phrygia: quas non decem, asserunt, sed duas fuisse non nescis, id est, Erophilam Trojanam Marmensi filiam: & Symmachiam Hypporensis filiam, quæ Erythræa progenita, etiam Cumis est vaticinata.* Inter neotericos duali Sibyllarum numero patrocinantem deprehendo Doctiss: Virum D. Joachimum Oudaan, qui duas tantum fuisse Sibyllas, Cumanam nempe vel Erythræam, quam cum Cumæa eandem esse putat, & in Italia Oracula sua protulisse contendit. Alteram illam esse quæ se Noachi nurum, Japeti uxorem dicit, & cum illo in Arca degisse & ex illa cum marito fuisse egressam, alioque loco se Lothi filiam dicit quæ cum patre incestus crimine se commaculavit, sed rationes, cur dualem Sibyllarum numerum statuat, nullas affert, præter illam, quod faciliori negotio, multas inextricabiles, alioquin quæstiones, (quæ autem sint illæ difficultates non indicat) expedire poterit. quod equidem illum non ostendisse doleo. Miror autem virum illum eo adduci potuisse, ut scripserit Sibyllam in Arca cum Noacho fuisse: quod quam falsum sit postea indicabitur. Tres tantum extitisse Sibyllas memoriæ prodiderunt alii. Philetas Ephesius tres numerat,

rat, inquit Eraſmus, in Adag. voce *Vera*, Sibyllam unam Apollinis ſororem. alteram Erythræam, tertiam Sardianam. Sed explicite magis opinionem illam alii proponunt. Cumanam nempe, quam Cumis olympiade L. vaticinatam fuiſſe, ejusque ſacellum ad noſtra uſque tempora viſum, verum incendio Puteolano anno ſalutis M. D. XXXIX. terra obrutum fuiſſe, perhibentes. Hanc Tarquinio libros Sibyllinos obtuliſſe volunt, ejusque ſepulchrum diu in Sicilia manſiſſe: alteram Delphicam, quæ ante Trojanum bellum vixit, & à qua, ut *Boëthius* Autor eſt, Homerus plurimos verſus mutuatus eſt & operi ſuo eos inſeruit. Tertiam Heriphilem Erythræam, quæ paucis annis poſt, Delphicam ſecuta, Lesbiis Vaticinia protuliſſe fertur, eos maris Imperium amiſſuros, multo antequam id acciderit. Obſervandum autem heic loci, non nullos exiſtimaſſe Plinium opinionem illam de tribus Sibyllis confirmaſſe lib. XXXIV. cap. V. cum trium ſtatuarum Sibyllæ dicatarum mentionem facit. Sic putant Wolphius Ito: Centen: III. rerum memorabil; item Eraſmus Schmidius in libello de Sibyllis, Ludov. Vives in notis ad Auguſtin. aliique, ſed pace virorum illorum, nego hoc ex *Plinii* loco poſſe probari, verum potius illum credidiſſe, unam tantum fuiſſe Sibyllam, exiſtimamus. Locum addamus, ut quivis de errore judicet: notamdum autem eſt, Plinium de ſtatuis ante locutum, poſtea hæc verba addere. *Equidem & Sibyllæ juxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet; una quam Sex. Pacuvius Taurus Ædilis plebis reſtituit: duæ, quas M. Meſſala. Primas putarem has, & Actii Navii, poſitas ætate Tarquinii, Priſci, niſi Regum antecedentium eſſent in Capitolio.* An ex hoc loco patet tres fuiſſe Sibyllas? non equidem puto: hæc verba *tres ſint licet*, viros illos in errorem induxit, quæ oſcitanter & in abſtracto lecta, ad Sibyllas referenda primo adſpectu videntur, ſed ille qui cum præcedentibus ea contulerit, facile videbit, non ad Sibyllas ſed ſtatuas, de his enim, non de Sibyllis egerat, eſſe referenda cenſebit: imo ſtatim ſeſe *Plinius* clare explicat, earum Statuarum reſtaturatores enumerando. Sed ad Sibyllarum numerum eruendum revertamur: Quatuor fuiſſe tantum, ſunt qui exiſtimant: inter quos Pauſanias uti & Ælianus qui lib. XII. cap. XXXV. variæ Hiſtoriæ, has quatuor recenſet, Erythræam, Samiam, Ægyptiam, & Sardianam. Locus Æliani ſic habet. Σιβύλλαι τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανὴ, οἱ δὲ φασὶ, καὶ ἑπτὰ ἐξ, ὡς εἶναι πᾶσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν καὶ τὴν Ἰουδαίαν.

Hæ

Hæ Sibyllæ ſunt quatuor, Erythræa, Samia, Ægyptia, Sardiana his alii addunt ſex inter quas volunt eſſe in univerſum decem. Clemens Alexandrinus Stromat: lib. 1. hoc modo enumerat Sibyllas. Σίβυλλα ἡ Σαμία, ἡ Κολωφωνία, ἡ Κυμαία, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Φυτὼ, ἡ Ταρξάνδρα, ἡ Μακέτις, ἡ Θετταλὴ, ἡ Θεσπρωτίς. Sed his ab illo annumeratur etiam Manto, & alia Sibyllarum multitudo, adeo ut determinatum numerum non aſſerat: Lactantius ex Varrone decem fuiſſe adſtruit, eaſque hoc modo enumerat lib. Inſtit: 1. cap. VI. *Cæterum Sibyllas decem numero fuiſſe, eaſque omnes numeravit* (Varro) *ſub Auctoribus, qui de ſingulis ſcriptitarunt: primam fuiſſe de Perſis; cujus mentionem fecerit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit: Secundam Libyſſam; cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo: Tertiam Delphicam; de qua Chryſippus loquitur in eo libro, quem de Divinatione compoſuit: quartam Cumæam in Italia; quam Nævius in libris belli Punici, Piſo in annalibus nominat. Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe civem: eamque Graiis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Troiam: & Homerum mendacia ſcripturum. Sextam Samiam; de qua ſcripſit Eratoſthenes in Antiquis Annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptum. Septimam Cumanam; nomine Amaltheam: quæ ab aliis Demophile, vel Herophile nominatur: eamque novem Libros attuliſſe ad Regem Tarquinium Priſcum* (emenda Superbum) *ac pro eis trecentos Philippeos* (legendum aureos, eo enim tempore, Philippus, unde philippei dicuntur, non extitit) *poſtulaſſe Regemque aſpernatum pretii magitudinem, deriſiſſe mulieris inſaniam. Illam in conſpectu Regis tres cõbuſſiſſe; ac pro reliquis idem pretium poſtulaſſe. quæ denuo tribus aliis exuſtis, cum in eodem pretio perſeveraret; motum eſſe Regem; ac reſiduos trecentis aureis emiſſe quorum poſtea numerus ſit auctus, Capitolio refecto. Quod ex omnibus Civitatibus & Italicis & Græcis & præcipue Erythræis coacti, allatique ſunt Romam, cujuscumque Sibyllæ nomine fuerunt: Octavam Helleſponticam in agro Trojano natam, vico Marpeſſo, circa oppidum Gergithium; quam ſcribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nonam Phrygiam, quæ vaticinata ſit Ancyræ: Decimam Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur, ut Dea, juxta ripas amnis Anienis: cujus in gurgite ſimulachrum ejus inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum. Cujus Sacra Senatus in Capitolio transtulerit.* Iſidorus Hiſpalenſis etiam ſtatuit decem numero fuiſſe Sibyllas: ſic de illis ſcribit Origin: lib. VIII. cap. VIII. *Decem autem*

autem Sibyllæ à Doctiſſimis Auctoribus traduntur fuiſſe: quorum prima de Perſis fuit. Secunda Lybica: tertia Delphica in templo Delphici Apollinis genita, quæ ante Trojana bella vaticinata eſt: ejusque plurimos verſus operi ſuo Homerus inſeruit: quarta Cimmeria in Italia: quinta Erythræa nomine Erophyla in Babylone orta, quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata eſt perituram eſſe Trojam & Homerum mendacia ſcripturum. Dicta autem Erythræa, quia in eadem Inſula, ejus inventa ſunt carmina: Sexta Samia, quæ Samonota dicta eſt à Samo Inſula, unde fuit cognominata: Septima Cumana; nomine Amalthea, quæ novem libros attulit Tarquinio Priſco (lege Superbo.) *in quibus erant decreta Romana conſcripta: ipſa eſt & Cumæa, de qua Virgilius:*

Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.

Dicta autem Cumana à Civitate Cumis, quæ eſt in Campania, cujus ſepulchrum in Sicilia adhuc manet. Octava Helleſpontica in agro Trojano nata, quæ ſcribitur Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nona Phrygia quæ vaticinata eſt Ancyræ. Decima Tiburtina; nomine Albunea. Hic locus plane quoad numerum Sibyllarum cum Lactantiano coincidit: ſed in nonnullis à Lactantio diſcrepat. De tertia Sibylla Delphica nempe loquens, ait illam in templo Apollinis Delphici genitam, & quod Lactantius de Cumana quinta Sibylla narrat, ſcilicet illam Graiis Ilium petentibus vaticinatam fuiſſe Trojam eſſe perituram, hoc Iſidorus Delphicæ attribuit: Illam quam Lactantius Cumæam, hanc Iſidorus Cimmeriam nominat: Lactantius Erythræam urbe Erythra oriundam cenſet cum Apollodoro, ſed Iſidorus Babylone ortam vult. Lactantius affirmat de Cumana Herophilen dictam, Iſidorus vero de Erythræa: hoc etiam ſtatuit, ideo Erythæam dictam, quia in Inſula illa ejus carmina fuere inventa, & in hoc à Firmiano diſcrepans. Sextam Samiam, Samonotam dictam à Samo inſula, unde fuit cognominata: de quo nihil Lactantius, nec uſque adeo firmam putem Iſidori aſſertionem. Libet etiam, quid de Sibyllarum numero ſcriptum reliquerit Suidas referre: Decem fuiſſe numero, cum Lactantio, Iſidoro aliisque exiſtimat: multa alia narrat, quorum Varro, Lactantius, & Iſidorus non meminere, ὁ πατὴρ Σιβύλλης τ᾽ Χαλδαίας Βηρωσσὸς ἐκαλεῖτο, ἡ μήτηρ αὐτῆς Ἐρυμάνθη. Σιβύλλα Χαλδαία ἡ ἐν πεώτοις ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ ἐν Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλεμένη Σαμβήθη, ἐκ δ Μακαριοτάτε νῶε. ἡ περὶ τ κατ᾽ Αλέξανδρον τ Μακεδόνα λεγομένων περιηγησις μνημονεύφι-

ναά-

κάνωρ ὁ τ Ἀλεξάνδρ βίον ἱστορήσας, ἡ πρὸ δεσπότ Χριστ μύρια προθεσπίσασα ἡ δ αὐτ παρουσίας ἀλλὰ ἡ αἱ λοιπαὶ συναύδουσιν αὐτῇ, πλὴν ὅτι ταύτης εἰσὶ βιβλία κδ. περὶ παντὸς ἔθνους ἡ χώρας περιέχοντα. *Hoc est Pater Sibyllæ Berosus vocabatur, mater autem ejus Erymanthe. Sibylla Chaldæa quæ quibusdam Hebræa nominata: quæ & Persica, proprio nomine Sambethe dicta, ex Beatissimo Noë oriunda. quæ de rebus Alexandrum Macedonem spectantibus, prædixit: cujus meminit Nicanor, qui Alexandri vitam historice conscripsit. Quæ mille res de Domino Christo prædixit & de ejus apparitione. Imo & cetera cum illa consentiunt, quandoquidem ejus extant 24. libri tractantes de omnibus populis & Regionibus.* Porro numerum Sibyllarum recensens dicit, τρίτη, ἡ Δελφὶς, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα. h. e. *Tertia Delphica, quæ Delphis nata.* Ἕκτη Σαμία ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτώ. *Sexta Samia quæ proprio nomine Phyto dicta.* Ἑβδόμη, Κυμαία, ἡ ἡ Ἀμαλθαία ἡ ἡροφίλη. Ὀγδόη, Ἑλλεσποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ Μαρμισσῷ πρὸς τὴ πολίχνῃ Γεργύθιον. αἱ ἐν ὁρίοις ποτὲ Τρωάδ & ἐτύγχανον ἐν καιροῖς Σόλων & ἡ Κύρ. Septima, Cumana, quæ etiam Amalthæa & Hierophile nominata. Octava, Hellespontica nata vico Marmisso prope oppidulum Gergytium. Quæ olim fuere in Troade tempore Solonis & Cyri. Item de Sibylla absolute agens dicit. Σίβυλλα Ἀπόλλων & ἡ Λαμείας, ἥτ δέ τινας Ἀριστοκράτ ἡ Ὑδώλης. ὡς ἤ ἄλλοι Κρηναγόρ. ὡς ἤ Ἑρμιππ & Θεοδώρ. Ἐρυθραία. διὰ τὸ τεχθῆναι ἐν χωρίῳ τ Ἐρυθρῶν ὃ προσηγορεύετο, Βάτιοι. νυνὶ ἤ αὐτὸ τὸ χωρίον πολισθὲν προσαγορεύεται Ἐρυθραί. Τινὲς ἤ αὐτὴν Σικελὴν. ἄλλοι Σαρδιανὴν. ἄλλοι Γεργηθιανὴν. ἄλλοι ἤ Ῥοδίαν. ἄλλοι ἤ Λιβυσσαν. ἄλλοι Λουκανὴν· ἄλλοι; Σαμίαν ἐδόξασαν, &c. *Sibylla Apollinis & Lamiæ fuit filia. secundum quosdam Aristocratis & Hydolis. Vel ut alii Krinagoræ, vel ut Hermippus, Theodori. Erythræa dicta eo quod in Erythrorum loco Batti dicto nata sit, nunc vero locus ille in formam urbis exstructus, Erythras vocatur. quidam Siculam, alii Sardiam, alii Gergethianam, alii Rhodiensem alii Libyssam, alii Lucanam, alii Samiam putarunt.* Porro sic Suidas. Σίβυλλα Ἐλίασα ἔγραψε μαντείας ἡ χρησμὸς δι' ἐπῶν, Σίβυλλα Κολοφωνία ἥτις ἐκλήθη Λάμπουσα ὑπόγον & Κάλχαντ & ἡ αὐτὴ μαντείας ἡ χρησμὸς δι' ἐπῶν ἡ ἄλλα. Σίβυλλα Θετταλὴ, ἡ κληθεῖσα ἡ Μαντὼ, ὑπόγον & Τειρεσίου. Σίβυλλα ἡ κληθεῖσα ὑπὸ τίνων, Σαρδίς. ὑπὸ δέ τινων, Κασσάνδρα. ἄλλων ἤ Ταραξάνδρα. ἡ αὐτὴ χρησμός. Σίβυλλα Κυμαία ἡ Σίβυλλα θεσπρωτὶς, ὁμοίως χρησμός. *Sibylla Helissa scripsit versibus Divinationes & Oracula. Sibylla Colophonia quæ vocata fuit Lampusa filia Calchantis etiam Carminibus scripsit Divinationes & Oracula aliaque. Sibylla*

Theſſalica quæ etiam Manto vocata, filia Tireſiæ fuit. Sibylla quæ à non nullis Sarbis dicta, à non nullis Caſſandra, vel ab aliis Taraxandra, etiam Oracula conſcripſit. Sibylla Cumæa & Sibylla Theſprotica ſimiliter Oracula conſcripſerunt. Hactenus Suidas. Sed in multis Scriptor hic à Lactantio & Iſidoro diſcrepat: ideoque velim ad hæc Suidæ loca egregiæ D. Blondelli obſervationes attente perpendantur: ecce igitur, ſecundum ejus (Suidæ) computationem, Duas Sibyllas Mart: Capellæ, tres Clementis Alexandrini nempe Samiam, Erythræam, & Phrytonem, quatuor Æliani, ſcil: Erythræam, Samiam, Ægyptiam & Sardiam; quinque Lactantii & qui illum ſecutus eſt, Iſidori, nempe: Libycam, Erythræam, Samiam, Helleſponticam & Phrygiam ad unam redactas. Pauſanias qui Libycam ab Erythræa diſtinguit alio pacto enumerat, dicens Phrygiam, Samiam, Colophoniam, Delphicam & Erythræam unam eandemque fuiſſe Vatem, ſed quæ diverſis habitarit in locis. Martianus Capella ſuo modo computat Erythræam Cumanæ jungens. Juſtinus martyr pro eadem accipit Babylonicam & Cumanam, uti etiam Iſidorus Hiſpal. poſt illum qui de Mirabilibus Auſcultationibus apud Ariſtotelem ſcripſit: & idem Iſidorus errat annumerans Erythræam (quæ in continenti erat & Regione Chio) inſulis; ita etiam neceſſum plane ejus Samonota in fumum abeat. Suidas exiſtimans (poſt Juſtinum Martyrem, Sibyllam Chaldaicam eſſe filiam Beroſi, aliquo modo conſentit cum Pauſania qui eam ultimo loco collocat, ſed directe ſibi repugnat, dicenti illam eſſe filiam Noachi, Alexandroque fuiſſe antiquiorem: repugnat Varronis apud Lactantium ſententiæ qui Perſicam (quæ fuit Chaldaica) antiquiſſimam judicavit. Sibi etiam contradicit ſcribens Erythræam (Cyrillus lib. I. contra Julian. Dicit Erythræam IX. Olympiade extitiſſe, diſtinguitque illam ab Herophile quam XVII. Olympiade vixiſſe ſtatuit.) quadringentis octuaginta tribus annis bello Trojano fuiſſe poſteriorem: qua opinione ad Euſebii ſententiam accedit, qui in Chronico ſub Regno Romuli illam collocat, qui regnare cœpit quadringentis uno & triginta annis poſt captam Trojam, Pagina enim ſequenti concedit Trojano bello anteriorem, & ſic Dionyſii Halicarnaſſæi qui illam ab Ænea conſultam ſtatuit, ut & Lactantii opinionem confirmat, qui illam Græcis obſidionis eventum prædixiſſe narrant, imo & Solini, qui illam Delphica, quæ ante Græcorun expeditionem vixit, paucis annis poſteriorem

orem obſervat. Clemens Alexandrinus pro certo ſtatuit, Delphicam, quam Artemida Lamiæ Sidonienſis filiam nominat, Orpheo tempore priorem qui Argonautarum partibus adhæſit ſeptuaginta novem annis ante bellum Troianum. Attamen Diodorus Siculus, qui illam Daphnem Tireſiæ filiam vocat, quinquaginta duobus annis poſt, Thebis cum patre ab Epigonis vult fuiſſe captam. Diodorus aſſerit eam ab illis *Delphis* ſtabilitam, Pauſanias ex Aſia *Delphos*, Plutarchus ex *Helicone* veniſſe, eamque fuiſſe Lamiæ filiam. E contra vero Iſidorus & Suidas Delphos ipſi locum natalem fuiſſe contendunt: hic, qui illam Mantonem Tireſiæ Thebani filiam vocat, Geographiæ ſuæ oblitus videtur illam Theſſalicam nominans, ac ſi Bœotia & Theſſalia loci vicini, eadem fuerit terra: quod etiam de Lampuſea Colophonia Calchantis filia ſcribit, & Pauſaniæ adverſatur, qui titulum Sibyllæ Colophoniæ Herophilæ ex Jove & Lamia oriundæ aſſignat, & probabilitati, quæ non admittere videtur, Calchantis Europæi, qui Græcos fuit comitatus, filiam fuiſſe Aſiaticam. Virgilius Cumanam Deiphoben Glauci filiam vocat, illamque Æneæ coætaneam facit. Sed inter Scriptores nec de ejus nomine, proſapia, ætate quam longe poſteriorem volunt, convenit. Hactenus Doctiſſ. Blondellus, hæcque ad Suidæ loca ſufficere puto. Hunc Sibyllarum nunerum denarium etiam approbat *Hieronymus lib. I. contra Jovian. C. XXVI.* Bzovius Tom. I. Hiſt. Eccleſ. imo & Choquier in face Hiſt. cent. I. cap. LXXXXVII. qui videri poſſunt. Sed Sebaſtianus Franck undecim, & quidem hoc ordine recenſet Sibyllas: Sibylla Agrippina, Libyca, Delphica, Phrygia, Samia, Europa, Perſica, Erythræa, Cumana, Chymica, Tiburtina. Duodenarium autem numerum ſtatuit J. Aitzma in ſpeculo ſuo Sibyllarum Belgice conſcripto, anno 1685. Addens Decem ſupra memoratis, Europæam & Agrippinam, ſed poſtea, de illis latius. Ut porro quod de Sibyllarum numero dicendum reſtat abſolvamus, notandum præter decem illas ſupra laudatas *Sibyllas*, multo plures à non nullis numerari, quas etiam ubi de ſingulis ſeparatim agemus recenſebimus. Dicimus itaque nos, ut etiam de Sibyllarum numero noſtram expediamus ſententiam, Sibyllarum numerum nec determinatum eſſe à Scriptoribus, ut patet ex magna illa quæ inter illos reperitur diſcrepantia, nec determinari poſſe, ſed illarum multas extitiſſe, quæ à prima Fœmina Vate, cui Sibyllæ nomen erat, à parilita-

te ſcientiæ nomen accepere, ſic nos docente Solino, nec repugnante Lactantio, qui Inſtitut. lib. cap. VI. *Varronem*, ſcribit memoriæ prodidiſſe, *Sibyllinos libros non fuiſſe unius Sibyllæ ſed vocari Sibyllinos uno nomine, quod omnes Fœminæ Vates, Sibyllæ ſunt à veteribus nuncupatæ vel ab unius Delphidis nomine, &c.* Sic etiam Suidas, Βρύτιδες γυναῖκες ἔτω καλυμμέναι οἱονεὶ Σίβυλλαι ἢ προφήτιδες πάσας ἢ τὰς ἐνθουσιάσας Σιβύλλας ἐκάλουν *Brutides mulieres ita dictæ, veluti Sibyllæ & prophetides, omnes autem numine afflatas, Sibyllas vocabant.* Magnum Salmaſium huic opinioni favere, ſupra notatum fuit.

Sed quando nos dicimus non eſſe certo determinatum Sibyllarum numerum, non tamen vellemus quenquam putare, nos illis inter Pontificios favere, qui hac de cauſa non determinatum Sibyllarum numerum aſſerunt, ut etiam ſuas Pſeudoprophetiſſas venditent, & cum Sibyllis, Divinitus inſpiratas contendant, Mechtildin nempe, Catharinam Senenſem, Brigittam, &c. Quas miſerum in modum deluſas fuiſſe a diabolo forte nobis erit alibi oſtendendum, nec inter Prophetiſſas numerandas, quidquid etiam Papiſtæ aſſerant de lumine prophetico, quod etiam Bellarminus inter Eccleſiæ ſuæ veras notas recenſet. Hoc tantum volumus Hiſtoricorum Scriptis non conſtare liquido, quot olim fuerint, nec quenquam numerum illarum determinare poſſe, contendimus.



S.
PERSICA.

CAPUT II.

DE

SIBYLLA PERSICA.

BREVIARIUM.

QUem locum tenere debeat Persica Sibylla, primum an octavum, aut quintum, variant viri docti. Diversa illi patria assignatur. Simson eandem esse cum Erythræa existimat. Varia ejus nomina. De nomine Sambethe quid illo significetur. Peucери opinio refellitur. Matth. Martinii vocis Sambethe Erymologia à שבה *refutatur. Possevini error. Quando vixerit hæc Sibylla Persica quæ se Noæ filiam esse ac cum illo in Arca degisse mentitur. Sibylla sibi contradicit. Refutatur mendacium illud fuisse Prophetissam & Noæ filiam. Ejus parentes. Suidas sibi adversatur. De origine erroris cur dicatur Sibylla hæc à Noacho oriunda. Boissardus & Schmidius refelluntur. Boissardi Opinio de loco nativitatis Sibyllæ Persicæ. Noa urbs ubinam sita. Zanoach non est urbs Noa. No urbs in Ægypto. Suidas refutatus. Persiæ antiquitas. Persarum nomen unde. Persis equitare vulgare erat. Tempore Noachi non extitit Sibylla Persica. Persæ Noacho posteriores. Unde Persica vocetur. Quo nomine olim Persæ fuerint designati. De Persicæ Sibyllæ parentibus non constat. Variant Scriptores quinam fuerint parente Sibyllæ Persicæ. Variæ Doctorum de ejus patria sententiæ. Babylon quando exstructa. Diluvio est posterior, Hebræorum nomen Diluvio posterius: ante Mosen nulla extitit Sibylla. Opsopæus & Boissardus huic Sibyllæ Persicæ sua assignarunt oracula. Quænam illa sint. Boissardus Lactantio adversatur. De Singulis Sibyllis quænam conscripserint Oracula determinare nemo potest. Cur à Pausania Sabba fuerit dicta incertum. Blondelli ζφάλμα notatur.*

CEterum ut nunc de Sibyllarum nominibus particularibus distinctionis gratia illis inditis, sermonem instituamus, notandum est Lactantium qui eas ordine, ex Varrone, recenset, Persicam primam nominare: sed Onuphrius Panvinius, octavum illi locum assignat, uti &

illo ordine in templo Senenſi collocata fuit, illud nos docentibus cælaturis quas ex Italia ad nos attulit Nobiliſſ. D. Geldolphus van Vladeracken. Boiſſardus in de Divinatione quinto loco recenſet. Hanc alii Babyloniam, alii Chaldæam, alii Hebræam ut Suidas, alii Ægyptiam vocarunt. Simſon in de Sibyllinis Vaticiniis diſquiſitione, ex eo quod Lactantius ex Varrone tradat eam prædixiſſe Erythræam ſe nominandam, cum tamen orta ſit Babylone, putat Scriptorem nitidiſſimum innuere voluiſſe Babylonicam ſeu Chaldæam Sibyllam non eſſe diverſam ab Erythræa. Sed quam leve hoc ſit argumentum nemo non videt. Pauſanias Sabbæ, Suidas & poſt illum, Alſtedius Sambethes nomen illi aſſignavit. Doctiſſ. Simſon loco ſuperius citato inquit: hujus Sibyllæ Babylonicæ & Chaldaicæ quam eandem eſſe cum Erythræa opinatur, nomen verum fuit Sambetha vel Saba, hocque probat ex Pauſania in Phocicis. Ἐπεγεγράφη ἡ ἡ Σαββὰ Ἑβραίοις τοῖς ὑπὲρ τὴν Παλαιστίνης γυνὴ χρησμολόγῳ, ὄνομα ἦ αὐτῇ Σάββη. Βηρωσσὲ ἦ εἶναι πατρὸς ἡ Ἐρυμάνθης μητρὸς φασὶ Σάββην. οἱ ἦ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι ἦ Σίβυλλαν καλοῦσιν Αἰγυπτίαν. Hoc eſt, *Hebræi, qui ſupra Palæſtinam ſunt, infatidicarum numerum conſcripſerunt mulierem, nomine Sabbam; quam Beroſo patre, & Erymanthe matre genitam tradunt: Hanc alii Babyloniam, Ægyptiam alii Sibyllam vocant.* Sed hoc ex loco citato non apparet, dixerim hoc cum bona Simſonis venia, an Sambetha eadem cum Sabba? Hoc pacto quævis confundantur nomina. Etiam Pauſanias Sambetham eam nominat, attamen illam cum Sabba eſſe eandem putandi non dedit occaſionem. Vocem hanc Sambethe compoſitam eſſe ex Sem & Japhet putat *Peucerus* in de θεομαν. illaque voce notari Doctrinam de Deo, de Lapſu, de reſtitutione, Redemtione, & gratuita receptione generis humani, de Meſſia, & cæteris, continua ſerie à mundi initio uſque, quaſi per manus tradita Nohæ, cujus deinde explicationem, curam, cuſtodiam, & conſervationem ipſe duobus præcipue filiis Sem & Japhet commendavit. *Hæc omnia*, inquit idem Peucerus ibid. *poſteri ut primorum Authorum memoriam grati retinerent ac celebrarent, compoſita voce Sambethen, id eſt doctrinam à Sem & Japhet prognatam vocarunt*: hanc opinionem & vocis Etymologiam ſi *Peucerus* à viris doctis approbari velit, rationes ejus ſententiæ erant adducendæ, nec enim quisquam ſimplici aſſertioni ſtatim credat: ideoque Etymologiam hanc ut & opinionem illam, quod Sibylla Perſica Doctrinam

nam de Deo &c. uti dictum ſupra indicarit docueritque plane rejicimus, quis enim non videat violentam & contortam nimis hanc eſſe Etymologiam, Sambethe, *hoc eſt* doctrina quam Sem & Japhet à patre Noa accepere, hoc pacto quidlibet ex quolibet facile extundatur: deinde etiamſi hæc vox ex Sem & Japhet componeretur an inde ſtatim ſequitur, ergo Doctrina Divina, quam Sem & Japhet per traditionem acceperunt poſterosque docuerunt, illa intelligitur & indicatur? *non facile* hoc mihi quis perſuaſerit: an probabile poteſt videri, *Sibyllam* quam Gentiles pro ſua agnoſcunt, & ex illa reſciri poſſe cenſent, quo pacto falſi Dii placari debent, & quæ ſæpe imo ſemper idololatrica imperat, & diabolico ſpiritu fuit acta, illam Doctrinam de Deo, de Lapſu, de Redemptione aliaque myſteria hominibus propoſuiſſe, an Diabolus tam manifeſte & inſigniter ſibi adverſaretur? an Mulieri Paganæ ſtatuta Dei nota, æque, imo clarius nota quam Fidelibus? non negamus Sem & Japhet probe noviſſe doctrinam de Deo, de Lapſu, de Redemptione generis humani, nemo abſque illarum rerum cognitione ſalvari poſſe pro certiſſimo affirmamus: ſed doctrinam illam de capitibus illis, Perſicam Sibyllam ex Sem & Japhet hauſiſſe aut illam ſcripto conſignaſſe, pernegamus. Matthias Martinius in de Veritate Divinæ naturæ Jeſu Chriſti, aliam Sambethes *vocis originem proponit*, rejecta Peuceri conjectura. *Quid ſi potius*, inquit, *tanquam quietiorem, non concitatam & furentem ut cæteræ erant*; *à* שבת *quies, ut (quod ſit aliquando apud Aramæos & Arabas) dageſch reſolvatur in* ב, *apud Græcos vero litera, poſtea transeunte in* μ *ante* B, *ut in* συμβολὴ, συμβοηθὸς. *Hinc fluvius ille, qui in Sabbatho ceſſat à curſu*, Sabbathon & Sambation *dicitur. vide Joſeph. de bell. Jud. 7. 24. in ipſis Sibyllarum carminibus eſt* αμβακὰκ, (*nempe ſicut ſcribunt etiam* LXX. *interpretes*) *pro* חֲבַקּוּק. i. e. Abacuc *quamvis in* ב *non ſit dageſch. ſic ex* אִבִּיק *Arabes faciunt* אַנְבִּיק (*unde* ἄμβιξ) *ex quo præpoſito Arab. articulo al, eſt alembicum. Ita ex* ἄγγελος (*i. quaſi dageſſato*) *Latini faciunt* Angelus. Hanc Etymologiam æque ac priorem rejiciendam contendimus. à vcoe שבת formari vocem Sambethen quis non videat violentam plane eſſe hanc derivationem? ſaltem hoc Martinio conſtare non potuiſſe hanc Sambethen reliquis Sibyllis *quietiorem* fuiſſe minusque furioſam, affirmamus, ideoque hoc fundamento absque ulla ratione poſito, ab hac voce derivationem hanc

non

non potuiſſe formari. Imo ipſa Sibylla, uti ſuo loco demonſtrabitur, ſe furioſam & mente alienatam aſſerit, ſi hæc reliquis quietior fuit, unde hoc habuerit & qua ratione probari poſſit, indicari à Martinio debuiſſet. Jeſuita Craſſetus, hanc Sibyllam in utraque ſua editione Sametham vocat, etiamſi apud Scriptores fere omnes, Sambetha vocetur, ſed exiguum hoc Loyolitæ eſt ζφάλμα. Dicit illam compoſuiſſe viginti quatuor libros in quibus adeo clare & diſtincte de Jeſu Chriſto, de illius nativitate, miraculis, paſſione, morte, Reſurrectione & ultimo ejus adventu diſſeruit, ut videatur illa potius deſcripſiſſe Euangelium quam Vaticinationibus prænuntiaſſe illa quæ prædixit, adeo ut non nulli exiſtimarint à Chriſtiano potius quam à pagana Sibylla profecta fuiſſe hæc Vaticinia. Sed quæſo quis Sagaciſſimo huic noſtro Craſſeto hoc revelavit? ubinam in hoc terrarum orbe repperit ſedulus hic Jeſuita 24. hoſce libros, putem non alibi quam in cerebello ſuo Loyolitico: indicet ubinam legendi exſtent; tum judicari poterit, utrum tam clare ac diſtincte Vaticinata ſit hæc Sibylla de Jeſu Chriſto uti pro more ſuo ſatis audacter pronuntiat Craſſetus. Apparebit tunc etiam utrum genuinus hic ſit hujus Sibyllæ fœtus. Scio quidem Suidam 24. illorum librorum mentionem injicere, ſed quod etiamnum exſtent Craſſeto probare incumbit. Notandum autem hallucinari *Ant: Poſſevinum*, cum apud Chaldæos omnes Sibyllas Sambethes nomine vocatas fuiſſe exiſtimat: non enim Suidas quem videtur illius opinionis tanquam inventorem ſequi qui hoc nomen Chaldææ Sibyllæ aſſignat, hoc aſſerit, Chaldæos ſic nominaſſe Sibyllas, ſed tantum & ſimpliciter affirmat Chaldæam etiam Sambethen vocatam. At hinc, ut quivis facile judicet non ſequitur omnes Sibyllas Chaldæis Sambethes dictas. Hanc multi putant vixiſſe Anno à mundo condito, & quam Agrippam, inter quos etiam Alſtedius chronol. P. 470. vocarunt, 1990: quod tamen difficillime probari poſſe contendimus, imo falſiſſimum eſſe pronuntiamus. Sic enim Moſe nato Ann. M. 2374. prior fuiſſet Sibylla, quod quam falſum ſit patebit infra. Sebaſtianus Franc. Sibyllam Perſicam aliam & diverſam eſſe ab Agrippa Sibylla exiſtimat. Sed J. A. in ſpiſſo ſuo volumine Belgicè conſcripto quod de variis Religionibus, ac tandem poſt de Sibyllis exaravit, putat illam immediate poſt Diluvium prophetaſſe, adeo ut 2200. annis ante Chriſtum Vaticinia ſua pronuntiaſſe

tiasse sit censenda, verum hæc quam falsa sit opinio cuivis constabit, qui meminit, tum temporis nondum exstitisse linguam Græcam, putat enim J. A. intra 1657. aut 1757. annos illam conscripsisse suas Vaticinationes: quas etiam viginti quatuor libris fuisse comprehensas cum Crasseto Jesuita, temerarius hic Scriptor absque ulla probatione audacter satis pronuntiat: sequutus forte *Ludovicum Vivem*, qui hoc etiam dictatorio modo affirmavit, citat enim *S. Augustinum*, dicitque *illum* compendiose producere ejus Vaticinationes libro *octavo* de Civitate Dei, sed perperam, dicere debuisset *libro decimo octavo*, ubi tamen, non tam S. Augustinus, quam potius *L. Vives* ejus Vaticinia referre dicendus erat: dicit porro idem J. A. non posse narrari, quot Vaticimia de Incarnatione Jesu Christi, de ejus incarceratione, ludibriis, & conspuitionibus, de ejus flagellatione & coronatione, uti & de ejus patientia & innocentia, ut & de illius miraculis & morte, de ejus sepultura, Resurrectione, &c. imo & de Virgine Maria, de abolitione potestatis Satanæ ac Redemptione generis humani, & de confusione linguarum ac ædificatione turris Babylonicæ, apud Mosem memoratæ. Verum sic scribendo bonus hic Vir sibi contradicit: dicit enim, uti ante notavimus, nulli pro certo posse assignari Sibyllæ Oracula, quamvis tamen & ante & heic loci *Sibyllæ unicuique sua assignet & assignarit* Vaticinia, si enim illa quæ commemoravit, jam sint Sibyllæ Persicæ oracula, tum facili negotio unicuique Sibyllæ sua possunt attribui Vaticinia, quod tamen *ipso fatente*, adversatur Lactantio, uti & hoc agnoscit libri sui p. 852. Sibyllam Persicam hanc, Suidas, Beatissimi Noæ filiam statuit, imo Sibylla se ab illo genitam, & cum illo in Arca, Diluvii tempore fuisse, impudentissime pariter ac mendacissime enuntiat. Audiamus Pseudo-Sibyllam lib. III. in fine.

- - - - - Ὅτε γὰ κοσμοκλύζετο πόσμῳ
Ὕδασι, καὶ πὶς ἀνὴρ μόνῳ διδυμείῃ ἐλείφθη,
Ὑλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ὑπωλάσας ὑδατέσσι
Σὺν θηρσὶ, πλωοῖσι θ' ἵν' ἐμπλησθῇ κόσμος
Τᾷ μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος ἐστε βίοιο.

Hæc Caſtalio ſic Latine cecinit:

- - - - - Siquidem cum dilueretur
Mundus aquis, cum vir ſolus probus exuperavit
Quidam, quem per aquas vexit domus erutа Sylvis
Et pecudes & aves, rurſum impleretur ut orbis,
Ejus ego nurus, ejus item de ſanguine nata.

Et lib. I. ſe cum Noacho in Arca fuiſſe affirmat. Sic verba ejus ſonant.

Ὦ γλωεῆς ἔκλης πρῶτον γλῶ@ ὦ μέγα χάρμα
Ης ἔλαχον μέλεπειΓ ὅτε ἔκφυγον εἶπιω ὄλεθρον
Πολλὰ κλυδωνιοθεὶς ἄμ' ἐμῷ πόσι, ἡ δαέρεσιν
Η'δ' ἐκυρῷ θ' ἐκυρῇ, ὁμογύμφοισίν τε παθοῦσα.

O ævi ſexti ſtirps prima, ô gaudia magna,
Quod ſortita fui, poſtquam diſcrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris gloſſis, ſoceroque ſocruque.

Verum ut mendacem oportet eſſe memorem, ſic illam dictorum ſuorum non probe meminiſſe ſibique contrariam reperio. aperte enim ſe Chriſtianam profitetur in fine lib. VIII. & alibi ſe inceſtus crimine pollutam fatetur, crimen ſtupri à patre paſſa. Itaque pro Lothi filia ſe venditat. Et poſtea ſui oblita, ſe Iſidis ſororem dicit. V. Oudaan p. 329.

Τὼνεκ ἄρ ἡμεῖς ἢ ὁσίης Χριστοῖο γλωθλης
Οὐρανίης πεφυῶτες; ὀπικλεόμεσθα σύναιμοι.

Nos igitur ſancta Chriſti de ſtirpe creati - - - -
Cæleſti, nomen retinemus proximitatis.

An Chriſtianos cum Noacho, in arca fuiſſe quisquam credat? & an non hoc ridiculum? ante natum Chriſtum, ante ejus mortem, repertos Chriſtianos? S. Lucas nobis ejus denominationis originem indicat, Actor: cap. XI. vers XXVI. Et in

An-

Antiochia primum, discipulos vocatos fuisse Christianos docet. quod plane repugnat Sibyllæ asserenti se Christianam fuisse in Arca Noæ. Deinde vellem equidem, Suidas indicasset, unde hanc suam opinionem hauserit, & quibus argumentis motus illam scripto consignarit: nullibi Historia sacra à Mose conscripta, Prophetissam inter Noachi filias aut nurus fuisse docet quod dubio procul ab exactissimo pariter ac Sanctissimo Ecclesiasticæ Historiæ Scriptore notatum fuisset: neque enim parvi momenti erat, Ecclesiam Dei etiam tum temporis suas habuisse Vates Fœminas: si cum Noacho in Arca degerit hæc Sibylla, tum Mose prior habenda hæc prophetissa: existimamus autem nullum Mose antiquiorem exstare Scriptorem, quidquid non nulli de Zoroastre aliisque nugentur. Nam quæ de illo scribuntur, sunt putidæ fabulæ meraque figmenta, ut & suo tempore testatus est S. Chrysost. de Babyla Martyre differens. Mose autem nullum reperiri Scriptorem priorem, testantur abunde etiam illi qui alias Sibyllarum magni sunt fautores. Justinus Martyr orat. ad Antonin: Junior. Clemens Alexandrinus, Lactantius, Eusebius aliique: Ant: Posselvinus in Apparatu Sacro. *Imo è Patribus reliquis & Ecclesiasticis Scriptoribus nullam Sibyllam Mose fuisse priorem, ut intelligatur, si quid in Oraculorum sub Sibyllarum nomine evulgatorum & octo libris comprehensorum, reperiatur, quod Mosis ætatem antecesserit, id commentitium & falsum fuisse, nimirum à Satana invectum, ut veritati immixta falsitas, eandem veritatem aliorum temporum suspectam redderet.* Si Noæ filia fuit Sibylla Persica, quomodo Beroso & Erymanthe progenita fuerit? Berosus enim Noacho longe posterior, floruit enim, uti author est Joan. Annius Viterbiensis, annos aliquot ante Alexandri Magni Monarchiam. quomodo igitur fuerit in Arca cum Noacho & ab ipso progenita? hanc itaque opinionem probabiliorem judicamus illam Beroso & Erymanthe prognatam, & hoc etiam asserit *Suidas*, qui illam à Noacho genitam scribens, fœda contradictione sibi adversatur: Sibyllam porro hanc non adeo antiquam esse ut à Noacho sit genita & cum illo in Arca fuerit, satis viderunt Boissardus & Erasmus Schmidius ideoque patrem fuisse non Noachum sed Berosum statuunt, & ut erroris originem ostendant, putant hinc falsam ortam opinionem, Noachum Persicæ Sibyllæ parentem assignantem, quod illa nata fuerit in oppido ad mare Rubrum, cui Noë

nomen : ſic ſentiunt Lud : Vives, Craſſetus, & J. Aitzma olim Cudelſteertienſis paſtor, aliique : ſed inde non videtur erroris ortus poſſe colligi, diſertis enim verbis, ſe à Noacho genitam affirmat Sibylla, ut oſtendimus, ideoque nomen urbis Noë erroris occaſionem non ſuppeditavit: deinde notandum Boiſſardum & Schmidium hoc tanquam indubitatum proponere, Sibyllam Perſicam urbe Noa ortam, ſed probationem & argumenta non video : unde hæc hauſerint hariolari nequeo, Autoritates quibus moti fuerunt allegari debebant : ea Autoritate qua hoc dicunt, ea etiam a quovis negari poteſt : ideoque nec dictis illorum fidem habemus. Boiſſardus in lib. quem de Divinatione conſcripſit, Suidam Auctorem citat, affirmantem, Sibyllam Perſicam natam ad mare Rubrum in ea urbe quæ *Noë* appellatur. Hincque errorem natum, illam Noæ filiam vel nurum fuiſſe. Sed quo loco Suidas hoc aſſerat non indicat, nec invenire potui. Hoc ſi affirmat alicubi Suidas, tum ſibi contrarius & ſui oblitus eſt dicendus : diſertis enim verbis in voce Σίβυλλα dicit eſſe hanc ἐκ Χαλδαίων τὸ γένος Νῶε. Quod aliud plane eſt quam in urbe Noa natum eſſe. Dicit porro *Schmidius* poſt *Ludovicum Vivem*, eſſe oppidum ad mare Rubrum : quod equidem ibidem, poſt diligentem tabularum inſpectionem, reperire non potui: ſcio probè, Annium Viterbienſem in ſuis ad Beroſum notis urbis aut loci cujuſdam Noæ meminiſſe, & ſcripſiſſe cap. XV. libri Joſuæ ejus mentionem fieri, ſed ingenuè fatemur nos locum illum ibidem invenire non potuiſſe, niſi forte Zanoach de quo loco verſib. XXXIV. & LVI. fit mentio, Noam eſſe velit. Sed quis non videat hanc verbi mutilationem eſſe nimis violentam & inconcinnam. Verum poſito, ad mare Rubrum eſſe oppidum cui Noë nomen, an ideo Sibylla ibidem nata dicenda erit ? forte Schmidius intellexerit urbem No quæ fuit Civitas in Ægypto prope Nili oſtium, quæ à Chaldæis vaſtata, poſtea ab Alexandro Magno fuit inſtaurata, & de Alexandri nomine *Alexandria* vocata. Sed quidquid ſit, inde tamen non ſequetur Civitatem *No* fuiſſe *Sibyllæ* Perſicæ locum natalem : ac nomen hoc, erroris materiam dediſſe : poſtquam hæc ſcripſiſſemus, apud Ortelium in Theſauro Geographico, deprehendimus urbis Noæ in Paleſtina ſitæ Joſuæ Capit. XIX. vers XIII. (70. Interpretibus *Anoa* dictæ) mentionem fieri : In textu Hebræo eſt, loco laudato, נֹעָה, quod quam abſurdum ſit ex illa de-

denominatione ortum esse errorem, ex Noacho ducere originem Sibyllam Persicam, quivis tantillum in Hebræa lingua versatus videat: aliis enim literis Noachi nomen scribitur. Et quis hoc revelavit, potius ex denominatione urbis *Noë* in Palæstina, quam *Noæ* Arabiæ Fœlicis urbis? vel etiam illius Civitatis Siciliæ *Noæ* Νόαι dictæ, talem enim ibi reperiri urbem testes sunt Stephanus & Suidas ortum esse hunc errorem. Quas rationes nobis Boissardus & Schmidius suppeditabunt pro suis sententiis, à *Noa* Palæstina potius, quam Siciliæ aut Arabiæ *Noa* promanasse errorem? verum ut Sibyllæ hujus Antiquitas falso illi tributa à tempore ipsius Noë magis pateſcat, considerandum tantum nomen quod ei dat Lactantius, vel ut distinctius loquamur unde Lactantius eam oriundam dicit, nempe de Persis, hoc solum verbum sufficit, ut Suidam alioſque qui illam à fœliciſſimo Noa prognatam asserunt, falsitatis convincamus. Persarum enim nomen non adeo antiquum ut tempore Noachi, Persia ipsi fuerit patria, illa enim Regio, nec tum temporis, nec multis seculis post, sub illa nomenclatione fuit cognita, unde fit, ut ab Antiquissimis sacræ Historiæ Scriptoribus, Persiæ sub illo nomine nullibi sit facta mentio. Primi quod sciam illo nomine Regionem illam designarunt Ezechiel & Daniel Prophetæ Cyro coævi, hinc est quod nec Moses, *nec libri Regum, nec Esaias aut Jeremias*, nec quisquam eorum qui Cyro anteriores, Persarum meminerunt. *At in Daniele*, Ezechiele qui Cyri tempore vixerunt & Prophetias suas promulgarunt, & *in* libris Chronicorum, & Esdræ & Nehemiæ & Esther qui post Cyrum conscripti sunt, frequens est Persarum mentio facta. Itaque saltem à Cyri tempore Persarum nomen accersendum, quod ab equitatu, quo maxime valebant, obtinuerunt, ut Author est celeberrimus Bochartus Phaleg. lib. IV. cap. X. A teneris enim equitare docebantur Persæ. Herodotus: Παιδεύσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαέτεος τρία μοῦνα, ἱππεύειν καὶ τοξεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι. *Liberos suos à quinto anno incipientes, usque ad vicesimum tria duntaxat edocent, equitare, sagittare & vera loqui.* Equitare illos primus docuit Cyrus; antea enim, ut tradit Xenophon lib. I. Cyro-pædiæ, ἐν Πέρσαις δι' ὃ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ τρέφειν ἵππους, καὶ ἱππεύειν ἐν ὀρεινῇ ἔσῃ τῇ χώρᾳ καὶ ἰδεῖν ἵππον σπάνιον. *In Persis quia & equos alere & equitare difficile est, cum montosa sit*

Regio, vel videre equum rarum erat. At Cyro ſic providene, ut idem Xenophon narrat lib. IV. Perſæ expeditibus equites facti, equis deinde ita aſſueverunt, ut ἥδεὶς ἂν inquit Xenophon τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἑκὼν ὀφθείη Περσῶν ἥδαμῆ πεζὸς ὤν, *nemo Perſarum vir bonus videatur ultro pedes ire uſpiam.* Cyrus enim Legem tulerat, ut turpe eſſet, ſi quis illorum quos equis inſtruxerat Φανῇ πεζὸς πορευόμενος, ἐάντε πολλὸν, ἐάντε ὀλίγον ὁδὸν δέῃ διελθεῖν, *videretur pedes incedere, ſive multum aut parum itineris eſſet conficiendum.* Itaque ex tam repentina mutatione factum, ut hæc Regio פרס *Paras*, & in colæ פרסאי *Perſæ* id eſt equites dicerentur. Arabicè enim فارس *Phariſon eques* فرسون *Pharouſon equus.* Uti hæc ſolide tradit idem Bochartus, cujus ſententiam valdè laudamus & approbamus. Hinc igitur quivis nunc facile viderit, non potuiſſe Sibyllam hanc noſtram, tempore Noë extitiſſe, quoniam Perſica à loco vel nativitatis vel Vaticinii vocatur, & Noachi tempore nulli *Perſæ* populi. Sin obiiciatur etiam Noachi tempore nationem illam aut paulo poſt, vel ſaltem ante Cyri tempora extitiſſe, ideoque potuiſſe reputari, Sibyllam fuiſſe de Perſis, reſpondemus etiamſi gens illa longe ante extiterit, non tamen nota fuit ſub illo nomine aut vocabulo *Perſæ.* Ante Cyrum, veriſimile eſt comprehenſam fuiſſe ſub nominibus כות *Cuth* & עילם *elam:* Cuthæi enim & Elymæi tali modo à Joſepho deſcribuntur, Antiquit. lib. I. cap. VII. & lib. IX. cap. XXIV. ut probabile ſit illis nominibus Gentem illam olim indigitatam fuiſſe. Dicit enim Ἔλυμον & Ἐλυμαίους fuiſſe Περσῶν ἀρχηγέτας *Perſarum generis Authores*; & Cuthæos dici Samaritanos, ἀφ' τὸ ἐκ τῆς Χαθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι, αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τῇ Περσίδι, ἣν ποταμὸς τοῦτ' ἔχων ὄνομα, *quia è Regione Cutha translati ſunt, quæ eſt in Perſide, aut fluvio ejusdem nominis.* Ex his itaque patere judicamus, non adeo fuiſſe antiquam hanc Sibyllam ut illa dici poſſit à Noa progenita aut cum illo fuiſſe in Arca tempore Diluvii: & quomodo definiri poſſet quo tempore vixerit, ſi quidem de parentibus ejus non conſtat: alii enim illi Noachum patrem, alii Beroſum & Erymanthem parentes aſſignant: pro certo Craſſetum dictatorio modo pronuntiare legimus hujus Perſicæ Sibyllæ parentes eſſe Beroſum & Erymanthen, ſed quo fundamento hæc ab illo aſſerantur, nos ſaltem non videmus: Diſputent hæc quibus magis quam nobis vacat: hæc quæ hactenus diſſeruimus

mus ſufficere putamus ut Sibyllam pariter ac Suidam falſitatis arguamus: quam facile detegat quivis ex diverſitate ſententiarum & opinionum de ejus patria. Alii enim Babyloniam vocarunt, alii Ægyptiam, alii Chaldæam, alii Hebræam, quæ omnia vorabula Sibyllam non fuiſſe in Arca, indicant. Nam ſi Babylonia, eo quod Babylone orta ſit vocatur, quis non videat Sibyllæ aſſertionem ſponte ſua corruere, nam ſtructuræ Turris & urbis Babylonis ſoli infideles ſe manciparunt, ut indicatur à Moſe Gen. XI. vers. V. ideoque nec filios Dei (ſi conjecturæ probabili locus eſt,) in illa Civitate habitare voluiſſe, putamus: & ſic ſequetur Sibyllam quam Noachi faciunt filiam, non poſſe dici Babyloniam: imo & hoc putamus conſtare, ex eo quod velit Sibylla perſuadere, ſe cum Noacho fuiſſe in Arca, nam Babylon diluvio poſterior & Sibyllæ nativitas illo anterior, quomodo igitur Babylonia vocetur à Civitate poſt ejus nativitatem exſtructa. Diluvio enim omnia fuerunt vaſtata, ſtatuendum ergo urbem illam poſt generalem illam inundationem fuiſſe exſtructam, quod tempore Phalegi accidiſſe teſtatur Moſes, Gen. cap. X. vers. XXV. hoc eſt poſt diluvium anno centeſimo primo. Ut conſtat, inquit, Doctiſſ. Bochartus ex Gen. cap. XI. vers. X. uſque ad vers. XVI. brevitatis gratia, ex nominibus Ægyptia, Chaldæa, Hebræa, non argumentamur, *Hebræa quod vocetur*, hoc ejus Antiquitatem magis confirmare poſſe videtur quam quod *Chaldæa aut Ægyptia* dicatur: ſed quidquid ſit, ſemper erit Diluvio poſterior habenda, & ſic in Arca cum Noacho non fuiſſe dicenda. Quandoquidem Hebræi hoc nomine à patre Hebero ſunt vocati: Heberus autem Diluvio poſterior, ideoque ſi Hebræa ab Hebero dicenda, eædem rationes ſuperius adductæ contra eam militabunt. Imo Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro, Author eſt, nullam Sibyllam ante Moſis tempora extitiſſe: multo minus Oracula pronuntiaſſe: *è Patribus*, inquit, *reliquis & Eccleſiaſticis Scriptoribus nullam Sibyllam Moſe fuiſſe priorem, ut intelligatur: ſi quid in Oraculorum Sibyllinorum nomine evulgatorum & octo libris comprehenſorum, reperiatur, quod Moſis ætatem anteceſſerit: id commentitium & falſum fuiſſe, nimirum à Satana invectum, ut veritati immixta falſitas, eandem veritatem aliorum temporum ſuſpectam redderet.* Cur autem Pauſanias illi nomen, Sabba dederit, & unde hoc habuerit, hariolari non poſſumus niſi velimus ſtatuere, illum putare eandem fuiſſe

cum

cum Regina Saba ut opinatur Boiſſardus p. m. 238. Lectorem etiam monitum volumus, Doctiſſ: Blondellum de Perſica Sibylla agentem, ſcripſiſſe. p. XXXVII. illam ab Iſidoro Hiſpalenſi, Erophylen vocatam, quod nomen apud Iſidorum Sibyllæ Perſicæ datum reperire non potuimus: imo non datum fuiſſe contendimus. Locum integrum Iſidori ſupra allegavimus, ſed nihil tale quid apparuit, imo vidimus Erophilem ab illo fuiſſe vocatam Sibyllam Erythræam: Blondellus ipſe ſic adnotavit p. XXXIV. ideoque Virum Celeberrimum ut excuſemus, putamus, eſſe Calami errorem, qui feſtinanter pro Erythræa, Erophile ſcripſit, non enim credimus virum Doctiſſ: ſui adeo oblitum, ut ſibi contraria, & quidem poſt tam exiguum interſtitium, ſcriberet, aliique manifeſte falſa attribueret. Johannes Opſopœjus, qui Oracula Sibyllima Græce & Latinè edidit, inter illorum fragmenta, quædam, de Chriſto ex vetuſtiſſimo codice deſcripta ſingulis Sibyllis adſcripta Oracula excudi curavit. Verſus qui Perſicæ Sibyllæ attribuuntur, ſic ſonant:

Virgine matre ſatus, pando reſidebit aſello,
Jucundus princeps, unus qui ferre ſalutem
Rite queat lapſis: tamen illis forte diebus
Multi multa ferent, immenſi fata laboris.
Solo, ſed ſatis eſt Oracula prodere verbo:
Ille deus caſta naſcetur virgine magnus.

Janus Jacobi Boiſſardus in lib. quem de Divinatione conſcripſit non ſolum ex ipſis Oraculis Sibyllinis, ſingulis Sibyllis ſua aſſignavit Oracula, verum etiam ex aliis Scriptoribus ipſis attributa recenſet.

Ex Aria Montano.

Tu pede prævalido calcabere, callide ſerpens
Naſceturque humili ſummus in orbe Deus.
Quod nunc nemo videt Verbum, quod tangere nemo
Nunc valet, humana hoc impetet hocce manus.

Ex

Ex Lælio Cleopaſſo.

Æternum Verbum fiet palpabile: eritque
Verus homo ex utero virginis, atque Deus.
Is te antique draco vincet: Plutonia ſceptra
Franget & infernas diſcutiet tenebras.
Hic Rex eſt Judæa tuus, quem pullus aſelli
Suſtinet: hoc laudes adveniente cane.

Ex inſcriptionibus Senenſibus.

Panibus ſimul quinque, & duobus piſcibus hominum millia multa in eremo ſatiabit.

Ex Ruillio:

Et tu, beſtia, conculcaberis. Deus naſcetur in mundo: Verbum inviſibile, reddetur palpabile, vel percutietur.

Notandum porro, uti ſuperius notavimus, Boiſſardum, uti ſingulis ſuas aſſignavit prædictiones, ſic & huic ſuas attribuere: verum in eo, Lactantio adverſatur, qui Inſtitut. lib. I. de falſa Religione cap. VI. hoc modo de Sibyllis: *ſunt ſingularum ſinguli libri, qui quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur, ſuntque confuſi, nec diſcerni, ac ſuum cuique aſſignari poteſt, niſi Erythrææ, quæ & nomen ſuum verum carmini inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri, prælocuta eſt; cum eſſet orta Babylone.* Boiſſardus tamen cuique ſua tribuit Oracula, quod quo fundamento facere poſſit, equidem non video: ne autem Lector ſedulus hac Boiſſardi conjectura fraudetur, prædictiones quas huic Sibyllæ adtribuit, heic adſcribere placuit.

Prædictio de Turri Babylonica. lib. III. Oraculorum Erythrææ.

Ἀλλ' ὁπόταν θεῦ πελέωνϑ ἀπειλαὶ
Ἂς πολ' ἐπηπείλησε βροτοῖς ἐι πύργον ἔτυξαν
Χώρῃ ἐν Ἀσυρίῃ, ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες
Καὶ βάλον' ἀναβῶ εἰς ὐρανὸν ἀστερόεντα
Αὐτίκα ἀθανάτῳ *
Πνοὰμασιν. αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὑψόθι πύργον

Γ'ίψαν, ϗ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔρεν ὤρσων:
Τ͂ύνεκα τοὶ Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλ ἔνομ' ἔθεντο.

Sed cum dicta ad rem fuerint collata, minatus
Quæ magnus Deus eſt olim mortalibus illis,
Qui turrim Aſſyriis in finibus ædificarunt:
Cum cunctis eadem vox eſſet, ſtelliferumque
In cœlum vellent adſcendere, continuoque
Immortalis *
Flatibus. At venti magnam ſublime ferentes
Turrim jecerunt, & litem conciliarunt
Inter eos: urbemque ideo Babylona vocarunt.

De Deo uno ſoloque Æterno, & omnipotente ſic locuta eſt:

Ἀγήννη@, ἄχραν@, ἀέννα@ αἰδιός τε,
Οὐρανιῶ ἰαχῦι μετρῶν πυρόεσσαν ἀϋτμὴν,
Καὶ παταγὰ σκῆπτρον κατέχ σὺν ἀπλωτεῖ πυρῶ,
Πρηνῦς τε βαρυκτυπέων δυσπήματα βροντῶν.
Γλῶ κλονέων κατέχ ῥοιζήματα *
Καὶ ἀστεροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνῃ πυροφεγγεῖς
Ὄμβρων δ' ἄσχετα χύματα, χιόνης θ' χαλάζης,
Κρυμαλέης νεφελῶν τε βολῆς, ϗ χείμαι@ ὁρμῆς.

Æternus, nunquam genitus, plane intemeratus,
Ignitas Cæli cohibet qui viribus auras:
Fulminis & ſonitum ſævo fulgore coërcet.
Horrendos tonitrus mollit, pacatque fragores,
Terram convolvens ſtridores comprimit *
Fulguris obtundit percuſſus igne micantes:
Imbris & immodicos fluxus, & grandinis albæ,
Et nubis gelidæ jactus, hyemisque ſolutæ.

Prædixit & Chriſtum filium Dei venturum:

Σὸν γίνωσκε Θεὸν, Θεῦ υἱὸν ἐόντα.

Tuum cognoſce Deum, qui Dei filius eſt.

A Chri-

A Chriſto ſolutum iri legem Dei, quæ Moſi à Deo data erat:

Ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσει νόμος.

Sed poſtquam hæc omnia perfecta fuerint, ſicut dixi,
In eo omnis ſolvetur lex.

Chriſtum quoque pro Deo agnitum iri, ex miraculis teſtatur:

Ἐκ δ' ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσσι δύοισι
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει·
Καὶ τὰ περισσεύσαντα λαῶν ἅμα κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.

Panibus & quinque, & binis ex piſcibus olim
Millia quinque virum in deſertis exſaturabit.
Quin & fragmentis collectis relliquiarum
Bis ſenos cophinos, ut ſit ſperare, replebit.

De extremo Judicio, hoc modo:

— — — Ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμος καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν Θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει, κρίνων ἀσεβεῖς ἅμα τ' ὐσεβέας τε.
Καὶ τὺς δυσεβέας μὲν ὑπὸ ζόφον ἔμπαλι πεμψεῖ.
Καὶ τότ' ἐπιγνώσονται ὅσιον ἀσέβειαν ἔρεξαν:
Εὐσεβέες δ' αὖτις ζείδωρον ἄρξουσιν.

Sed cum judicium jam tandem venerit orbis,
Cenſebitque pios homines Deus ipſe, maloſque.
Atque malos rurſum tenebras detrudet ad imas.
Tum demum noſcent, quam flagitioſa patrarint.
Terra piis autem nutrix habitanda manebit.

De pœnis impiorum vide ſub finem lib. II. Erythrææ, ubi ait:

Οὐδὲ σφὶν δακρύων κόρος ἔσται, οὐδὲ μὲν αὐδὴ
Οἴκτου ὀλοφυρομένων ἐσακούσται ἄλυδις ἄλλη.

Ἀλλὰ μακρὸν ζοφόεντ' ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα
Τειρόμενον βοάσουσ'· ἐπ' ἀχὶ ὁσίοισι δ' χώροις
Τίσουσι τρὶς τόσον, ὅσσον κακὸν ἤλιτον ἔργον
Χλιόμενοι πυρὶ πολλῷ· ὀπιδρύξουσι, δ' ὀδοῦσι
Πάντες τηκόμενοι μαλερῇ δίψῃ τε βίῃ τε.
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν ἢ φεύξεται ἀπ' αὐτῶν, &c.

— — — *Neque erit modus ullus eorum*
Ploratus: neque vox triſtis diſtincta querelas
Diverſas referet: verum ſub nocte profunda
Clamorem tollent. Atque in regione profana
Ter tantum ſolvent, quantum fecere malorum,
Igni confecti multo. Tum dentibus omnes
Stridentes acri tabeſcent vique ſitique.
Optandumque mori diſcent, fugietque vocantes, &c.

Addit Piorum præmia, quibus in vita æterna fruentur:

Τοὺς δ' ἄλλους, ὁπόσοιστε δίκη, καλὰ τ' ἔργα μέμηλεν.
Ἠδὲ ἢ εὐσεβίη τε, δικαιόταταί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι ἀπὸ αἰθομένου ποταμοῖο
Εἰς φῶς ἄξουσι, ἢ εἰς ζωὴν ἀμέλιμνον,
Ἔνθα πέλει τρισσὸν ἀθάνατον μεγάλοιο Θεοῖο.
Καὶ τρισσαὶ πηγαὶ οἴνου, μέλιτός τε γάλακτος.

Aſt alios qui jus æquum coluere, bonumque,
Et quibus & pietas & mens fuit optima cordi,
Sublatos genii rapidum per fluminis æſtum
Ducent in lucem, & ſecuræ munera vitæ.
Immortalis ubi magni via trita Tonantis:
Fontibus & trinis vinum, lac, mella, ſcatebunt.

De Jeſu Servatoris noſtri ingreſſu in Hieruſalem: ubi ait.

Χαῖρ' ἁγνὴ θύγατερ Σιὼν, ἢ πολλὰ παθοῦσα,
Αὐτός σε Βασιλεὺς ὀπιδὰς ὀπὶ πῶλον ἐσάγει,
Πρᾷος πᾶσι φανείς, ἵνα τοὶ ζυγὸν ὄνπερ ὑπῆμυ
Δοῦλοι; δυσβάσακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἀρῇ,
Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσῃ, δεσμούς τε βιαίους.

Salve

Salve, casta Sion, permultaque passa puella:
Ipse tibi inscenso Rex entuus, intrat asello
Erga omnes mitis, juga quo tibi, quo juga demat
Intoleranda tibi, quæ fers cervice subacta.
Solvat & exleges leges, violentaque vincla.

De Johanne Baptista Christi præcursore, qui agnum Dei ostendet, & homines ad pœnitentiam & resipiscentiam adhortabitur, sic inquit:

Ἀλλ' ὁπόταν φώνητις ἐρημαίης ἀφὰ χώρης
Ἠξεῖ ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς, ἢ πᾶσι βοήσει,
Εὐθείας ἀτραπὺς ποιησέμεν, ἠδ' ἀποῤῥῖψαι
Ἐκ κραδίης κακίας ἢ ὕδασι φωλίζεσθαι.
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα γλυνηθέντες ἄνωθεν.
Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων.

Verum vox quædam cum per deserta locorum
Nuncia mortales veniet quæ clamet ad omnes,
Ut rectos faciant calles, animosque repurget
A Vitiis, & aqua lustrentur corpora cuncta,
Ut nunquam deinceps peccent in jura renati.

Hæc Sibyllæ Persicæ esse Oracula putat Boissardus, sed quibus rationibus motus fuerit non indicat, quod quidem necessum erat, si dictis fidem haberi voluisset: nos cum Lactantio opinamur, non posse certo determinari quænam sint Oracula, quæ quævis particularis Sibylla conscripsit: Lactantii ævo ignorabatur cujus essent Oracula, an postremis hisce temporibus, hoc melius indicare poterit Boissardus? nulli particulari Sibyllæ ullum horum Oraculorum posse assignari contendimus, nunquam ethnicis diabolicisque Prophetis in mentem hæc venerunt, omnia enim illa quæ sub Sibyllarum nomine circumferuntur carmina, esse spuria & tota quanta supposititia à Christiano quodam conscripta, in sequentibus σὺν θεῷ ostendemus: ideoque nullus est Boissardus, qui absque ulla idonearum rationum allegatione hæc sub Persicæ Sibyllæ nomine venditat Oracula. Imo sibi contrarius videtur Boissardus, Oracula enim Erythrææ, secun-

dum propriam ſuam allegationem adſcripta, Perſicæ attribuit, quod certe ridiculum videtur. De aliis Oraculis quæ ſingulis Sibyllis aſſignat Boiſſardus, par eſto judicium. Hæc poſtquam abſolviſſemus, incidimus in prædictiones quas Sibyllæ huic Perſicæ attribuit quidam lucifuga, quem merito puduit nomen libro ſuo præfigere, voluitque tantum duas haſce litteras I. A. nominis loco apponere, hic vero totum primum Sibyllinorum Oraculorum librum huic Perſicæ attribuit, ſed nullas ineptus hic Scriptor addit rationes, quibus probet hæc carmina, huic Sibyllæ eſſe aſſignanda, hac in re contrarius Lactantio, uti ante oſtendimus, imo & Boiſſardo aliisque qui longe alia Perſicæ Sibyllæ attribuenda eſſe exiſtimant: quibusnam fidem commodabimus? ſi vera darentur κριτήρια, quibus diſcerni poſſent, quænam Oracula ab unaquaque Sibylla ſint conſcripta, nulla reſtaret difficultas, cum vero illa à nemine poſſint indicari, pro nugis & figmentis novorum horum Scriptorum aſſertiones habemus.

CAPUT III.

DE

SIBYLLA LIBYSSA.

BREVIARIUM.

LIbyſſam Sibyllam, nonnulli ſecundam, alii Sextam, alii Septimam fuiſſe arbitrantur. Ejus parentes. Nomen. Quo tempore vixerit. Non fuit Debora. Cur Libyca vocetur. Non fuit cum Noacho in Arca. Dido olim Eliſſa fuit vocata. Cur Dido dicta. Dido Virago: Cur Eliſſa nominata. Dido non ſignificat viraginem ſed Eliſſa. Etymologia nominis Didonis à דוד. *Peucerus refellitur. Verſus quinam huic Libycæ Sibyllæ adtribuuntur à Boiſſardo. Et J. A. in ſpeculo Sibyllarum.*

SEcunda, inquit Lactantius, Iſidorus aliique (Boiſſardus Sextam, Onuphrius Panvinius Septimam eſſe aſſerit uti & in templo Senenſi) *eſt Libyſſa cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo.* Alii Libycam vocant: Hanc ex Jove & Lamia Neptuni filia procreatam & à Libycis Gentibus


LIBYSSA

tibus Sibyllam cognominatam tradunt Pauſanias aliique: alii illam Dardani filiæque Neſonis Teucri filiam fuiſſe opinantur. Hanc dicunt proprio ſuo nomine *Eliſſam* fuiſſe vocatam, alii etiam proprio nomine Sibyllam vocatam volunt, à qua omnes poſtea mulieres Prophetiſſæ Sibyllæ nominatæ ſint. Hanc Sibyllam Libycam Alſtedius Anno Mundi 2620. vixiſſe affirmat, ſed quo fundamento nitatur, non indicat. Illum hoc demonſtrare non potuiſſe nec quemquam poſſe pleno ore pronuntiamus: neſcimus etiam cur Alſtedius Deboram inter Sibyllas recenſeat, & in ſpecie fuiſſe illam Sibyllam Libycam, ſed ſe meris niti conjecturis ipſe fatatur Alſtedius, *Forte*, inquit, *hæc fuit Debora.* Sed quam iniquum ſit Sanctam Fœminam comparare cum Muliere inſana; & diabolico ſpiritu acta ſupra oſtenſum fuit. Quæ fuerit hæc Sibylla non conſtat: ſi Libyca nominatu eo quod Libya fuerit ei patria, liquido conſtabit ſaltem illam non poſſe dici cum Noacho Diluvii tempore fuiſſe in Arca. Lubæi enim ſeu Libyes Diluvio poſteriores: ut cuivis notum. *Peucerus* cum aliis quam plurimis, Sibyllam hanc nomine proprio Eliſſam fuiſſe vocatam autumat; notandum autem Servium in ad Virg: Æneid. lib. I. commentariis, docere Didonem olim Eliſſam nominatam, *Dido* ait, *vero nomine Eliſſa ante dicta eſt, ſed poſt interitum à Pœnis* Dido, *appellata id eſt Virago, Punica lingua.* Syncellus de Carthagine ſcribens teſtatur, Didonem antea *Viraginem* id eſt *Eliſſam* vocatam. Quam denominationem ex Etymologia nominis *Eliſſæ* originem ducere putamus, ſi quidem *Eliſſa* nomen compoſitum ſit, ex אל & אשה, id eſt *Dei Fœmina*, hoc eſt *Fœmina fortis*, *Virago.* Et ut dicicam quod ſentio, puto vocem Didonis non ſignificare Viraginem, ſed *Eliſſæ*: Didonem autem vocari illo nomine, hallucinatur Euſtathius, qui Ἀνδροφόνον exponit, h: e: *Viricidam*: Διδὼ, inquit ἐκάλεσαν οἱ πολεονεκτηθέντες τὴν τοιαύτην γυναῖκα ἐπιχωρίᾳ φωνῇ, ὡς ἂν εἴποι τις ἀνδροφόνον, Διαβάλλοντες ἐκείνην ὡς δηθεν αἰτίαν ἔχουσαν τῷ ἀνδρὶ φονεῦσαι, Διὰ τὸ ὃν τῷ ἀδελφῷ φόνον, h: e: *Qui ab illa victi ſunt, Didonem vernacula voce appellarunt quaſi dixeris Viricidam, illam calumniantes ut quæ cauſa fuerit quod vir interficeretur propter cædem à Fratre admiſſam.* Sed fallit falliturque Euſtathius, deceptus voce Eliſſæ compoſita ex איש & חלל *confodere, vulnerare.* Si Didonis nomen exponendum eſt, magis laudarem Etymologi ſententiam Didonem πλα-

νῆπιν *vagam*, *erraticam* exponentis. Illam cum antea Eliſſa vocaretur, κληθῆναι ὕστερον τῇ Τυρίων φωνῇ Διδὼ ἀφ' ὃ πολλὰ πλανηθῆναι ἀπὸ Φοινίκης ἀπάρασαν ἐπὶ Καρχηδόνα. τῇ γὰρ Φοινίκων φωνῇ τὴν πλανῆτιν Διδὼ προσαγορεύουσι, *poſtea Tyriorum lingua Didonem eſſe appellatam, quia multum divagata eſt, cum è Phœnice Carthaginem proficiſceretur, Phœnicum enem ſermone erraticam Didonem apellant*, Bene hoc quidem נדד *vagari, divagari, errare.* Apud Hebræos ſignificat & à דיד vagatio facile derivetur Dido. Vocem hanc compoſitam ex dictionibus *El*, & *Faſcha*, & & hoc nomine æque ac præcedenti *Sambethen*, eandem patrum Religionem Peucerus indicari judicat: excogitatam autem ac celebratam vocem utramque ideo, ut illa de præcipuis hujus Sanctiſſimæ & Vetuſtiſſimæ Doctrinæ cuſtodibus ac propagatoribus moneret: hoc quale eſſet Doctrinæ genus, quid profiteretur, quo animos hominam dirigeret ac deduceret, quem Deum agnoſcendum colendumque proponeret, & doceret. Compoſita enim eſt dictio Eliſſa ex vocibus *El*, & *Faſcha*, ideſt, *Deus eſt*: Eliſſa, id eſt Doctrina, de Vero, de Vivo, & exiſtente Deo, qui non eſt fictitum numen, non ſculptile, aut imago picta, ſed eſt & vivit ab æterno, Conditor & Conſervator omnium creaturarum: Hæc quidem gratis à Peucero dicta videmus: ſed nullam aut ſaltem parvi momenti probationem conſpicimus: Nam quis non ſciat ex Etymologiis firmas concluſiones non poſſe ſemper elici: & in hac ſubjecta materia, ſic nunc ſtatuendum eſſe contendimus: poſito enim, non conceſſo, vocem Eliſſam poſſe dici compoſitam ex *El* & *Faſcha*, an ideo ſtatuendum eſt Sibyllam hanc *Eliſſam* appellari ut nomine hoc Doctrina, quam Sem & Japhet poſteros ſuos docuerunt ſignificrretur & hanc deſignari vocibus *El Faſcha*, *Deus eſt*? nos certe non probamus, talemque explicationem non ſolum ut incertam, veram & Etymologiam illam ut violentia extruſam, rejicimus. Hoc pacto poſſent auguſtiſſima Dei myſteria, ex nominibus optimis ſceleratiſſimis inditis, indicata fuiſſe exiſtimari. Cœterum nomen hoc Sibyllæ Hebraicum eſſe, quis Peucerum hac de re certum reddidit? Hoc ſimpliciter ita affirmari ſufficere non credimus: debuiſſet demonſtrare, cui olim ante hanc Sibyllam nomen hoc fuit inditum hac intentione ut eo, Doctrina de Vero & Æterno Deo indicaretur. Si hoc pacto licet argumentari, cur non credimus *Schriekio*? qui Adamum

mum in Paradiſo ipſo, linguam Celticam locutum eſſe, author eſt. Et, ut ſibi adblanditur, ex vocibus quam plurimis, quæ ſacra pagina ut Hebraicas proponit, demonſtrat ſuo modo, illas Celticas eſſe. Argumentatur enim ex ipſis vocibus, & mirum imo nonnunquam miſerum in modum voces detorquet, adeo ut & riſui movendo idoneus & aptus videatur, & ſit revera. Si Peucerus hoc modo velit explicare Sibyllarum nomina, quid dicet de Erythræa, Helleſpontica, Cumana, &c. Sed vidit ſatis, non poſſe hoc pacto rem peragi, ideo de reliquis ne γεὺ quidem, verum altum ſilentium. Si Sibylla ſuo nomine Doctrinam de vero Deo præ ſe ferre debet judicari, itaque & à Pagana, diabolico ſpiritu acta, accipienda erit Doctrina de Vero Deo & ejus cultu, quod quomodo ſcriptis Sibyllinis quadret, ex quibus à Quindecim-viris inſpectis & conſultis plerumque Sacra falſis Diis peragenda, ut poſtea docebimus, petebantur, nos non videmus. Quicumque alios præter verum Deum colendos imperat, ille certe doctrinam de Vero Deo, haud proponit, ſed plane evertit.

Verſus qui Libycæ huic Sibyllæ attribuuntur, in Antiquo Codice Regio, ſic habent.

Ecce dies venient, quo æternus tempore princeps,
Irradians fato læta, viris ſua crimina tollet,
Lumine clareſcet cujus ſynagoga recenti:
Sordida qui ſolus reſerabit labra reorum,
Æquus erit cunctis, gremio Rex membra reclinet,
Reginæ mundi, ſanctus, per ſæcula vivens.

De ea Arias Montanus:

Diſcutiet tenebras lux alma, & vincula priſcæ
Legis: rex vitæ conſpicietur homo.
Virgo hunc ſancta dabit terris, gremioque fovebit.
Preſſus & hic miſeris conferet auxilium.

Ex Lælii Cleo-paſſi Hydruntini Poëmatibus:

Quæ mentes hominum cæcas inſania cepit?
Numen ab humanis impetitur manibus.

Agnus pro nobis ſævas mactatur ad aras,
Hoſtia placatum reddidit iſta Deum.
Nam qui depreſſus miſeranda clade videtur
Optatum miſeris conferet auxilium.

Ex Inſcriptionibus Senenſibus.

In manus inimicorum veniet. Dabunt Deo alapas Manibus inceſtis: miſerabilis, & ignominioſus videbitur: Et miſerabilibus ſpem præbebit.

Ex Ruilio.

Dies veniet, quibus Deus illuminabit craſſitudinem tenebrarum: vinculum Synagogæ rumpetur. Homines tacebunt,& videbunt Regem viventium. Et virgo Domina gentium eum geſtabit gremio. Regnabit in miſericordia: & tradetur in manus malorum. Colaphizabitur Deus, eritque tanquam miſer,& auxilium dabit miſerabilibus.

Ex Garſone.

Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes
Firmos reſtituet læſos: cæcique videbunt,
Incedent claudi: ſurdis audire licebit.
Expellet furias: oppreſſi morte reſurgent.

Sixtus Senenſis carmen hoc huic Sibyllæ aſſignat.

Καὶ τότε δὴ νοσερὸς ἰήσεται ἠδ' ἐπιμώμους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνὶ στήσονται.
Βλέψουσιν δὴ τυφλοὶ, ἀταρ βαδιοῦσι τε χωλοὶ,
Κωφοὶ ἀκούσουσι λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες
Δαίμονες ἐξελάσει, νεκρῶν δ' ἐπαναίσασις ἔσαι.

Id eſt

Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes
Læſos quotquot ei fident: cæcique videbunt:
Incedent claudi: ſurdis audire licebit:
Inſolitas mutis dabitur formare loquelas:
Expellet furias: oppreſſi morte reſurgent:

No-

Notari heic velim J. A. qui jam nuper de Sibyllis idiomate Belgico ſcriptum edidit futiliſſimum, in quo Libycæ Sibyllæ attribuit integrum librum Secundum Oraculorum Sibyllinorum, atque hoc pacto oſtendit temeritatem ſuam atque inſcitiam, quod viri Docti ante illum non auſi ſunt pronuntiare, hoc tenebrio hic pleno ore audet, tanquam veram ſententiam, Lectori ſuo obtrudere, ac pro genuinis Sibyllarum Oraculis venditare. Sed quis te hoc docuit Vir ſagaciſſime & perſpicaciſſime, certè hoc nullibi reperire potuiſti niſi in temerario tuo cerebello: poſtea enim vi Veritatis adactus p. 852. ipſe confiteris, nulli Sibyllarum ſua carmina poſſe aſſignari, quare ergo unicuique ſua propria carmina aſſignaſti? quænam tibi fuere viſa κριτήρια in illis verſibus, quibus te motum ſenſiſti ut talia effutires? Boiſſardus has ſequentes prædictiones, tanquam à Libyca Sibylla profectas, citat, & ut ante notatum, abſque ulla probatione lectori obtrudit. Statuit ergo Sibyllam Libycam vaticinatam eſſe, de exitio gentium propter idololatriam & ſcelera, quibus iram Dei altiſſimi in ſe irritarunt.

Ἀλλὰ ταλαιπωρῆσι κακοὶ κακότητα μενόντες
Ὀργὴν ἀθανάτοιο βαρυκτύπε ὑψιάνοσσ
Ἀντὶ θεῶν ἢ λίθες καὶ κνώδαλα θρησκεύοντες,
Πολλὰ μάλ' ἀλλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος οὐδείς,
Οὐ νῆς, οὐ νόος. ἄγε μοι θέμις ὧδ' ἀγορεύειν
Εἰδώλων τε ἕκαστα, βροτῶν παλάμαις γεγαῶτα.
Ἐξ ἰδίων ἢ κόπων, καὶ ἀταθαλίων ὀπίνοιῶν
Ἄνθρωποι δέξαντο θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦς τε, χρυσοῦς τε καὶ ἀργυρέους τε μαλαίως
Ἀψύχους, κωφοὺς καὶ ἐν πυρὶ χωνευθέντας
Ποιήσαντο μάτην γε πεποιθότες ἐν τοιούτοις.

— — — *Sed durantque malique malum opperiuntur,*
Iram immortalis, cæleſtis & altitonantis:
Proque Deo lapides, & ficta animalia, multa
Relligione colunt trepidi, diverſaque, quorum
Non ullus ſermo, mens nulla, auditio nulla eſt.
Singula nec fas eſt verbis ſimulacra referre
Mortali fabricata manu: quos namque creavit

Humanæque manus labor atque induſtria mentis,
Accepere Deos ſtulti, ſaxove vel auro,
Ære, vel argento factos, lignove dolatos.
Exanimes, ſurdos, conflatos ignis in æſtu,
Fecere: atque his fruſtra commiſere ſalutem.

De Miraculis Jeſu Chriſti ejusque paſſione: hoc modo.

Πάντα λόγῳ πράσσων, πάσαν νόσον θεραπεύων,
Τὸς ἀνέμους παύσει τε λόῳ, σορέσει ἢ θάλασσαν
Μαινομένην, ποσὶν εἰρήνης πίσει τε πατήσας.
Εἰς ἐμπύσματα φαρμακόεντα παρειὰς αὐτῦ
Δώσει: καὶ εἰς μάσιγας ἁπλώσει θ' ἁγνὸν νῶτον.
Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει: μή τις ὀπιγνῷ
Τίς, πίν θ' ὤν, πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ,
Καὶ σέφανον φορέσει τ' ἀκάνθινον.
Πλευρά τε νύξουσιν καλάμῳ δι' τ' νόμον αὐτῶν.

Cuncta jubens faciet, morboque medebitur omni;
Pacabit ventos dicto, ſternetque profundum
Inſanum, placidis pedibus calcando, fideque.
Ad viroſa genas præbebit ſputa pudentes:
Verberibusque ſacrum tradet proſcindere tergum.
Perque feret tacitus colaphos, ne forte ſciatur
Quis ſit, cujus ſit, mortalibus unde locutum
Venerit: horrentemque feret de vepre coronam.
— — Tum calamo compungent ilia legis
More ſuæ.

Prædixit quoque Sibylla hæc, mundi conflagrationem, Judicium extremum, mortuorumque Reſurrectionem, & Vitam æternam piis & Dei cultoribus præparatam.

Πῦρ ἔσαι καὶ κόσμον ἐν ᾧ τόδε σῆμα τέτυκται
Ρομφαῖαι, σάλπιγες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι.
Κόσμος ἅπας μήκημα ἢ ὄμβριμον ἦχον ἀκούσει:
Φλέξει ἢ χθόνα πᾶσαν. ἐπὰν δ' ὀλέσῃ γένος ἀνδρῶν,
Καὶ πάσας πόλιας, ποταμούς θ' ἅμα ἠδὲ θάλασσαν

Ex

Ἐκκαύσῃ. τὰ δε πάντα κόνις ἔσετ' αἰθαλόεσσα.
Λ'λλ' ὅταν ἤδη πάντα τέφρη σποδόεσσα γένηται.
Καὶ πῦρ κοιμίσῃ Θεὸς ἄσπετον, ὅσσερ ἀνῆψεν,
Ὀστέα κ' σποδιὴ αὐτὸς θεὸς ἔμπαλιν ἄνδρα
Μορφώσει, σήσῃ δ' βροτὺς πάλιν ὡς πάρ@ ἦσαν·
Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσαι, ἐφ' ᾗ δικάσει θεὸς αὐτὸς
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον. ὅσοι δ' ὑπὸ δυσεβίῃσιν
Ἥμαρτον θνητοὶ, τὺς δ' ἂυ πάλι γαῖα καλύψει.
Ὅσσοι δ' δ'σεβέσσι, πάλιν ζήσοντ' δπὶ γαῖαν,
Πνεῦμα Θεῦ δόντ@, ζωὴ θ' ἅμα κ' βίον αὐτοῖς
Ευσεβέσι. πάντες δ' τότ' εἰσόψονται ἑαυτύς.

Igni flagrabit mundus, ſignumque dabunt hæc
Enſes atque tubæ ſimul, & ſole exoriente
Terribilem ſonitum, mugitumque audiet omnis
Mundus: & exuret terram omnem torridus ignis:
Hinc genus humanum poſtquam delerit, & omnes
Urbes, & fluvios exuſſerit, atque profundum,
Omnia fient hæc mixtus fuligine pulvis.
Omnia ſed poſtquam in cineres collapſa jacebunt,
Et Deus obruerit tantum qui accenderat ignem:
Inque hominem Deus ipſe iterum formaverit oſſa
Et cineres, mortalibus, ut fuerant, revocatis,
Judicium tunc certò erit; in quo jus feret æquum
Ipſe Deus mundi judex. At qui impietate
Peccarint, iterum injecta tellure tegentur.
Contra iterum in terris vivent pietatis amantes,
Ipſis dante Deo flatum, vitamque, cibumque:
Seque pii agnoſcent omnes, ſeſeque videbunt.

Ut autem homines talem habeant finem, ideo paulo ante eos ad reſipiſcentiam & pietatem exhortatione hac pia monuiſſe putat Boiſſardus, Libycamque Sibyllam hæc populis locutam.

Ἀμέλεοι μετάθεσθε βροτοὶ τάδε, μηδὲ θεὸς ὀργὴ
Παντοίῃ ἀγάσητε Θεὸν μέγαν. ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα, κ' σοναχὰς, ἀνδροκτασίας τε, κ' ὕβρεις

Ἐν

Ἐν ποταμοῖς λύσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι
Χεῖράς τ' ἀντανύσαντες εἰς αἰθέρα, ἦ πάρ' ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖσθε, καὶ εὐσεβίαις ἀσέβειαν,
Πικρὰν ἰάσασθε. Θεὸς δ' ἔξει μετάνοιαν
Οὐδ' ὀλέσει: παύσει δ' ὃ χόλον πάλιν; εἴπερ ἅπαντες
Εὐσεβίῃ ἐρίπμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.

— — — *Ah vos reſipiſcite ſtulti*
Mortales, magnumque Deum irritare cavete.
Ponite ſed gladios, gemitus, cædeſque, nefaſque:
Et totum fluvio corpus merſate perenni.
Tum manibus paſſis ad ſidera præteritorum
Poſcite factorum veniam, ſanateque factis
Impia facta piis. nam ſic Deus ipſe viciſſim
Conſilium vertet, neque vos exſcindet, & iram
Sedabit rurſum, ſi vos modo mente coletis,
Qua nil gratius eſt illi, pietatis amorem.

CA-



CAPUT IV.

DE

SIBYLLA DELPHICA.

BREVIARIUM.

LActantius statuit hanc tertio loco, Onuphrius primo esse collocandam. Aitzma refutatus. Onuphrius refellitur. Quo tempore vixerit. Diversa illius nomina. Unde & quomodo Delphos venerit. Solinus emendatus. Martianus Capella emendatus. Suidas refellitur. Unde Delphica vocetur. Peuceri opinio Delphicam Sibyllam unam eandemque esse cum Erythræa, Sicula, Samia, Rhodia & Claria: ac νεωκόρον in templo Apollinis Smynthei fuisse. Homerus secundum Solinum aliosque, versus ex Sibylla hac mutuatus non nullos, operi suo inseruisse dicitur, sed assertio illa refutatur. Hodierna Oracula Sibyllina sunt spuria. Schmidius refellitur. Quomodo Sibylla hæc Divino afflabatur Spiritu. Ubinam fuerit sepulta. Carmina quæ illi attribuuntur.

TErtia, inquit porrò Lactantius, *est Delphica, de qua Chrysippus loquitur in eo libro quem de Divinatione composuit.* Hæc Onuphrio est omnium prima, uti & in Iconibus ex Italia ad nos allatis, statuitque ante hanc nullam Mulierem fuisse vaticinatam. Sed hoc repugnat Varroni, Lactantio, Isidoro aliisque, horum judicio si stare noluit Onuphrius, rationes erant adducendæ cur Delphica Persicæ esset anteponenda, sed quoniam hoc tantum sine probatione affirmat, ideo & eo Jure quo asseruit, potest etiam negari. J. Aitzma in speculo suo Sibyllino p. 665. dicit se, propter diversas rationes ante secundam Sibyllam esse collocandam, existimare, verum diversarum illarum rationum ne unam quidem protulit, credo nullam producere potuisse. *Daphnen* etiam hanc Sibyllam fuisse vocatam author est idem Aitzma, hoc autem ut probet, recurrit ad Ovidii metamorph: lib. I.

fab IX: ſed inepto huic Scriptori fabulam relinquamus. perridiculum enim eſſet ſedulum Lectorem talibus quisquiliis detinere, alia etiam quæ de hac Sibylla, Aitzma profert, tanquam putida figmenta rejicimus. Clemens Alexandrinus Stromat: lib. I. dicit hanc Sibyllam, quam *Artemida* vocat, filiamque Lamiæ Sidonienſis fuiſſe putat, Orphei, qui partibus Argonautarum ſeſe immiſcuit, ſeptuaginta novem annis, ante bellum Trojanum, temporibus priorem. Alſtedius aliique nonnulli hanc vixiſſe volunt anno à mundo condito 2680: Eraſmus Schmidius hanc vixiſſe ſtatuit, paulo ante excidium Trojanum circa annum ante Chriſtum milleſimum. Quod equidem probatum videre vellemus, putamus enim neminem hanc ſententiam firmis rationibus poſſe confirmare: præſertim cum tot differentes de tempore quo vixerit hæc Sibylla, Scriptorum ſint opiniones. Diodorus Siculus enim, qui Delphicam Sibyllam *Daphnen* vocat, Tireſiæque filiam dicit, quinquaginta duobus annis poſt, illam ab Epigonis in Thebarum expugnatione, cum patre captivam Delphos abductam docet, ibique ab ipſis ſtabilitam, quod rurſum Pauſaniæ contrarium qui illam ex Aſia Delphos veniſſe perhibet. Imo & iſte adverſatur Plutarcho, qui illam ex Helicone eo veniſſe, Lamiæque fuiſſe filiam contendit. Solinus polyhiſtor in plerisque editis, ita adnotante magno Salmaſio, dicit *hanc Herophile Erythræa annis aliquot conſecuta eſt*. Quaſi, inquit Salmaſius, Erythræa Sibylla, Herophile dicta fuerit proprio nomine. Itaque emendat legens, *hanc Herophilen Erythræa annis aliquot intercedentibus conſecuta eſt*: atque hoc pacto non Erythrææ aut Samiæ Sibyllæ ſecundum Salmaſium (quamvis falſo illi attribuat hanc ſententiam jam dictus Aitzma p. 666.) illud fuerit hoc nomen, verum Sibyllæ Delphicæ: de Herophile poſtea latius, hoc tantum nunc notabimus Herophilen à Martiano Capella vocari Trojanam Marmenſi (ſecundum magnum Salmaſium, non *Marmenſi* ſed *Marmeſſi filiam* legendum) quod de Delphica Sibylla notatum non invenimus. Tireſiæ enim filiam Manto nomine, fuiſſe exiſtimat *Suidas* nullibi Marmenſi; à Lamia prognatam eſſe Plutarchus autor eſt, uti ſupra notavimus. Hanc Suidas etiam Theſſalicam dixit. Sed quomodo illam Theſſalicam dicat, ille, qui Delphicam eſſe ſtatuit, nos certe non capimus. an itaque Delphi in Theſſalia? notum eſt eſſe in Bœotia, regione alia quam Theſſalia, etiam

etiamſi huic vicina : ideoque errare dicendus eſt Suidas, ac Geographiæ parum gnarus, vel ſaltem ſui oblitus, quando Delphicam vult etiam eſſe Theſſalicam, Sibyllam hanc, Delphicam, nonnulli volunt vocatam, eo quod Delphos abducta cum reliquis captivis quos Argivi Epigoni eo miſerunt, illa in urbe diu commorans & degens pro Delphica, cum Thebana eſſet, à multis haberetur: ſed Iſidorus Hiſpalenſis, ut & Suidas Delphicam dictam ſtatuunt eo quod Delphis nata ſit. Imo Iſidorus in templo Apollinis genitam affirmat: Clemens Alexandrinus, ex Heraclidæ autoritate, & poſt illum, Pauſanias in Phocaicis, annotavit; Delphis ſaxum quoddam fuiſſe jux a Buleuterium, cui ſaxo inſidens, Sibylla inde Oracula ſua proclamarit. Saxum hoc Erophileum lapidem fuiſſe vocatum, ſcribit Peucerus, qui Delphicam Sibyllam eandem fuiſſe cum Erythræa, Sicula, Samia, Rhodia & Claria, perhibet, teſtimonia nulla proferens. Scribit porro idem Peucerus, Delphicam Sibyllam νεωκόρον, *ædituum*, egiſſe in templo Apollinis Smynthei, & ſomnia quæ in templo Hecabes excubantibus objiciebantur, explanaſſe. Maximam vitæ partem degiſſe in Samo, inde ſæpe in Clarum Colophoniorum, Delum, & Delphos exſpatiatam fuiſſe, hincque Samiam, Rhodiam, Delphicam &c. dictam, ibique hominibus illis carmina ſua decantaſſe: non magni eſt momenti, utrum Delphica fuerit dicta, eo quod ibi, & quidem in Apollinis templo fuerit nata aut Oracula ſua ibidem pronuntiarit, utrumque enim dici poſſe nec hæc ſibi contraria eſſe exiſtimamus. J. Aitzma de Delphica Sibylla agens, occaſionem arripit deſcribendi Delphos, Bœotiæ urbem, & quidem ſatis operoſe, famoſum illud templum Delphicum ad cujus deſcriptionem etiam locum ex D. Jacobi Sponii quem Leidenſem medicum vocat, Itinerarii, parte ſecunda p. m. 45. producit: verum tam fœde detorſit hunc locum, ut, cum nolim dicere malitioſe illum hoc feciſſe, mihi ſit dicendum, illum non intelligere linguam Gallicam, planè enim contra Scriptoris intentionem locum illum vertit, & plane illi contra ejus mentem ſenſum dedit. Solinus ſi modo fidem meretur, author eſt, Homerum plurimos verſus ab hac Sibylla mutuatum, tanquam ſuos, operi ſuo inſeruiſſe: hanc ſententiam tuetur etiam Iſidorus Hiſpalenſis. Verſus autem quos operi ſuo inſeruit, præter alios putat fuiſſe etiam hoſce ſequentes: Symſon Chron:

Catholic. parte ſecunda, ad A. M. 2829. Symſonem ipſum loquentem audiamus. *Aſcanium Æneæ filium nuſquam nominat Homerus, qui tamen Æneam, ejusque poſteros, poſt diſſipatum Regnum Priamidarum, Trojanos diutiſſimè imperaturos, ex Sibyllino aliquo Vaticinio videtur cognoviſſe. Nam Iliados viceſimo, Neptunum ſic loquentem inducit Poëta:*

Ἤδη γάρ ῥα Πριάμῳ γενεὴ ἤχθηρε Κρονίωνι
Νῦν δὴ Αἰνείαο βίῃ Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Ait Priami genus Jovi exoſum eſſe, propter perfidiam ſcilicet ac injuſtitiam: Æneam vero ad Regnum reſervari, & hujus poſteros diuturnum habituros Imperium. Quin etiam apud eundem Poëtam Hymno εἰς Ἀφροδίτην, *Venus Æneæ mater (quæ Otrei filiam ſe dixit) cum Anchiſe Dardanio congreſſa, profert hoc Oraculum:*

Σοὶ δ' ἔσται φίλῳ υἱὸς, ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδεσσι διαμπερὲς ἐκγεγάονται.

Cum enim formoſa illa puella ex edito Oraculo reſciviſſet, Anchiſæ poſteros regnaturos cum ipſo jam ſeneſcente concubuit, ut ex Auſilao notat vetus Homeri Scholiaſtes ad viceſimum librum Iliados, Sibyllinum hoc fuiſſe Oraculum conjectare poſſumus ex eo, quod veteres quidam Homerum è Sibyllæ Delphicæ ſcriptis aliqua deſumpſiſſe tradunt. Sed hanc Simſonis aſſertionem pro conjectura tantum recipimus: Quis enim demonſtret quænam ſint carmina quæ Homerus ex Sibyllinis ſcriptis mutuatus, ſuis inſeruit. Ubinam apparent in Sibyllinis quos nunc habemus libris, illa Oracula? & poſito illa in ſcriptis hiſce Sibyllinis inveniri, an ex eo ſequeretur Homerum illa deſcripſiſſe ex Sibyllis, imo contrarium poſſe ſuſtineri cerum eſt, an non Impoſtor aliquis poſſit ex antiquo Scriptore mutuari nonnulla ut ſcripto fucato Autoritatem conciliet? Quomodo autem Homerus Sibyllina carmina ſcriptis ſuis inſerat aut inſerere potuerit abſque plagii manifeſti detectione certè nos non capimus, an Homerus unus è quindecim viris fuit? extra quorum numerum nulli fas erat libros Sibyllinos inſpicere, ſi ex relatu aliorum verſus quosdam Sibyllarum ſcriptis ſuis adjicere voluit, tum facile multi indicaſſent, quæ & quot carmina ex earum va-

vaticiniis deprompſiſſet, quod tamen à nemine factum fuiſſe, opinamur ſaltem, nunquam reſcivimus. Vera autem Sibyllarum cum interierint Oracula, nemo, ſic putamus, nobis indicabit quæ ſint illa. Dato etiam ex veris Puganorum Sibyllis quadam deſcripſiſſe Homerum, hinc optimum adverſus hæc noſtra quæ Doctorum verſantur in manibus Sibyllina Oracula eliciatur argumentum. Quoniam enim Homerica in illis non deprehenduntur, pro genuinis non eſſe habenda vel ex eo conſtare pronuntiamus. Scribit Eraſmus Schmidius, B. Auguſtinum lib. de Civ. Dei XVIII. cap. XXI. de ſeſe teſtari, reperiſſe ſe in libris Delphicæ Sibyllæ hæc verba: *Naſcetur Prophetа ex Virgine, abſque humana corruptione.* Verba hæc apud Auguſtinum non potuimus, non ſolum loco citato lib. XVIII. cap. XXI. verum etiam cap. XXIII. ubi de Sibylla Erythræa ex profeſſo loquitur invenire. Dicit quidem habuiſſe ſe Oracula quædam Erythrææ Sibyllæ, quæ Græco idiomate ipſi Vir Clariſſimus Flaccianus, in Codice ſcripto, oſtendit, ſed de Delphicæ Sibyllæ Oraculo de Propheta abſque humana corruptione naſcendo, nihil quidpiam adnotatum reliquit. Forte reſpexit Schmidius ad verſus illos, quos, ex Vetuſtiſſimo Codice nobis deſcriptos reliquit Opſopœius, Delphicæque Sibyllæ adſcriptos refert: verſus ſic ſonant:

Non tarde veniet, tacita ſed mente tenendum
Hoc opus. hoc memori ſemper qui corde reponet,
Hujus pertentant Cor gaudia magna Prophetæ
Eximii, qui Virginea conceptus ab alvo
Prodibit, ſine contactu maris. Omnia vincit.
Hoc naturæ opera. at fecit qui cuncta gubernat.

Sed nec de his teſtatur B. Auguſtinus ſe illos vidiſſe. De modo quo Sibylla hæc Delphica Divino afflabatur Spiritu, ſic olim Proclus ad Porphyrium. *Sibylla quæ Delphis eſt, Deum in ſe admittit duobus modis. Vel ſubtiliſſimo vapore calido & ſicco igneæ naturæ, qui exhalat ex hiatu ſpeluncæ: vel ſedens in Sanctuario in aheneo Tripode Sacro Apollini: utroque modo exponit ſeſe inſpirationi Divinæ, qua illuſtratur, & occupatur radio ignis divini. fitque interdum, & flamma ingens ſubito evolans è ſpecu, phebadem involvat & repleat ſplendore Divino:*

aliquando ſedens in tripode Sacro, in quo ſe Deo venienti accommodat, Vaticinationi firmæ ſe componit: & ſive hoc, ſive præcedenti modo, Pythia Deo tota repletur: qui tamen ſeparatus eſt vapore, ab igne, à tripode, & ab omni apparatu loci, ſive naturali ſive artificiali. Sed de hac materia, poſtea uberior dicendi dabitur locus. Mortem autem obiiſſe in Troade ex Pauſania affirmat J. Aitzma p. 671. Cœterum ſepultam eſſe hanc Delphicam Sibyllam, in Nemore Sminthei, non procul ab Ida monte, & hoc epitaphio columnæ lapideæ inciſo, decoratam. refert Pauſanias.

Ἀγὼ ἀ Φοίβοιο σαφηγορίς εἰμι Σίβυλλα
Τῷ δ' ὑπὸ λαινέῳ σώματι πυθομένα
Παρθένῳ & ἀυδάεσσα τὸ πρὶν νῦν δ' ἄϊδν ἄναυδ&
Μοίρᾳ ὑπὸ σιδαρῇ τλῶ δὲ λαχοῦσα πέδλω.
Ἀλλὰ πέλας νύμφῃσι καὶ ἑρμῇ τῷ δ' ὑπόκειμαι
Μοῖραν ἔχουσ' ἑκάτῳ τῆς τοτ' ἀνακτορίης.

Illa ego ſum Phœbi interpres, non vana Sibylla,
Hac quæ marmoreo clauſa tegor tumulo:
Vocalis quondam, æternum nunc muta puella,
Heu nimis, heu fati compede preſſa gravi,
Mercurio tamen & nymphis ſociata quieſco,
Quod fuerim Phœbo grata, ferens precium.

Ut autem etiam huic Sibyllæ adſcripta, referamus Oracula, notandum Boiſſardum exiſtimare hanc multa de uno ſolo & vero Deo, & de Chriſto Servatore, prædixiſſe: ſcripto enim, inquit, mandavit Incranationem, doctrinam, miracula, paſſionem, Reſurrectionem, & Adſcenſionem Chriſti in cœlum, tam claris & expreſſis verbis, ut hiſtoriam potius, quam Prophetiam ſcripſiſſe videatur. cujus fragmentum hoc eſſe creditur, quod Oraculorum lib. VI. legitur:

Ἀθανάτε μέγαν υἱὸν ἀοίδιμε ἐκ φρενὸς ἀυδῶ,
Ὃν θρόνον ὕψις & γενέτης παρέδωκε λαβέσθαι
Μήτε γενηθέν& : ὑπὶ λῆξ σάρκα τὸ θνατὸν
Ἠγέρθη, προχοαῖς δ' ἀπολυσάμεν& πολυμοῖο
Γοργάνε, ἃς φέρεται γλαυκῷ πρὸ κύμαλα σύρων.

Æterni

Æterni magnum natum cano pectore ab imo:
Cui ſolium genitor tribuit ſupremus habendum
Nondum progenito. ſiquidem de corpore duplex
Extitit. eſt autem perlutus fluctibus amnis
Jordanis, glauco cujus pede volvitur unda.

Et ea quæ ſequuntur poſtea eodem libro: quædam etiam ad eam pertinentia leguntur ſub finem libri octavi. ubi vera Religio deſcribitur, & ultimi ſeculi fælicitas: quando Deum verum omnes homines cognoſcent, & illi ſoli ſervient, viventque ſecundum ejus mandata.

Εἰκὼν ἐς ἄνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ θὲς καθαρὴν τε ἀναίμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν, καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον.
Καὶ διψῶντι πότον: καὶ ἱμάτια σώματι γυμνῷ.

Effigie mea homo eſt rectæ rationis alumna.
Huic tu pone volens puram, & ſine ſanguine menſam,
Repletamque bonis. Panem potumque famenti,
Et ſitienti da. nudum tege corpus amictu &c.

Item illud.

Ὀφθαλμὸς ὁ πλάσας, καὶ ὦτα, βλέπων, καὶ ἀκούων;
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντων τε σωτὴρ,
Αὐτὸς ἐὼν, σιγῶν καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων,
Καὶ σκηπτάξων ὅσα λαθὼν γε βροτῶν τις ἔπραξεν,
Ἐλθὼν καὶ θνητὸν σῆμα θεὸς θνητοῖσι λαλήσων:
Καὶ κωφὸς ξυνιεὶς, καὶ ἀ λαλέοντος ἀκούων:
Καὶ πόσον ὅσσον τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδεν, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδε.
Μοῦνος γὰρ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν Θεὸς ἄλλος.

Lumina qui finxit, quique aures, cernit & audit.
Omnes qui mentis motus tenet, omnia novit.
Et tacet, & tandem convincet, ſupplicioque

Af-

Afficiet, quæ quisque hominum celata patrarit,
Cum veniet ſolium ad divinum jura daturus
Qui nil dicentes mutos intelligit, audit.
Et quantum tellus à cœli vertice diſtat,
Principium, finem, media omnia novit. ab ipſo
Omnia ſunt: cœlum qui telluremque creavit.
Solus enim Deus eſt: non eſt Deus alter ab ipſo.

Chryſippus quoque refert illam prædixiſſe, magnum Prophetam oriturum, cujus conceptio fieret miraculoſa, ſine virili ſemine. De hac ita *Benedictus Arias Montanus:*

En Dominum cognoſce tuum, veramque parentis
Excipio prolem, principis atque Dei.
Exſpectandus erit vates ter maximus, & cui
Nullus erit terris vir pater, ergo Deus.

Ex Thoma Garſone hi verſus illi dantur:

Inpingent illi colaphos (homines) & ſputa ſceleſtis
Iſrael labiis: nec non & fellis amari.
Eſcas adponent, potumque immitis aceti.

Quod in libro Oraculorum iiſdem ferè verbis expreſſum eſt:

Εἰς ἀνόμων χεῖρας, καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει.
Δώσουσι δὲ Θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀναγνοις.
Καὶ σώμασι μιαροῖσι τὰ πνεύματα φαρμακόεντα.
Δώσει δ' εἰς μάστιγας ἀθλίως ἁγνὸν τότε νῶτον.

Ex Inſcriptonibus, quæ in templo Senenſi ſunt applicatæ ſingularum Sibyllarum imaginibus:

Ipſe Deum cognoſce tuum, qui Dei eſt filius.

Ex Lælii Cleopaſſi Hydruntini Poëmatibus.

Æternum æterni natum patris alma puella
Virgineis olim nutriet uberibus.
Pollebit ſignis: condet miracula: morbos

Sa-

Sanabit: ventis jura marique dabit.
Dæmones ejiciet: manes revocabit ab umbris,
Morte ſua mortis deſtruet imperium.

Hæc eodem fundamento quo præcedentia Oracula, huic Sibyllæ adſcribuntur à Boiſſardo: ne probabili quidem conjectura Sibyllis ſingulis ſuas poſſe aſſignari prædictiones, opinamur, ideoque Lectorem monitum volumus, nos hæc non adduxiſſe, quaſi hæc genuina ſint hujus Sibyllæ Oracula. Notandum etiam à Sixto Senenſi longè aliud Oraculum huic Delphicæ Sibyllæ aſſignari, hoc nempe:

Καὶ τότε δὴ κολάφες τε πτύσματα φαρμακόεντα
Ισραὴλ δώσει μυσαροῖς ἐνὶ χείλεσι τούτῳ,
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς πόσιν ὄξος ἄκρατον.

Id eſt:

Impinget illi colaphos & ſputa ſceleſtis
Iſrael labiis, neque non & fellis amari
Apponet eſcam potumque immitis aceti.

J. Aitzma in ſuo de Sibyllis tractatu p. 677., attribuit huic Delphicæ Sibyllæ libri tertii Oracula à p. 220. uſque ad p. 231. ubi de Chriſtianis prædicit Sibylla, ibi deſinit J. A.

CAPUT V.

DE

SIBYLLA CUMÆA.

BREVIARIUM.

AN quarto vel tertio loco ſit collocanda, variant Scriptorum ſententiæ. Quo tempore vixerit. Quænam & cujas fuerit. Varia ejus nomina. An eadem cum Cumana, & Erythræa. Aitzma refutatus. Modus reddendi Oracula ſua huic Sibyllæ peculiaris. Antri ex quo hæc Sibylla Oracula ſua dabat ampla deſcriptio. Bocharti de hujus Sibyllæ ſepulchro ſententia. Antiquis, loci communes erant ſepulchra. Carmina huic Sibyllæ à Boiſſardo & J. A. adtributa.

QUarta eſt Cumæa in Italia, inquit Lactantius, *quam Nævius in libris belli Punici, Piſo in Annalibus nominat.* Hanc Onuphrius ut & Icones Senenſes tertiam nominant: Amatſiæ ætate hanc Cumæam Sibyllam innotuiſſe ſcribit Cedrenus p. m. 88. Baronius putat hanc fuiſſe omnium Sibyllarum ultimam, vixiſſeque Olympiade quinquageſima; Cimmeriam vocavit olim Iſidorus Hiſpalenſis à Cimmerio Campaniæ, Cumis vicino oppido. Alſtedius in ſua chronologia ſcribit vixiſſe illam Anno mundi 2710. Sed mera hæc eſt conjectura. μελαγχολαίνω vocatam fuiſſe refert author lib. de Mir. auſcult. Hanc Deiphoben Glauci filiam fuiſſe exiſtimant nonnulli. forte, inquit Alſtedius, hæc fuit Carmenta mater Evandri fatidica, de qua proverbium *cum matre Evandri loqui.* Quidam Phemonoën nominatam fuiſſe volunt. Juſtinus Martyr vult Sibyllam, Cumæam fuiſſe Babyloniam Beroſi filiam, quod ſupra oſtenſum de Perſica dixiſſe multos Scriptores: quidquid ſit Babylone potius oriundam putemus quam Cumæ Aſiatica, Æolide, nullam talem extitiſſe unquam illa Aſiatica Civitate ortam quæ Cumis vaticinata ſit author eſt Salmaſius: opinatur enim & quidem maximis fultus ra-


P. 96

rationibus, Cumæam hanc Sibyllam, Cumanam & Erythræam unam eandemque esse. De Cumæa & Cumana dubium esse non potest, Erythræa Sibylla hoc vocabulo indigetata, eo quod Erythis esset oriunda, Cumæa vero à Cumis Italicis ubi prophetavit. Hanc Sibyllam cum aliis Scriptoribus Cimmeriam vocat J. Aitzma p. 685. & diversam esse à Cumana statuit immerito, uti inferius probamus, dicitque errare illos qui illam eandem esse cum Cumana existimant, esseque seductos eo quod Aristoteles testatur illam Cumis habuisse lectum subterraneum &c. Verum cum bona hujus viri venia, non ex eo solum, sed ex ipsa vocis etymologia sic debere judicari, contendimus: velim perpendere dignetur nostras has, quas subiicimus rationes dictus J. Aitzma. qui etiam satis Magistraliter, verum erronee dicit hanc Sibyllam Cimmeriam fuisse vocatam à *Cimmerio* Asiæ oppido, ad dextrum Ponti latus, sito &c. plane Veteribus repugnat hæc sententia, Isidorus Hispal: & Lactantius scribunt hanc Cumæam in Italia fuisse ac vixisse. At quidquid de Cimmeria aut Cumæa Sibylla referunt Scriptores, intelligenda sunt non de Asiatico sed de Italico Cimmerio: imo & Cimmeriæ tenebræ quarum etiam mentionem facit Aitzma, dictæ à Cimmeriis Italiæ populis, de Asiaticis non possunt credi. Audiamus Festum: Cimmerii, *inquit*, dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter *Bajas & Cumas in* ea Regione, in qua convallis satis imminenti jugo circumdata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore sole contegitur. Doctissimum D. Bochartum consentientem habemus, ille enim hoc modo scribit lib. I. de Coloniis Phœnicum p. 653. de Cimmeriis Homerus Odyss. lib. II.

Ἔνθα δὴ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποθ' αὐτοὺς
Ἠελίῳ φαέθων διαδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

Hic ad Cimmeriæ muros acceſſimus urbis,
Quæ gens perpetua eſt caligine merſa, nec unquam
Sol illum puro radiorum lumine luſtrat.

Nec est quod quis agi putet de Cimmeriis Scythis circa Bosphorum, aut de populis qui habitant in extremo Septentrione, ubi longissimæ Noctes quæ Cratetis fuit sententia. Ulysses enim ex Circes Insula mane discedens vento secundo, sub vesperam appulit ad Cim-

meriorum oram. Itaque nihil Vero propius quam quod plerique asserunt, hos Cimmerios in Campania fuisse circa Bajas & Cumas prope lacum Avernum. Ita Lycophron, Silius, Festus, Eustathius, & ex Geographis Ephorus, Strabo, Plinius, Marcianus aliique &c. cur autem Cimmerii dicti sint, & cur hæc Cimmeria vocetur Sibylla, hoc docere nos potest idem D. Bochartus loco laudato. Ovidius etiam hanc reliquit nobis descriptionem qua locus in quo habitarunt Cimmerii facile cognoscitur, sic ille lib. Metamorphos: XI. fab. X.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cavus, ignavi Domus & penetralia somni;
Quo nunquam radiis oriens, mediusve cadensve
Phœbus adire potest: nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo dubiæque crepuscula Lucis.

Hinc autem natum proverbium de tenebris Cimmeriis, de quibus ad Lactantium nostrum olim diximus. Cur autem hæc Cumæa aut Cimmeria Sibylla Demophile, Deiphobe & Simmachia fuerit dicta, tædet pigetque nugas illas quas de illis nominibus refert J. Aitzma, in chartam conjicere ac refutare. neque enim ejusmodi opiniones tanti sunt ut iis inhæreamus. Primum videamus nunquid demonstrari possit Cumæam esse ipsam Sibyllam Cumanam. Hanc Cumæam Lactantius, cum Varrone aliisque putat fuisse diversam à Cumana quam septimo loco producit. Sed una est eademque: qui Cumæus dicitur absque ulla absurditate Cumanus vocari potest, non solum si Græcum verbum respiciamus, Cumæus enim & Cumanus eadem voce Κυμαῖος, non Κυμανὸς exprimuntur: imo à Græcis Scriptoribus Cumas Italicas Κύμην vocatas deprehendimus. Hinc nomen gentile Κυμαῖος *Cumanus* aut *Cumæus*. Non putem quempiam producturum probati alicujus Scriptoris Græci locum, quo Cumanus Κυμανὸς vocetur, sed semper Κυμαῖος dicitur. Apud Græcos ut obtinuit, sic etiam apud Latinos: Poëtarum princeps Virgilius:

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem.

Quod de Cumis Italicis intelligendum esse nemo est qui dubitat, & ab illa Civitate Cumæa aut Cumana vocatur: imo Cumæa Sibylla Virgilio & Ovidio est Cumana. Isidorus Hispalensis loco su-

pra

pra laudato, ſcribit, *dicta autem eſt* Cumana à Civitate, Cumis, *quæ eſt in Campania.* Hinc clare quisque videat Cumanam & Cumæam, unam & eandem eſſe, hoc etiam ex loco excellentiſſimo, lib. de admir. Audit. Ariſtoteli adſcripto conſtat. ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης. τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιοτάτην τῶν γενομένων, παρθένον δὲ μεῖναι φασὶν, ὅσαν Ἐρυθραίαν, ὑπὸ δέ τινων Μελαγχραίνην καλουμένην. *Cumis in Italia oſtenditur quoddam, ut videtur, conclave ſubterraneum Sibyllæ fatidicæ, quam diutiſſime vixiſſe, & virginem permanſiſſe perhibent, patria quidem Erythræam, à quibusdam vero Italiæ incolis Cumæam, ab aliis Melanchræ-nam dictam*: ideoque Cumana illa Sibylla quæ alia à Cumæa fingitur, Cumæa, ab eadem voce Græca, qua utraque exprimitur, dici poteſt. Notandum porro omnia quæ de Cumæa, etiam de Cumana & Erythræa pronuntiari: uti amplius docebitur, cum de illis Sibyllis nobis erit agendum: de illis enim etiam quædam dicenda reſervamus. Nonnulli autem ut diſtinctas fuiſſe Sibyllas Cumæam & Cumanam evincant, dicunt Cumæam Sibyllam, illam fuiſſe quæ tempore belli Trojani Cumis in Aſia vaticinabatur. Et ut illi poſſint applicari ea quæ à Scriptoribus de illa memorantur, fingunt illam quæ rebus Romanis quinquageſima Olympiade interfuit teſte Solino. *Et quæ Tarquinio Priſco libros* venales obtulit, ſed ex dictis ſatis conſtat Cumæam poſſe dici Cumanam, ex voce *ipſa* hoc evincitur. Nulla etiam Sibylla in Aſiatica Cume, tempore belli Trojani vaticinabatur. Docendum hoc eſſet firmis & validis teſtimoniis. Oracula dabat *illo* tempore in Italica Civitate, nempe Cumis, ab Aſiaticis Cumæis ante bellum Trojanum conditis, Sibylla hæc Cumæa ſive Cumana. Notandum autem huic Sibyllæ modum peculiarem Edendi ſua Oracula à Scriptoribus attributum: quippe non voce aut ore reddidit ſed palmarum foliis inſcripta ad antri ingreſſum ponebat; ſin autem vento confunderentur folia, nunquam ſe exorari ſinebat, ut rurſum caneret vel eadem aut ſimilia folia eo quo ante ordine diſpoſita collocaret, adeo ut miſeri mortales, qui Oraculum conſulebant incertiores quam venerant, abirent. Atque hinc factum ut quisque pro ſuo libitu aut deſiderio Oracula illa interpretaretur, cum tamen de Vatis mente non conſtaret. Virgilius lib. III. Æneid. ſic de Cumæa Sibylla:

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima,
Quæcunque in foliis descripsit Carmina virgo
Digerit in numerum, atque antro secluſa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbavit Janua frondes,
Nunquam deinde cavo volitantia prendere saxo,
Nec revocare situs, aut jungere carmina curat,
Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.

Ne itaque mirum cuiquam videatur, Æneam Sibyllam Cumæam tam enixe petiisse, ne responsa foliis inscribat. sic Virgil. lib. VI. Æneid.

— — — Foliis tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis,
Ipsa canas oro.

De his Sibyllæ foliis postea latius, ubi de modo quo Oracula edebantur, nobis erit differendum. Ad hunc locum Virg: alludit Juvenalis Satyra VIII.

Quod modo proposui non est sententia, verum
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

Adeo vera sunt ea quæ supra retuli, ac ipsa Sibyllæ Oracula quæ foliis inscripsit olim Vates. In loco autem subterraneo, *rupe sub ima*, inquit, Virgilius, degebat hæc Sibylla. Hujus loci exactissimam descriptionem nobis dedere Virgilius & Ovidius.

Virgilius lib. VI. Æneid.

At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ
Antrum immane petit; magnam cui mentem animumque
Delius inspirat Vates, aperitque futura:

Et paulo post.

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum,

Unde

Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, cum virgo poscere fata
Tempus, ait. Deus ecce Deus. cui talia fanti
Ante fores subito non vultus, non color unus,
Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: majorque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Jam propiore Dei:

Deinde paulo post.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obscuris vera involvens. Ea fræna furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

Ovidius Metamorph: lib. XIV. hunc specum hoc modo describit:

Littora Cumarum, vivacisque antra Sibyllæ
Intrat: & ut manes adeat per averna paternos
Orat: at illa diu vultum tellure moratum
Erexit, tandemque Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime.

Deinde hæc de hoc antro addit optimus Poëta:

Respicit hinc Vates, & suspiratibus haustis
Nec Dea sum, dixit; nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput: neu nescius erres:
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrompere dictis
Me cupit, elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego pulveris hausti,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit, ut peterem juvenes quoque protinus annos.
Hoc tamen ille mihi dabat, æternamque juventam
Si venerem paterer. Contempto numine Phœbi

In-

Innuba permaneo. Sed jam felicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra senectus;
Quæ patienda diu est. Nam jam mihi sæcula septem
Acta vides; supereſt numeros, ut pulveris æquem,
Ter centum messes, ter centum musta videre.
Tempus erit, cum de tanto me corpore parvam
Longa dies faciet, consumptaque membra senecta
Ad minimum redigentur onus: nec amata videbor;
Nec placuisse Deo. Phœbus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.
Usque adeo mutata ferar, nullique videnda:
Voce tamen noscar; vocem mihi fata relinquent.

Claudianus in Panegyrico de quarto Honorii consulatu.

Chaldæi stupuere senes; Cumanaque rursus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.

Procopius Gothicarum rerum libro I. Ἐν τῇ Κύμῃ οἱ ἐπιχώριοι τὸ Σιβύλλης δεικνύουσι σπήλαιον ἔνθα δὴ αὐτῆς τὸ μαντεῖον γενέσθαι φασιν. Ideſt *Cumis incolæ Sibyllæ antrum oſtendunt, in eoque ferunt illam Vaticinatam fuiſſe* Juſtimus Martyr in Oratione Paræneticа: Ἔστιν ἃ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν δυσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης, ἐκ μιᾶς δυνατῆς ἐπινοίας ἀφ' ἑνὸς χρησμῶν ὕμας διδασκούσης, μανθάνειν ταῦθ' ἅπερ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τῆς τῶν προφητῶν διδασκαλίας. τοιγαροῦν ἢ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆσθαί φασι, Βηρώσσος, τὸ τὴν χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος, ζωγράφος ἦσαν, εἰς ἣν τὰ μέρη τῆς Καμπανίας ἐκ οἶδα, ὅπως ἀφικέσθαι, ἐκεῖ τὸς χρησμὸς ἐξαγορεύειν ἐν τινι Κύμῃ ἔτω καλουμένη πόλει, ἓξ σημείοις διεσῶσθαι Βαίων. Εθεασάμεθα ἢ, ἐν τῇ πόλει γενόμενοι, ἐκ τινα τόπον ἐν ᾧ Βασιλικῷ μεγίστῳ ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἴγνωμεν πρᾶγμα μέγιστον, καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον; ἐνθα τὸς χρησμὸς αὐτῷ ἀπαγγέλλειν, οἱ ὡς τὰ πατρῷα παρειληφότες παρὰ τῶν ἑαυτῶν προγόνων ἔφασκον. Ἐν μέσῳ ἢ τῆς Βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμενάς, ἐκ δὲ αὐτὰς ἐξεσμένας λίθου ὧν πληρωμάτων ὕδατος, λούεσθαι αὐτῷ ἐν αὐταῖς, ἔλεγον. Καὶ σολῷ ἀναλαμβάνουσαν, εἰς τὸν ἐνδότατον τῆς Βασιλικῆς βαδίζειν οἶκον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένον λίθου. Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου καθεζομένῳ ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος καὶ θρόνου, ἔτῳ τὸς χρησμὸς ἐξαγορεύειν. Hoc eſt: *Verum Dei cultum facile ex parte ab antiqua Sibylla, ex inſpiratione*

ne

ne quadam per Oracula vos docente, perdiſcere poteritis ea, quæ ad prophetarum doctrinam quam proxime accedere videntur. Hanc ex Babylone profectam aiunt, Beroſi, Chaldaicæ Hiſtoriæ Scriptoris, filiam quæ cum in Campaniam, neſcio quo fato conceſſiſſet; Oracula edidit in urbe Cuma, VI. millia paſſuum diſſita. Vidimus ipſi, quum in ea urbe eſſemus, locum quendam, in quo baſilica conſtructa erat ingens, ex uno lapide perpolita: opus ſane vaſtum, & omni admiratione dignum. Heic eam Oracula ceciniſſe affirmabant ij, qui hæc à maioribus ſuis veluti patria acceperant: in medio vero baſilicæ vaſa tria nobis oſtendebant, ex eodem lapide fabrefacta, quibus aqua repletis, vates lavaretur: & accepta ſtola, in penitiſſimam baſilicæ ædem, eodem perpolito lapide ædificatam, progreſſa, & in medio ejus collocata in edito ſuggeſtu ſeu throno Oracula inde redderet. locum hunc in quo baſilica hæc ingens eſt conſtructa ex uno lapide perpolita; opus vaſtum & omni admiratione dignum, clare deſcripſit Virgilius lib. VI. Æneid. verſibus his ſupra allatis, *exciſum Euboicæ &c.*

Agathias lib. I. Hiſtoriar. ſpelunca erat, utrimque patentior, & profunda, penitiſſimisque & ampliſſimis penetralibus, voraginibusque immenſis in abruptum deſcenderat: hanc ferunt Sibyllam Italicenſem illam, & magnam incoluiſſe, quæ phœbo capta, & Spiritu Divino inſtructa, petentibus futura prædiceret: ſi quidem Æneæ, Anchiſæ filio, tradunt, ſe adeunti omnia prædixiſſe; quæ illi eſſent in poſterum occurſura. *Et lib. de orig: urb. Romæ*; addunt præterea quidam Æneam in eo littore Euxini cujusdam Comitis matrem ultimo ætatis affectam circa ſtagnum, quod eſt inter Miſenum Avernumque, extuliſſe. Atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinus ſinus dicitur. Cumque comperiſſet ibidem Sibyllam mortalibus futura præcinere, in oppido quod vocatur Cimbarionis, veniſſe eo ſciſcitatum de ſtatu fortunarum ſuarum: aditisque fatis vetitum, ne is cognitam in Italia ſepeliret Prochytam, cognatione ſibi conjunctam, quam incolumem reliquerat: & poſtquam ad claſſem rediit, reperitque mortuam, in Inſula proxima ſepeliſſe, quæ nunc quoque eodem eſt nomine dicta: ut ſcribunt Vulcatius & Acilius Piſo. Lubet & heic adjicere quæ de hoc antro Boiſſardus ἀνλόπλης enarrat: quod ad Sibyllæ ſpecum attinet, hodie quoque oſtenditur ſuper lacu Averno: & prope locum templum Apollinis rotundum cum ſumma voluptate

te & admiratione ſæpius vidi, quod tamen longa antiquitate, ac temporis injuria, ex majori parte fractum & pervium patet: ex hoc templo per callem anguſtum adſcenſus ducit ad ſpeluncam Sibyllæ vaſtam & ſpatioſam, artificioſa tamen teſtudine excavatam. Hæc lonigo amploque meatu ſub monte extenſa, tandem muro obducto finitur: quem Adrianus P. M. exſtrui juſſiſſe fertur. Propterea quod plurimi, potiſſimum Scholaſtici, neſcio qua curioſitate ducti, per anfractus illos ſubterraneos, obſcuros, & multiplici ambage reticulatos ſeſe in inferiora loca demittebant, cumque illis reditus liber non daretur, lucernis propter ignitas exhalationes ſuffocatis, miſerrimo vitæ exitio ſtultitiæ ſuæ pœnas dabant. Non deſiere tamen eodem anno, quo illic degebam, quatuor Scholaſtici Belgæ, ut exiſtimabantur, fracto muro ſe in eas voragines demittere, ex quibus poſt triduum evomiti ſunt, corporibus igne uſtulatis & ſuffocatis. In eodem antro ad dextram, viſitur amplum cœnaculum, cujus parietes opere teſſellato (quod Moſaicum vocamus) circumquaque cum tota concameratione exornati ſunt eleganti artificio: ad cujus finem tria ſunt cubicula excavata in eadem montis rupe, ubi videntur ſcamna lapidea, & loculi aqua ſemper calida pleni, vulgo appellantur *Balnea Sibyllæ*: neque hi tantum unquam æſtuant, quin ſemper eo ingredi ſit tutum. Hactenus Boiſſardus qui de hoc antro aliisque obſervatu digniſſimis ſibi viſis tractatum pollicetur: neſcimus utrum promiſſis ſteterit, hactenus nos equidem illum non vidimus. Antequam ad aliam Sibyllam tranſeamus, libet heic ſententiam doctiſſimi Bocharti referre, de hujus Cumææ Sibyllæ ſepulchro, Lilybæum Sibyllæ Cumææ ſepulchro veteres inſigniunt. Solinus Salmaſii cap. V. *Lilybitano* (promontorio) *Lilybæum oppidum decus eſt, & Sibyllæ Sepulchrum.* Nempe *Cumææ*, de qua cap. II. dixerat: *hujus ſepulchrum in Sicilia adhuc manet.* Et Iſidorus Hiſpalenſis lib. VIII. cap. VIII. *Dicta autem Cumana à Civitate Cumis quæ eſt in Campania, cujus Sepulchrum in Sicilia adhuc manet.* Sed hæc Sibylla tam fictitia eſt quam Hecuba & Pelorus, de quibus deinceps: fabula videtur ex eo nata, quod ad Sibyllæ nomen alludit Hebræum זבול *Zebul Habitatio.* Quod pro Sepulchro paſſim uſurpatur שהואדל בו כל אחד quia in illo quivis habitat, ut ait Aben Eura ad Palm. XLIX. vers. XV. quo pernet illud Jobi cap. XXX. vers. XXIII. *Mors avocat me, & Domus*

mus conſtituta omni viventi. Id fortaſſe Pœni imitati, altera voce Arabica ſepulchro ad Lilybæum inſcripſerant זבול גמאעה (*Zebul gumaha.*) *Habitatio univerſitatis*, id eſt, communis omnium ſedes. Et ex *Zebul guma*, factum *Sibylla Cumæa.* Sic paſſim veteres ſepulchra vel inferos *locos communes* appellant. Plautus in prologo Caſinæ. *Qui nunc abierunt hinc in Communem locum.* Artemidorus lib. I. cap. LXXX. Κοινὸς τόπος ἐστὶν ὁ τὰς νεκρὰς δεχόμενος Cicero VI. Verrina. *Dico nihil iſtum ejusmodi rerum in provincia reliquiſſe &c. nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus.* Juſtinianus Inſtitut. lib. II. tit. I. *in communem autem locum purum invito ſocio* (mortuum) *inferre non licet.* Hactenus Bochartus cujus conjectura tanquam maxime probabilis valde nobis arridet. Lubet heic etiam adponere Oracula quæ Cimmeriæ ſeu Cumææ Sibyllæ adtribuit Boiſſardus in de divinatione p: mihi 227. &c. Sibyllæ Cumææ tribuitur, Oraculum de uno vero & ſolo Deo Conditore, & Conſervatore totius Mundi: quod continetur ſtatim à principio IV. lib. Sibyllinorum Verſuum; ubi ſcriptum eſt, inquit, Boiſſardus:

Κλύε λεὼς Ἀσίης μεγαλαύχεο, Εὐρώπης τε
Ὅσσα μελιφθέγκτοιο Διὸς στόμα θεσπίζουσιν
Μέλλω ἀφ' ἡμετέρης παναληθέα μαντεύεσθαι.
Οὐ ψεύδεα φοίβου χρησμήτορος, οὔτε μάταιοι
Ἄνθρωποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ Μάντιν.
Ἀλλὰ θεοῦ μεγάλοιο, τὸν αἱ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὁμοῖον:

Epaulo poſt:

Ἀλλ' οὐκ ἰδεῖν ἐκ ἔστιν ἀπὸ χθονὸς οὐδὲ μετρῆσαι,
Ὄμμασιν ἐν θνητοῖσι, χεὶρ δ' ἐκ ἔπλασε θνητῶν.
Ὃς καθορᾷ πάντας ἅμα πάντας, ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται.

Audi gens Aſiæ, nimis Europæque ſuperba,
Hæc quæ melliſono veriſſima vaticinari
Ore paro: noſtro dictata à numine magno,
Non Oracla quidem dantis mendacia Phœbi,

Quem dixere Deum, quem falso nomine vatis
Vani appellarunt homines. Sed numine magni
Flante Dei quem non hominum manus ulla dolavit
Mutis assimilem signis, saxoque politis.

Et iterum.

Sed quem de terra mortali lumine non est
Cernere, metirique manu neque fingere tactum:
Omnes qui cernent, à nullo cernitur ipse.

Multa etiam alia ibidem à Sibylla adduntur, Dei Potentiam laudantia, quæ huic Cumææ Sibyllæ adscribit Boissardus, putatque hæc etiam ab eadem hac, quæ lib. VIII. continentur, Christumque cum Patre æqualem prædicant, profecta:

Ὅσσα παρ' αὐτῷ σοι δοκέει, πλήσειν τ' ἐπενδύσεις
Σῷ παιδὶ πρὸ κλίσεως πάσης ἑτέροις ἴσοισι πεφυκὼς
Σύνθρονος, πλάσης μερόπων, κρίτης τε βίοιο.
Ὃν πρώτη σύμαιμος γλυκερῇ προσφθέγξατο φωνῇ,
Ποιήσομεν ἴδιον πανομοίιον ἀνέρα μορφῇ
Ἠμετέρῃ, καὶ δῶμεν ἔχειν ζωαρκέα πνοιλν.

Quæ tibi, quæque tuo nato annuis ipse patranda,
Qui tibi & unanimis, & par res ante creatas,
Humanæ Judex vitæ, sociusque Creator.
Ad quem oris prima tu dulci voce locutus,
Condamus hominem proprium, nostræque figuræ
Persimilem, atque auram vitalem demus habere.

Et paulo post, clare asseverat illum nasci debere ex Virgine Maria.

Τ' ἐσχάτοις τε χρόνοις χθόνα ἡμείξατο *
Καὶ βραχὺς ἐλθὼν παρθένε ἐκ Μαρίας λαγόνων τε
Ἐξανέτειλε νεὸν φῶς *
Οὐρανόθεν ἧ μολὼν, βροτέλιν ἐνεδύσατο μορφλν.

*Temporibusque petet postremis terram **
Et brevis egressus Mariæ de Virginis alvo

Ex-

Exorta est nova lux. *
E coelo veniens mortales induit artus.

Et paulò post.

Σαρκωθὲν ᾧ χρόνῳ, καὶ γαστρὶ ζωογονηθὲν
Ἐπλάσθη βροτείῳ ἰδέαν, καὶ κῦρος ἐπῆλθε
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσι:
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα θεῷ πατρὶ, καὶ θεῷ Υἱῷ.
Τικτόμενον ᾧ βρέφος: ποτὶ γηθοσύνη χθὼν;
Οὐρανίου δ' ἐγέλασσε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος.

— — *Verbumque volavit in alvum*
Idque suo factum est animatum tempore corpus
Mortali facie cretum est. puer inde creatus
Virgineo partu. mira est mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo patri, natoque stupenda.
Hoc puero nato properavit gaudia tellus
Cælestis risit sedes, & gestijt orbis.

Et statim adiungit, filium illum Dei Omnipotentis recenter natum fuisse à Magis adoratum, qui ab oriente longis venientes viis, Christo obtulerunt, aurum, thus, & myrrham, deducti in Bethlehem ductu cælestis stellæ, quam secuti sunt, & in ejus nativitate pastoribus nova gaudia cœlitus nunciata.

Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ἵνα σοὶ κύριος τάδε δώσῃ
Καρπὸς ἀθανάτους, καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις.
Καὶ ζωὴν ἀμάρακτον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγξῃ.
Χωνεύσει γὰρ πάντ' εἰς καθαρὸν ἅλα ἄξει
Οὐρανὸν εἰλίξει, γαίης κληθμῶνας ἀνοίξει.
Καὶ τότ' ἀναστήσει νέκυας, Μοῖραν καταλύσας,
Καὶ θανάτῳ κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξει:
Κρίνων δ' εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν.

Sparge piè semen: Dominus tibi donet ut ista,
Æternos fructus, æternum lumen habebis.
Vitam incorruptam, cum cunctos arguet igne.

Omnia nam purgans molem convertet in unam.
Cœlum convolvet, telluris operta recludet:
Manes in vitam, fatorum lege soluta,
Et lethi stimulis, ad judiciumque vocabiti
Judicet ut tandem mores pravosque piosque

Cumæ etiam excidium putat Sibyllam hanc prædixisse Boissardus his versibus: lib. V.

Κύμη δ' ἡμωρὴ, σὺν νάμασι τοῖς Θεοπνόοισις
Ἐν παλάμαισι Θεῶν, ἀνδρῶν ἀδίκων ἠ ἀθέσμων,
Ῥιψεῖσ' ἐκέπι τὸ σὸν ἐν αἰθέρα ἅρμα πεδώσει.
Ἀλλὰ μενεῖ νεκρὴ ἐν νάμασι κυμαίοισι
Καὶ τότ' ἀνίξασι ὁμῦ κακότητα μένοντες
Εἰδήσῃ σημεῖον ἔχων ἀνθ' ὧν ἐμόγησε.
Κυμῶν γὰρ δῆμος χαλεπὸς, ἠ φῦλον ἀηδὲς.

Cuma autem demens, cum tactis numine lymphis,
In manibus Divum sceleratorumque virorum
Dejecta, haud tantum saltabit in æthera deinceps.
Verum in Cumæis remanebit mortua lymphis.
Tunc adversa simul degentes perpetientur.
Scies signum habens, quia labores toleraſti.
Nam genus invisum Cumanum, gensque proterva est.

Alia quam plurima Vaticinatam fuisse hanc Cumæam Sibyllam putat laudatus Boissardus multarum, nempe, Regionum, & urbium fatales exitus, quæ omnia, inquit, Boissardus ex Auctoribus cognosci possunt & judicari. Sin hoc dicto Boissardus significatum vult, Lectorem ex lectione Oraculorum Sibyllinorum, posse judicare multarum Regionum & urbium fatales exitus in illis prædici, haud repugnamus, verum sin hoc, verbis hisce velit, Lectorem ex his Oraculis posse dijudicare Cumæam Sibyllam esse illarum prædictionum Vatem, illique in particulari adscribenda superius laudata Oracula, omninò contradicimus, uti ante, affirmantes nec Boissardum, nec quemquam alium certo posse indicare, cujusnam Sibyllæ quæque sint Oracula: nemo enim, sic putamus, ullum mihi indicet κριτήριον

ειον quo discernamus, Sibyllarum Vaticinia. Scio Sibyllam Erythræam alibi nomen suum carmini, Autore Lactantio, inseruisse, sed nec ideo Vati illi, carmina illa adscribenda censemus, probaturi suo loco esse tota quanta suppositicia. Certum autem est Cumææ hæc, quidquid dicat Boissardus assignari non posse. Pari etiam, hoc est nulla certitudine probari potest hæc quæ Opsopæus & Boissardus ex M. S. Regio deprompserunt, existimantes Cumææ esse Sibyllæ. Prophetia sic sonat.

A teneris annis facie præsignis, honore
Militiæ æternæ regem sacra virgo cibabit
Lacte suo: Per quem gaudebunt pectore summo
Omnia, & immenso fulgebit sidus in orbe
Mirificum. Sua dona magi cum laude ferentes;
Objicient puero myrrham, aurum, thura Sabæa.

Adjicit etiam alia quædam Cumææ Sibyllæ adscripta Boissardus. De ea Arias Montanus.

Virgo sancta olim, cunctis & clarior astris
Mirando infantem sanguine concipiet.
Suffecto è cælis hunc nutriet alma liquore
Uberibus propriis, lacteque vigineo.

Ex Ruilio:

Virgo formosa lacte suo nutriet filium. è
Cælo missum.

Ex Senensibus Inscriptionibus:

Mortis fatum finiet trium dierum somno susceptо.
Tunc à mortuis regressus in lucem veniet
Primus Resurrectionis initium ostendens.

Ex Garsone.

Tunc ad mortales veniet mortalibus ipsis
In terris similis natus patris omnipotentis
Corpore vestitus.

Ex

Ex Lælii Cleopaſſi Hydruntini Poëmatibus:

Numinibus vanis divinos reddere honores
Deſine, homo: æterno ſubjice colla Deo.
Natum ejus venerare Illo tu vindice ſalvus
Iram cœleſtis numinis effugies.
Juſtitia illius juſtus ſtatuere: nec unquam
Cocyti fies præda cremanda rogi.

Hæc cum abſolviſſemus fortuito in Sexti Senenſis bibliothecam incidentes, deprehendimus, Scriptorem Doctiſſimum alia plane Carmina Sibyllæ Cumææ adtribuere ut & vel hinc etiam conſtet, nullo plane fundamento niti illos qui cuique Sibyllæ ſua volunt aſſignare Oracula particularia. hæc autem que Cumææ eſſe putat Sixtus Senenſis ſic ſonant.

Ὅταν ἀπ' ὐρανοῖο θεὸς πέμψει βασιλῆα
Γῆ γὰρ πανγενέτειρα βροτοῖς δώσει τ' ἄριστον
Καρπὸν ἀπειρέσιον, σίτυ, οἴνυι ἐλαίυ
Αὐτὰρ ἀπυρανόθεν μέλιτος γλυκερὸν πότον ἡδὺν
Νάματα ῆ ῥήξει γλυκεροῦ λευκοῖο γάλακτος·
Πλήρεις δ' αὖτε πόλεις ἀγαθῶν, ῆ πίονες ἀγροὶ
Ἔσονται, ὐδὲ μάκαιρα μετὰ χθονὸς ὐδὲ κυδοιμὸς
Ἀλλὰ μιν εἰρήνη μεγάλη κατὰ γαῖαν ἄπασαν.
Ἔνδε λύκοι ῆ ἄρνες ἐν ὄρεσιν ἄμμις ἔδονται
Χόρτον, παρδάλεες τ' ἐρίφοις ἅμα βασκήσονται,
Ἄρκτον σαὶ μόσχοις νομάδες ἀλιθήσονται,
Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγετ' ὐρεάτη ὡς βῦς;
Καὶ βρεφ' Ἔσσι δρακοντες ἀμασφίσι κοιμήσονται.
Καὶ ὐκ ἀδικήσουσιν, χεὶρ γὰρ κυρίη ἔσσετ' ἐπ' αὐτούς.

Quæ ſic verti poſſunt.

Cum Deus ex alto Regem demittet Olympo
Tunc terra omniparens frugès mortalibus ægris
Reddet inexhauſtas frumenti, vini, oleique;
Dulcia tunc mellis diffundent pocula cœli,
Et niveo latices erumpent lacte ſuaves,

Op

Oppida plena bonis, & pinguia culta vigebunt:
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus,
Verum par terris florebit in omnibus alta:
Cumque lupis agni per montes gramina carpent:
Permistique simul Pardi pascentur & hædi,
Cum vitulis ursi degent, armenta sequentes.
Carnivorusque leo præsepia quæret, nti bos
Cum pueris capient somnos in nocte dracones,
Nec lædent, quoniam Domini manus obteget illos.

Hæc omnia recitantur lib. III. Oraculor: Sibyllin: sed longe aliter ac Opsopæus illa in editione sua refert. Videantur notæ ad hunc locum. Notandum autem Boissardo qui se discernere posse quæ cuique Sibyllæ sint assignanda Oracula, non convenire, cum Sixto Senensi, alia enim hic quam ille huic Sibyllæ attribuit carmina, ut vel hinc quivis videat, nulla dari κριτήρια quibus discernantur Sibyllarum Oracula, imo hæc quæ supra retulimus Boissardus Sibyllæ Erythrææ adcensenda putat tres enim priores Sibyllinorum Oraculorum libros totos quantos Erythreæ absque ulla controversia tribuendos, quamvis nullas addat rationes affirmat & magistraliter pronuntiat. Antequam autem huic Capiti finem imponamus, notandum J. Aitzma huic Cumææ aut Cymmeriæ Sibyllæ attribuere Sibyllinorum librum quartum paucis tantum versibus exceptis. Nullas autem allegat rationes cur illi fides sit commodanda, nec immerito quidem, quoniam nullas habet. Ideoque tales assertiones flocci faciendæ: uti & hoc notandum, quod profanationem profecto non exiguam sapit, illum audere convenientiam instituere inter Sacram Scripturam & pseudo Oracula illa Sibyllina, quasi S.S. Dei Prophetæ post illa de illis prædicarint, quod quam falsum sit alibi ostendemus, Deo dante.

CAPUT VI.

DE

SIBYLLA ERYTHRÆA.

BREVIARIUM.

QUinto loco hanc Sibyllam collocandam censent nonnulli. Alii secundum locum illi assignant. Ubinam habitarit. Varia illius nomina. Peucerus refellitur. Zozimus explicatus. Ejus parentes. Cujas sit an ἀκρόστιχις huic Sibyllæ sit attribuenda Cum Noacho non fuit in Arca. Schmidius refutatur. An ei Daphne nomen fuerit secundum Constantinum. Lactantius aliique refelluntur. Apollodorus fallit quando hanc suam concivem vocat. Quo tempore vixerit? Suidæ error notatus. De ejus longævitate testimonia. Phlegontis versus aliquot correcti ex Salmasio. Et ex Vossio. Schmidius refutatur. Quando floruit. Isidorus Hispalensis refellitur. Sibylla refutata. Quando Vaticinata fuit. Acrostichis supposititia etiam secundum Eusebium. Eusebius refutatus. Acrostichis non invenitur apud Ciceronem. Imo ne quidem ipsi lecta. Cicero non vidit libros Sibyllinos. Sibyllina hodierna non esse genuina, patet ex eo quod non sint Acrostichidibus conscripta. Eadem Acrostichis quam nunc in Sibyllinis libris reperimus Ciceroni nunquam visa fuit. Constantinus aliter Acrostichidem refert quam hodie habemus. Olim aliter lecta. Sibyllæ à Cicerone pro prophetissis non fuerunt habita. Antiquis Patribus, ut ut Sibyllarum fautoribus maximis, Acrostichis hæc Sibyllina nunquam fuit visa. Justinus martyr & Theophilus Antiochenus ac Athenagoras, Clemensque Alexandrinus quando floruerint. Lactantius allegat nonnullos suppositiæ Acrostichidis versus, sed de Acrostichide nulla mentio apud illum reperitur. Valesii de Acrostichide sententia. Valesius refutatus. J. A. refellitur.

QUinta Sibylla fuit Erythræa secundum Lactantium loco laudato: hunc etiam secutus est Isidorus Hispalensis Originum lib. VIII. cap. VIII. Hanc Apollodorus Erythræus, affirmat suam fuisse Civem: eamque Graiis Ilium


S. ERYTHRÆA.

Ilium petentibus Vaticinatam, & perituram esse Trojam, & Homerum mendacia scripturum. Hanc Sibyllam Constantinus magnus in Oratione ad Sanct. cœtum, Delphis cum Pausania collocat, & cum Diodoro Siculo Daphnen vocat. Hanc Simson loco ante laudato putat eandem esse cum Babylonica seu Chaldæa. Quo fundamento ante ostensum fuit ubi de Persica Sibylla egimus. Aristoteles loco superius adducto lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. *melanchrænem* vocatam scribit ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν καλουμένην Κυμαίαν ὑπό τινων μελαγχροίνην καλουμένην. Hermias Philosophus lib. II. schol. ad Platonis Phædrum, ut et Solinus polyhystor Erythræam olim Eriphilem vocatam scribit, quod Eriphilis nomen Lactantius lib. I. cap. VI. Suidas aliique Sibyllæ Cumanæ adscribunt. Eusebius Sibyllæ Samiæ) Scio equidem Peucerum affirmare sine probatione, hanc Erythræam Herophilem vocatam: eandemque esse cum Persica, hoc tamen ipsi haud concedendum putamus, propter rationes, quas, ubi de Persica egimus produximus, & heic possunt applicari. Notandum porro quosdam Zozimum Hist: lib: II. Erythræam hanc eandem esse cum Phaëllone Epirotica, quæ etiam nonnulla sit Vaticinata, affirmare: carmen autem quod huic Sibyllæ adtribuit Zozimus, loco citato alibi adjicietur. De Zozimi autem sententia non esse, eam *Epiroticam* cum Erythræa Sibylla velle confundere, putamus: non enim dicit ἐνέτυχον μόλις χρησμῷ τινι Σιβύλλης εἶναι λεγομένῳ τῆς Ἐρυθραίας ἢ Φαλλῆς, uti dixisse debebat, si cum illa hanc reciprocare voluisset, sed dicit, Ἐρυθραίας ἢ Φαλλῆς *Erythrææ aut Phallonis* adeo ut contrarium plane ex Zozimi loco sit concludendum. Onuphrius uti & Icones Senenses huic secundum locum dedere & post illum secundo loco constituendam existimat Boissardus, temporum ordine hoc volente, quippe quæ bellum Trojanum præcesserit. Hermippus, referente Boissardo, illam dicit patre Theodoro natam, in Regione Erythræorum, eo loco qui Baptæ olim dictus est, quem postea Erythras nuncuparunt: ex qua urbe originem duxit Apollodorus, & ideo illam suam civem vocavit. Erythræi ipsi asserebant, natam illam esse in sua ditione in Cerico monte Ioniæ, ubi antrum Vatis nativitate clarum, ostendebant. Strabo duas recenset Erythræas Sibyllas unam Antiquissimam cujus nomen reticuit, alteram posteriorem Athenaïdem no-

mine, quæ Alexandri magni extiterit ætate: utramque hanc Sibyllam ex Asiæ Jonica, Erythris ortam dicit. Dion. Halicarn: ab Erythris Phrygiæ oppidulo Erythræam dictam docet. Sibylla ipsa de se testatur se Babylone ortam, sed tamen Erythræam vocatum iri ab hominibus. Origine itaque sit Babylonica, sed Erythræa quia Erythris Vaticinata & commorata fuit: huic etiam Sibyllæ Eusebius in serm. ad cœt. Sanct: tribuit ἀκρόστιχιν, cujus versuum initiales literæ, has dictiones constituunt, Ιησοῦς χρειστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ. Sed putamus hoc valde esse incertum: imo ne probabile quidem. Nullæ enim in illo carmine apparent notæ quibus moveamur Erythrææ potius, quam alii Sibyllæ, illud poëma adscribendum esse. De hac Acrostichide plura in fine hujus capitis dicenda nobis reservamus. Hanc Erythræam Sibyllam. Erasm Schmidius censet esse omnium Antiquissimam, Nobilissimam & Oraculorum præstantia excellentissimam, & cum Noacho in Arca Diluvii tempore fuisse: imo ipsam maritum, Noæ filium, Japhetum, habuisse, contendit, quas positiones probatas videre maluissemus, quam ita simpliciter affirmatas. Nam quod Sibyllam ipsam Causæ hujus Judicem constituat, hoc nos plane rejicimus, est enim de eo quæstio, an vere hæc de se dicat pseudo-Sibylla. Scio equidem illam affirmare lib. I. σὺν ἑκυρῷ ἑκυρῇ τε, *cum socero socruque* hoc est, cum Noacho ejusque uxore fuisse in Arca: sed hoc nos negamus, Sibyllæ ne juranti quidem unquam credemus, absque probatione an non absurdum est in quæstione utrum Sibylla fuerit in Arca, audire Sibyllam ipsam illud affirmantem, quis enim legitimus suæ causæ sit Judex, sed ex voce νυμφη argumentatur Schmidius, illam esse Noachi nurum: hoc si statuere velit Schmidius, tum oporteret prius nodum hunc solvi, quomodo illa sit ἀφ' αἵματος *de sanguine Noe*: quod ipse Schmidius fatetur conciliari non posse, cum autem diserte ipsa Sibylla esse se de sanguine Noæ affirmet, nescio quo temerario ausu Lojolita Crassetus, putat se Blondello satisfacturum, quando maxime sibi placere dicit hanc suam conjecturam, Sibyllam hanc fuisse habitam pro Noachi nuru eo quod urbe Noa sit oriunda, sed non vidit Crassetus, hoc statuendo se ipsi Sibyllæ contradicere, quoniam illa se Babylone ortam esse expressis verbis scripsit. Non putem Jesuitam ut ut sagacem,

cem, melius noviſſe Sibyllæ locum natalem quam ipſa Sibylla· quando ad textus corruptionem recurrit Schmidius illud pro meris nugis reputamus, ipſumque ſententiam illam nunquam probaturum contendimus, de Delphica Sibylla quando egimus, oſtendimus non poſſe dici illam (Delphicam nempe) in Arca fuiſſe cum Noacho, quandoquidem affirmet ſe Babylone ortam. lib. III. in fine.

Ταῦτα σοι Ασσυρίης Βαβυλώνια τέῖχεα μαντὼ
Ὀ'ισρομανὴς πολιπᾶσα &c.

At Babylon Diluvio poſterior. Atque hoc pacto mendax aperte reperitur Sibylla. De his plura addere non eſt neceſſum, quando quidem ſupra fuſius diximus: ſolummodo verbum hoc addemus, ſi Conſtantino Imperatori fides ſit habenda, eam proprio nomine Daphnem vocatam, an Daphne quæ multis ſeculis poſterior, per unum & quadraginta dies fuerit cum Noacho in Arca? credat hoc Judæus Apella. An Daphne Babylone oriunda uti hæc pſeudo Sibylla de ſe ſcribit? dicit enim diſertis verbis etiam ſi Erythræa ſit vocanda, Se tamen Babylone ortam: quod ipſius Sibyllæ teſtimonium probe obſervandum contra Lactantium, Apollodorum & eorum ſequaces, illam non poſſe dici Erythræam eo quod Erythris nata, ſed quod ibidem ſit Vaticinata: quomodo Apollodorus probabit hanc eſſe ſuam concivem, quandoquidem ipſa de ſe teſtatur ſe eſſe Babylonicam, nunquid Apollodorus melius quam ipſa Sibylla ſciverit cujas ſit. Dionyſ. Halicarnaſſ. Apollodorus apud Lactanti Suidas aliique multi, hanc excidio Trojano priorem conſtituunt, dicunt enim, illam Graiis Oraculum conſulentibus, Vaticinatam eſſe belli Trojani eventum, & Æneam hanc conſuluiſſe auctor eſt Virgilius, Æneid. VI. quæ omnia attente, ſi conſiderentur, clare demonſtrant, Schmidii opinionem eſſe plane futilem. Sed Lectores monitos volumus, Suidam ſui oblitum fuiſſe, quando ſcripſit, Sibyllam hanc quadringentis octuaginta tribus annis bello Trojano poſteriorem. hæc enim aſſertio (quamvis aliquo modo ad Euſebii opinionem accedat, quæ illam ſub Regno Romuli extitiſſe docet in ſuo Chronico, Romulus autem quadringentis uno & triginta annis poſt bellum Trojanum Regnare cœpit) evertit Scriptorum illorum veterum, quos Procul dubio legerat Suidas, opiniones & aſſertiones: ſaltem hoc nunquam

conciliaverit Suidas, Sibylla Erythræa fuit ante, & quadringentis octuaginta tribus annis post bellum Trojanum, etiamsi longæva vocetur hæc Sibylla. Solinus polyhist: hanc paucis annis post Sibyllam Delphicam ortam esse (Schmidius putat viginti) author est. Quoniam autem de longævitate hujus Sibyllæ mentio nunc injecta fuit, attexamus reliqua quæ hac de re proferuntur à Scriptoribus. Virgil. illam Phæbi Sacerdotem, longævam vocat Æneid. lib. VI.

Hæc ubi dicta dedit Phæbi longæva Sacerdos. Et ibidem:

Alio loco.

Olli sic breviter fata est longæva Sacerdos.

Aristoteles loco sæpius laudato, de mirabil. &c. πολυχρονιωτάτην. παρθένον *Virginem quæ multos annos vixit* vocat. Ovid. Metam lib. XIV.

— — — *Vivacisque antra Sibyllæ*
Intrat, & ut manes adeat per averna paternos.
Orat.

Hinc etiam est proverbium: *Sibylla vivacior*, ut Erasmus notavit in Adagiis. Propertiùs lib. I. etiam proverbialiter eleg. XXIV.

At me non ætas mutavit tota Sibyllæ.

Idem lib. II. eleg. II.

Et si Cumææ sæcula Vatis agas.

Ausonius etiam aliquo loco dicit:

Vincas Cumanam tu quoque Deïphoben.

Citantur etiam versus quidam veteris Poetæ, qui pro longævitatis exemplo proponit tres fœminas, Hecubam, Sibyllam, Æthram, Thesei matrem:

Quædam haud junior Hectoris parente:
Cumææ soror, ut puto Sibyllæ:

Æqua-

Æqualis tibi, quam domum revertens
Theſeus reperit in rogo jacentem.

Ovidius metamorph. lib. XIV. Sibyllam hoc modo loquentem introducit, ad Æneam.

— — — *Nam jam mihi ſæcula ſeptem,*
Acta vides: ſupereſt, numeros ut pulveris, æquem,
Ter centum meſſes; ter centum muſta videre.

Adeo ut ex hoc Poëtæ loco conſtet, quot annos vixerit Sibylla, ſecundum teſtimonium quod de ſe ipſa Æneæ dedit. Nempe ſe victuram mille annos. Servius ad locum Virgilii Sibyllam Erythræam longævam Sacerdotem vocantis, narrat Apollinem amore Sibyllæ captum, ei poſcendi quod vellet arbitrium dediſſe: illam hauſtis arenis tantum vitæ popoſciſſe. id Apollo fieri poſſe reſpondit, ſi Erythræam Inſulam relinqueret, nunquam eam reviſura. Venit itaque Cumas. ubi corporis viribus defecta, in ſola voce vitam retinuit. Quod ubi reſciviſſent cives illius, incertum invidia an commiſeratione, epiſtolam ei miſerunt, creta Erythræa, antiquo more ſignatam, qua creta viſa ſtatim exſpiraſſe Sibyllam narrant. Velim (in tranſitu ut hoc moneam, & ut ſimul etiam conſtet, Erythræam eandem eſſe cum Cumæa & Cumana Sibylla) obſervari, longævitatem, de qua nunc ſermo eſt, & quam Sibyllæ Cumææ datam ex teſtimoniis adductis videmus: etiam Sibyllæ Erythrææ adtributam eſſe à probatiſſimis Scriptoribus idque hac decauſa quod una eademque ſit Cumæa, Cumana & Erythræa Sibylla. Phlegon in longævis idem ſcribit, Sibyllam teſtatam de ſe, victuram ſe decem γενεὰς *generationes*. Σίβυλλα ἡ Ερυθραῖα ἐβίωσεν ἔτη ὀλίγον ἀποδεούσα τῶν χιλίων ὡς αὐτή φησιν ἐν τοῖς χρησμοῖς τῶνδε τρόπον. Hoc eſt Sibylla Erythræa vixit paulo minus, mille annos, ſicuti illa in Oraculis dicit.

Verſus quibus Sibylla hoc dicit, vulgò corruptiſſimi leguntur ideoque ex magni Salmaſii correctione emendatos heic adponere viſum fuit: monendus es Lector, verſus illos non repiriri in Oraculis Sibyllinis quæ nunc extant, ut vel hinc conſtet nos nunc genuina non habere, & eſſe ſuppoſititia, ut ſuo loco demonſtrabitur. Verſus autem apud Phlegontem ſic ſonant.

Ey

Ἐν δεκάτῃ γενεᾷ χαλεπὸν καὶ λὰ χῆρας ἔχουσι
Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς ἄπιστα λέγουσα,
Πᾶσι δ' ὑπὲρ προῖδουσι βροτῶν δυσαναίσκετα κήδη
Καὶ τότε μοὶ φθονέοντες λητὺς ἐρικυδέος υἱὸς
Μαντοσύνης, παθέων δὲ καλοικτήσας ὀλοὸν κῆρ:
Ψυχλὼ ἑκλύσει δεσμενομένλω ἐνὶ λυγρῷ
Σώματι, σαρκοτύπῃ διοϊσθῦσας γεγαῶσαν.

Hoc Oraculo adſcripto ſubdit Phlegon, Λέγ τότε τῷ χρησμῷ ἀπο-δείκνυται δέκα γενεὰς αὐτῷ καὶ ἀνθρώπους γεγονέναι. At in editionibus, nullum illi verſus præferunt δέκα γενεῶν veſtigium, ſic enim ſcribitur:

Ἐκνεσομεν ἀεὶ χαλεπὸν καὶ λὰ χῆρας ἔχουσι

Qui ſine dubio verſus licet profligatiſſimus, continere nobis viſus eſt illam de decem ſeculis ſive γενεαῖς ſententiam, & legendus ut poſuimus; perperam etiam editur ultimo verſu.

Σώματι σαρκοτύπῳ διϊσώσας γεγαῶσαν.

Σαρκοτύπῳ vocat ſagittam, qua ſe extinctum iri ab Apolline prædicit. Decem porro generationes, mille annos efficere probat idem Phlegon ex ipſius Sibyllæ verbis, quæ in alio Oraculo τῷ γενεὰν determinat, centum annis: τῷ δὲ γενεὰν, inquit, Σίβυλλα ἰσορεῖ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα ἐν τῷ χρησμῷ, τῷ πρὸς ῥωμαίους περὶ τῶν αἰωνίων θεῶν ἃ Ῥωμαῖοι Σηκουλάρια καλοῦσι. Verſus deinde ipſos ex Oraculo ponit. (Notet ſtudioſus Lector Oraculum hoc integrum reperiri apud Zozimum Hiſtor: lib. II. Et non extare in octo illis quos habemus Sibyllarum libris, ut etiam hinc videre ſit, nos non habere illa Sibyllina Oracula quæ antiqui Pagani.) Verſus ſic ſonant.

Ἀλλ' ὁπόταν μηκιστὸν ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποις
Ζωῆς εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύσας
Μεμνῆσθαι Ῥωμαῖε &c.

Sed turpiſſimo mendo tam in Sibyllæ verſibus, quam in Phlegontis verbis ἑκατὸν δέκα legitur. Sane ſi γενεαὶ decem ac centum annis terminatur, Sibylla quæ decem γενεὰς, non mille tantum annos, ſed centum

tum ac mille vixerit, atqui Phlegon ipſe tradit eam vixiſſe ἔτι ὀλίγον ἀποδέοντας τῶν χιλίων non mille integros impleviſſe. Nam cum in decimo ſæculo mortem obierit ἐν τῇ δεκάτῃ γενεῇ ante impletam videtur deceſſiſſe: præterea αἰώνιοι θεωρίαι, vel ludi ſeculares, quos celebrandos Romanis indicit illo Oraculo Sibylla, non centum ac decem annis definiebantur, ſed centum rotundis. Unde centenarius agon dicitur Hieronymo. Omnino ſcribendum apud Phlegontem: τὸν δὲ γενεὰν Σίβυλλα ἰσορρεῖ ἐτῶν ἑκατονπάδα. Et ita legendum in Sibyllæ verſu.

Ἀλλ' ὁπόταν μήκις & ἴη χρόν & ἀνθρώποισι
Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατονπάδα κύκλον ὁδεύσας.

Nihil verius, ἐτῶν ἑκατονλὰς eſt ſeculum, γενεὰ, αἰὼν, μήκις & χρόν & Ζωῆς ἀνθρώπων κύκλον ὁδεύσας εἰς ἐτέων ἑκατονπάδα, aliter non procedit ἡ σύνταξις. aliam horum verſuum correctionem dedit Doctiſſ. D. Iſaacus Voſſius in ſuo de Sibyllis tractatu cap. IX. uter autem horum Doctiſſimorum Virorum fœlicius explicarit, Lectori judicandum relinquimus, litem enim hanc noſtram non facimus: locum integrum ex Voſſio heic adſcribere placuit. Cum ſupra monuerimus, fuiſſe & alteram Sibyllam, quam ſub Alexandro magno floruiſſe Strabo teſtatur, *jure aliquis exiſtimet hujus eſſe verſus qui apud Phlegontem exſtant Trallianum, ſcripto de longævis. Scribit is Sibyllam hanc vixiſſe annis pene mille: id ſi ſit, ſtultum fuerit uni ætati adſcribere eam quæ tam multis vixerit ætatibus.* Ipſa de ſe ſic ſcribit.

Εννέα μὲν γενεαῖς καλεπὸν κατὰ μῆρας ἔχουσα,
Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς, ἢ ἄπιστα λέγουσα.

Verſus ſic eſſe concipiendos, patet ex eo, quod Phlegon ſubjiciat Sibyllam hanc unicuique γενεᾷ attribuiſſe annos centum & decem. Palam itaque eſt vixiſſe annos penè mille, cum novem γενεαῖς conficiant annos nongentos & nonaginta. Infeliciter admodum hæc accepit & corrigere conatūt vir magnus in Solinianis. Subjungit poſtea hæc Sibylla ſeſe σαρκοτυπῆ γεγαῦαν, id eſt carnibus afflictis, & ſenio pene diffluentibus propter peritiam in arte Vaticinandi incurſuram Apollinis invidiam & ab eodem ſagittis confoſſum iri. Anti-

qua enim lectio fuit σαρκοτυπῆ δοῖσθοισι γεγαῦαν, non σαρκοτύπη, quod ineptè de ſagitta accipias. Pergit dein eadem Sibylla, & dicit, Animam ſuam per aëra dilapſam pervaſuram alites, & ſic futurum ut ſint aptæ Auguriis. Inſepultum vero corpus permixtum terræ producturum herbas, quas cum depaſcantur pecora, fore ut extiſpiciis apta habeant viſcera. Similia his de hac neſcio an de Delphica Sibylla ex Serapione prodidit Clemens Alexandrinus Strom. lib. I.

In ſequentibus dein verſibus eadem Sibylla, monet Romanos ut ludi inſtituantur ſeculares, & ut Jovi, Junoni & aliis Diis ſacra fiant in Campo Martio, qua Tibris eſt anguſtiſſimus, ſic enim fore ut totius potiantur Italiæ. Sed vero cum tempore Alexandri magni non tanta Romanorum apud Græcos fuerit fama, nec ipſi Romani Scriptores hujus Vaticinii faciant mentionem, ſatis veri ſimiliter conficitur verſus hos non poſſe iſtius eſſe Sibyllæ, quæ Alexandri floruerit tempore, imo ne illo quidem exſtitiſſe tempore exiſtimo, quo Erythras miſſi à Romanis fuere Legati. Si enim exſtitiſſent, utique & illos Romam deportaſſent. Sed vero mille iſti verſus qui Romam allati fuerunt, illi ab idiotis erant conſcripti, à Judæis nempe ut jam ante diximus. Si quis autem Græcos qui ſuperſunt Judæorum conſulat verſus, prorſus illos ſimiles fuiſſe inveniet, ac fuere veterum Chriſtianorum carmina, quæ ſi unum & alterum excipias, iſtiusmodi ſunt, ut Scaliger ſibi in ſterquilinio verſari videretur quotiescunque ad ea legenda ſe conferret. At vero illi verſus qui apud Phlegontem ſub Erythrææ nomine reperiuntur Sibyllæ nihil minus quam idiotas habuere auctores cum & puri & elegantes ſint ſatis, ita ut non potuerint ab aliis quam à linguæ Græcæ peritis & ab ipſis quorum continent ritus conſcribi, gentilibus. Non puto me male divinare, ſi ipſum Phlegontem horum Auctorem fuiſſe dixero. Complura carmina & Oracula ſuis ille inſeruit ſcriptis: ea ſiquis legat & cum his conferat, adeo gemella inveniet, ut vel ex ipſa ſimilitudine unum eundemque omnium ſtatim agnoſcat parentem. Nec immerito quod de Diogene Laërtio, idem quoque de Phlegonte dixeris, illum oſtentandorum carminum gratia ſuos edidiſſe libros. At tamen quo minus elegantes iſti Phlegontis videantur verſus, non debent offendere maculæ aliquot quæ in illis occurrunt, quas commode .bſterges ex Zozimi Hiſtor: lib. II. Nam quo loco legitur παυλογόνοις μοίρῃς, reducendum πολυγόνοις, parcæ enim à non nullis, ut à Lycophrone,

phrone, maris dictæ ſunt filiæ. Qui paulo poſt ſequitur inquinatiſſimus verſus ſic reformandus:

— — — Αὖθι δὲ γαίῃ
Πληθομένη χοιρῳ τε ἰῇ ὗς ἱροῖτο μέλαινα.

Ambarvale enim intelligit ſacrificium, quod porca fœcunda & gravida fieri conſueverat. Pro αἴσια δέχθω, melius apud Zozimum ἴσα δεδέχθω. Deinque poſtea ſcribe;

Οὐρανίδαις τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κεῖθι
Ὅρφα τε θηλυτέρῃσι ἠδ' ἀνδράσιν ἐδρώσιν.

Hactenus Doctiſſ: Voſſius. Sed quis fœlicius manum medicam his attulerit, Lectori dijudicandum relinquimus, uti antea monuimus. Ex his omnibus quæ hactenus ex Scriptoribus allegata ſunt, conſtat, non ſolum de Sibyllæ longævitate, verum etiam quot vixerit, annos, & ſpeciatim illam eandem eſſe, cum Cumæa & Cumana. De hac Sibylla Erythræa, quoniam Ariſtoteles πολυχρονιωτάτην dicit, inquiramus ad quodnam uſque tempus vixerit. Audivimus Phlegontem, dicentem illam decem γενεὰς integras non impleviſſe: ipſam vero Sibyllam affirmantem ſe mille annos victuram: ſi Schmidio fides habenda eſſet, illam cum Noacho ſocero, & Japheto marito ſuo, in Arca fuiſſe tempore Diluvii, & Sibylla cum dicat annos mille ſe ſuperſtitem futuram, oportet ut ſecundum Sibyllam ipſam vixerit tantum uſque ad annum mundi 2657. vel etiam aliquantum temporis minus, quandoquidem tum maritata fuit, ſecundum Schmidium. Diluvium ut ſcribit Bucholcerus in ſua chronologia, incidit in annum 1657. ſi mille anni aut aliquot minus addantur, numerus indicatus reperietur. Sed ex Lactantio aliisque probatis Scriptoribus videmus, illam *Graiis Ilium petentibus Vaticinatam fuiſſe perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum.* Quæ verba probe ſunt notanda, ſi Erythræa Sibylla Graiis belli Trojani eventum prædixit, dicendum illam vixiſſe non decem γενεὰς, ſed mille centum & viginti duos annos. Nam ſecundum eundem Bucholcerum annus primus belli Trojani incidit in annum mundi 2779. Alſtedius floruiſſe hanc Sibyllam Anno mundi 2730. ſcribit in Chronol: ſua p. 1471. Hæc ſi vera eſt computatio, mendax deprehendi-

tur Sibylla, ſe cum Noacho in Arca fuiſſe affirmans, uti oſtenſum eſt ante. Sanctus Auguſtinus lib. XVIII. cap. XXIII. de C. D. *tempore Ezechiæ Sibyllam Erythræam Vaticinatam fuiſſe ferunt nonnulli.* Idem ibidem in fine, *nonnulli ſane Erythræam Sibyllam non Romuli, ſed belli Trojani tempore fuiſſe, ſcripſerunt.* Notandum porrò Iſidorum Hiſpalenſem in Chronico ſuo ſcripſiſſe, tempore ſeparationis decem tribuum à reliquis duabus, hoc eſt tempore Jeroboami, Sibyllam Erythræam illuſtrem fuiſſe. Hoc certè ſi verum ſit, & cum Schmidii opinione jungendum, tempore Diluvii Erythræam extitiſſe, & vixiſſe uſque ad Jeroboami tempora, certe longæva fuerit, oportet: ad minimun enim vixerit 1321. annos. quis unquam tantam ætatem homini tribuat? Mathuſalem non vixit mille annos, & hæc poſtquam Deus arctiores vitæ limites conſtituit, vixerit mille trecentos, unum & viginti annos? quis tam impudenter audeat mentiri? Satis longæva fuerit ſi mille annos impleverit Sibylla, uti de ſe prædicat, illud vitæ tempus ſibi aſſignatum, ſed & hoc nos negamus tantum temporis vixiſſe Sibyllam. Phlegon teſtatur, uti ſupra audivimus, mille annos non impleviſſe, ſed decimo ſeculo non completo, abiiſſe ad plures. Moſes teſtatur ſuo tempore periodum vitæ humanæ ad ſummum extendi ad octoginta annos. Et hæc Sibylla poſt Moſem vixiſſet etiam aliquot ſecula poſt mille annos? ſed hoc Græciæ mendaci adſcribo. Nullum inter mortales mille annos attigiſſe certum eſt ex ſacra hiſtoria, atque hoc ſapientiſſimus Deus eo fine ſic diſpoſuit, uti volunt nonnulli, ut homines docerentur, ut ut longa fuerit patrum primorum vita, attamen fuiſſe brevem, quoniam mille anni coram Domino ſunt tantum dies unus, & hoc pacto homines addiſcere poſſent ſe ne diem quidem integrum coram Domino vixiſſe. Quod de longævitate hujus Sibyllæ heic adhuc addi poſſet, illam nempe attigiſſe, ut referunt Scriptores, ad tempora Tarquinii Priſci, aut ut alii volunt, Superbi, reſervamus in alium locum, illum nempe ubi de Cumana Sibylla agendum erit. Oracula quæ Boiſſardus Erythrææ huic Sibyllæ adtribuit, heic deſcribere longioris foret operæ, tres enim Oraculorum Sibyllinorum priores libros Erythrææ Sibyllæ ſine controverſia tribuendos cenſet: ſed ſuo more, nullis aſſertionis ſuæ adhibitis rationibus: ex iis quæ ſuperius de aliarum Sibyllarum Vaticiniis diximus, conſtare,

nos

nos putamus, nulla, ne probabili quidem, ratione, posse cuique Sibyllæ suum assignari carmen: multa tum de Deo uno cognoscendo, cum de Christi adventu, miraculis, passione, & extremo judicio, ex Oraculis quæ huic Sibyllæ assignanda censet Boissardus, descripsit idem author, longiora quia sunt, consultò prætermittimus: sed de Acrostichide Sibyllæ Erythrææ data, quia Veterum & recentiorum errore deceptus, illum errorem etiam est secutus, nonnulla de dicta Acrostichide in medium proferre constituimus ut, si de hac probare possumus, esse suppositiam, Lector etiam judicet nullo fundamento niti Boissardi assertionem cuique Sibyllæ suum Vaticinium adscribentis. ἀκροστιχὶς autem hæc sic sonat:

Ι᾽ δρώσῃ ἢ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ᾽ ἔσαι
Η᾽ Ξεῖ δ᾽ ἀφανόθεν βασιλῆς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σ ἅρπα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, ἠ κόσμον ἅπαντα.
Ο᾽ ψονῆαι ἢ Θεὸν μέροπες πιστοὶ ἠ ἄπιστοι.
Υ᾽ ψισον μετὰ τῶν ἁγίων δὴ τέρμα χρόνοιο
Σ αρκοφόρον. Ψυχὰς ἀνθρώπων βήμαλι κρινεῖ.

Χ έρσι᾽ ὅταν πολὲ κόσμ᾽ ὅλ᾽, ἠ ἄκανθα γένηται.
Ρ ίψωσι δ᾽ εἰδωλα βροτοὶ, ἠ πλοῦτον ἅπαντα.
Ε κκαύσῃ ἢ τὸ πῦρ γλῶ, ἀφανὸν, ἠδὲ θάλασσαν
Ι᾽ κυδῶν. ῥήξει ἢ πύλας εἰρκλῆς ἀΐδαο.
Σ αρξ τότε πᾶσα βροτῶν ἀπ᾽ ἐλεύθερον φάο᾽ ἥξει.
Τ ὃς ἁγίους, ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ο᾽ πωόσα πὶς πλάξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσῃ.
Σ τήθεα γὰρ ζοφόεντα Θεὸς φωσῆρσιν ἀνοίξῃ.

Θ ρῆν᾽ δ᾽ ἐκ πάντων ἔσαι, ἠ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ε᾽ κλείψῃ σέλας ἠελίοιο, ἄστρωνται χορεῖαι,
Ο᾽ υρανὸν εἰλίξῃ, Μλωῆς δέ τε φέγγος ὀλεῖται
Υ᾽ ψώσῃ ἢ φαεσίγας, ὀλεῖ δ᾽ ὑψώματα βυνῶν.

Υ᾽ ψος δ᾽ ἀκέλι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται
Ι᾽ σαΐ᾽ ὄρη πεδίοις ἔσαι, ἠ πᾶσα θάλασσα,
Ο᾽ υκ εἰς πλοῦν ἥξει, γῆ γὰρ φυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σ ὺν πηγαῖς, ποταμοὶ ἢ καχλάζοντες λείψουσιν.

Σ' ἁλπιγξ δ' ἐρανόθεν φωνὴ πολύθρηνον ἀφήσει.
Ω' ρύσαι τὸ μέλλον, κὴ δὴ πήματα κόσμε.
Τ αρταρέοντε χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Η ξουσιν δ' ὅπι βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες:
Ρ' ὕσαι δ' ἐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς ἠδέ γε θείε.

Σ ῆμα γὰ τοί τότε πᾶσι βροτοῖς ἀελδόμενον, οἷον
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς τὸ κέρας τὸ πολύμενον ἔσαι.
Α' νδρῶν δύσεβέων ζωὴ, προσκόμματα κόσμε.
Υ' ἅσι φωτίζον πιστὸς ἐν δώδεκα πηγαῖς.

Ρ' ἀθάνατον πομαίνουσι σιδηρείη γε κραδίησι.
Θ' υτὸς ὁ νῦν προγράφεις ἐν ἀκροστιχίσιν Θεὸς ἡμῶν.
Σ ωτὴρ ἀθάνατος βασιλεύς, ὁ παθὼν ἕνεκ' ἡμῶν.

Hæc Latinis verbis interpretati ſunt nonnulli, Acroſtichide Græca remanente: hoc modo.

J udicii fuerit cum ſignum, terra madebit.
E cælo veniet Princeps perſæcla futurus.
S cilicet, ut carnem præſens, & judicet orbem.
O mnis homo hunc fidusque Deum, infidusque videbit,
U na cum Sanctis excelſum fine ſub ævi.
S ede ſedens animos cenſebit, corpora & ipſa.

CH. erſos erit mundus, ſpinas feret undique tellus.
R ejicient ſimulachra homines & munera ditis.
I nquirens portas infringet carceris atri.
S ic etenim cunctæ veniet lux libera carni
T unc ſanctis. Ignis ſontes æternus aduret.
O ccultos actus omnes & quiſque loquetur.
S ed tenebroſa Deus colluſtrans pectora pandet.

TH renus erit cunctis, & ſtridor dentis adeſt.
E ffugiet ſolis jubar, aſtrorumque choræ.
O mne poli lumen ſolvetur, & aurea luna.
V alles extollet, colleſque à vertice perdet.
U ſquam nec celſum mortalibus, aut grave quicquam.

Inde

I nde æqui montes campis, hinc Cærula ponti
O mne ratis ſpernent onus. Hiſcet fulmine tellus.
S ic fontes ſimul areſcent, & fluminis alvei.

S tridula tunc querulum ſonitum tuba fundet Olympo.
O rbis grande malum rugiens, & damna futura.
T artareumque Chaos monſtrabit terra dehiſcens.
E t venient omnes reges magni ante tribunal.
R efluet & cœlo tunc ſulphuris amnis & ignis.

S ic ſanctorum hominum fient manifeſta ſepulchra.
T unc fidis lignum, cornu atque optabile fiet.
A tque piorum vita hominum, nocumentaque mundi
U ndis luſtrabunt biſſeno in fonte vocatos.
R ex paſtoris erit nobis & ferrea virga.
O mnipotens Deus eſt præſcriptus verſibus iſtis.
S ervator noſtro æternus Rex paſſus amore.

Hos verſus nonnulli hoc modo legerunt ut & Acroſtichis hæc Latina continet.

JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SERVATOR CRUX.

J Judicio telluris erit ſudoribus Omen.
E Erumpetque alto, carnem qui judicet, atque
S Suſpenſum (tanti eſt Regis præſentia!) mundum.
V Viderit inde omnis, vel ſi perfecta fides eſt,
S Sive hæc nulla, Deum ſanctosque in finibus ævi.

C Carnis Amaſius, & pulpa veſtitus amica
H Hic animus alba è ſella jus dicet, eritque
R Rerum Campus inops, tribuli naſcentur, opeque
I Inviſæ fient homini, atque jacebit imago.
S Solventur portæ Stygii Plutonis ab illo.
T Tum quodvis iſta gaudebit luce cadaver.
V Vir ſacer atque exlex flamma dignoſcitur, atque
S Scitur & integrum quidquid tamen uſque latebat.

Ducet

D Ducet enim lampas reſeratis foribus intro.
E Et multi plangent, multi ringentur, & aſtra
I Inducent Choreæ legem. Facies tam Solis opaca.

F Flexum erit & Cælum; nulla quoque luce Diana
I Implebit valles & quaſſa cacumina reddet,
L Labentur colles hominum faſtidia, toti
I Incipient æquor fieri montes: mare demum
V Velivolum nulli, quum tellus fulmine areſcet.
S Subſident fontes, & nuſquam fluminis unda.

S Suſpectum cælo ſonitum dabit ære recurvo,
E Ejulans tuba, perniciem mundique labores.
R Recludetque chaos immenſum terra dehiſcens.
V Vndique convenient Reges, ſedemque videbunt.
A A cælo rivus flammæ; undæ ſulphuris atri
T Tam bene factum judicium mortalibus, atque
O Optatum cornu ſignum cum gente fideli:
R Res æque una piis vita, orbique inſitus error.

C Clara duodenis illuſtrans fontibus unda.
R Roboreumque pedum toto dominabitur orbe.
V Verſibus exſcriptus Deus his primo relictura
X Xenophilus noſtra Cauſa Rex ultima paſſus.

Satis mirari non poſſumus J. A. In ſpeculo ſuo Sibyllarum, p. 705. temeritatem, qui abſque ulla probatione pronuntiare audet S. Auguſtinum tanta captum fuiſſe voluptate illius Acroſtichidis lectione, ut illam ex Græco ſermone in Latinum converterit: contrarium videre quivis poterit qui S. Patris Caput vigeſimum tertium lib. XVIII. de Civitate Dei legerit: ſic enim loquitur loco laudato Vir Doctiſſimus. *Hæc ſane Sibylla* (Erythræa) *quædam de Chriſto manifeſto conſcripſit, quæ etiam nos in lingua Latina verſibus male Latinis non ſtantibus legimus, per neſcio cujus interpretis imperitiam ſic ut poſt cognovimus. Nam Vir Clariſſimus Flaccianus qui etiam proconſul fuit, homo facillimæ facundiæ, multæque doctrinæ, quum de Chriſto colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina eſſe dicens Sibyllæ Erythrææ, ubi oſtendit quodam loco in capitibus verſuum ordinem litera-*

rum

rum ita se habentem, ut hæc in eo verba legerentur. Ιησῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς Σωτὴρ *Quod est Latinè, Jesus Christus Dei filius Salvator. Hi autem versus quorum primæ Literæ istum sensum, quem diximus reddunt, sicut eos quidam Latinis extantibus versibus est interpretatus, hæc continent.*

Judicii signum, tellus sudore madescet,
E cælo Rex adveniet per secla futurus:
Scilicet in carnem præsens ut judicet orbem.
Unde Deum cernent incredulus atque fidelis.
Celsum cum Sanctis, ævi jam termino in ipso.
Sic animæ cum Carne aderunt, quas judicet ipse
Quum jacet incultus densis in Vepribus orbis,
Rejicient Simulachra viri, cunctam quoque gazam:
Exuret terras ignis, pontumque polumque
Inquirens: tetri portas effringet Averni.
Sanctorum sedenim cuncta lux libera carne
Tradetur, sontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quisque loquetur
Secreta, atque Deum reserabit pectora lucis,
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur Solis Jubar & Chorus interit astris.
Solvetur cœlum, Lunaris splendor obibit,
Dejiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit id rebus hominum sublime, vel altum.
Jam æquantur campis montes, & cærula Ponti.
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni
Sed tuba tunc sonitum tristem dimittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum varioque labores
Tartareumque Chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic Domini Reges sistentur ad unum.
Decidet è cælis ignique & Sulphuris amnis.

In his Latinis versibus de Græco utcunque translatis, ibi non potuit ille sensus occurrere, &c. Judicet nunc Lector attentus, num alicubi dicat S. Augustinus se tanta captum fuisse voluptate, ut ex Græco in Latinum

num ſermonem transtulerit hos verſus, nihil omnino tale quid reperietur uti J. A. temere effutit. Verſus autem quos pro Auguſtinianis venditat dictus J. A. ſic habent:

Judicis adventu magno ſudore videbis,
Emanare ſolum, tunc Rex æternus ab arce
Siderea, præſens carni jus dicet & orbi;
Ut ſpectare Deum pia gens atque impia poſſet,
Sublimem carne humana Sanctaque caterva.

Cinctum, ſupremoque homines qui judicet ævo;
Hæc erit omnis humus vepres & triſtis arena.
Reſcindent ſimulachra homines unumque repellent,
Incendentque avidæ terram, mare, ſidera, flammæ,
Stabunt functorum ſub apertum corpora lumen.
Terraque, mens & ſancta, illo ſplendore patebit.
Voce latens facinus, quod geſſit, quisque loquetur.
Subdolaque humani pandentur pectoris antra.

Dira mali facies pavor undique & undique luctus.
Et jubar involvent ſolis ſtellasque tenebræ.
Jam vaga labetur Phœbe, ruet arduus æther.

Ferre caput valles diſſectis Alpibus imas
Juſſerit, humanum culmen faſtusque Jacebit.
Lataque planicies montes æquabit & altum.
Intactum rate ſtabit, & urent fulmina terras,
Una deficiet flagrans cum fontibus amnis.
Stridula de cœlo tuba fundet lugubre murmur.

Supremumque Orbi canet exitiabile carmen.
Et ſubito Stygium Chaos apparebit hiatu.
Regnantumque Dei celebrabit turba tribunal.
Undaque ſulphureæ fluet alto ex æthere flammæ,
Afflabit mortale genus inſigne coruſcans
Trabs Sancta, in rectis animis optabile robur,
Omnibus una piis vitæ melioris origo:
Rurſus veſani dolor, atque offenſio mundi.
Colluſtrans undis duodeno in fonte fideles;

Re-

Regnabit latè pascentis ferrea virga;
Unus & æternus Deus, hic Servator & idem,
Christus pro nobis passus; quem carmina signant.

Videt satis evidenter Lector Judicioſus, à Poëtices non valde perito, verſus hoſce promanaſſe. De Acroſtichide hac ut quod ſentimus proferamus, nulli credimus à Sibylla inſana profectam, Virgilius lib. III. Æneid. de Sibylla Cumæa:

Inſanam vatem adſpicies.

Item lib. VI. Æneid.

Sed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument: majorque videri
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Jam propiore Dei.

Ovid. de eadem Metamorph. lib. XIV.

Tandemque Deo furibunda recepto,
Magna petis dixit.

Strabo lib. XIV. ἐκ δ' Ἐρυθρῶν Σίβυλλά ἐστιν, ἔνθεος καὶ μαντικὴ γυνή, id eſt, *Erythris nata fuit fatidica & furioſa fœmina.* Pauſanias in Phocicis, Ταῦτα μὲν δὴ μαινομένης ἢ ἐκ τοῦ Θεοῦ κάτοχος πεποίηκεν, hoc eſt, *Sibylla hæc furens & à Deo comprehenſa fecit.* Cicero lib. I. de Divinat. *Furoris Divinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri arbitrati ſunt.* Ammianus Marcellinus lib. XXI. in Principio, *Sibyllæ crebro ſe dicunt ardere, torrente vi magna flammarum. Atque Sol in noſtras mentes eſſe velut ſcintillas diffunditans cum eas incenderit vehementius, futuri conſcias reddit.* Plutarchus de Pythiæ Oraculo, Sibyllam μαινομένην σῶματι ore *furente* loquentem refert. Quidquid ſit, conſtat furore captam Sibyllam Oracula ſua pronuntiaſſe, quis autem, niſi furore Sibyllino captus, pronuntiare audeat, Acroſtichidem hanc, ut ut inelegantem, à fœmina furibunda profectam? ſaltem ego non credo, nec me, plus diabolico Oraculo venerationis deferre debere, ac ipſos Paganos, contendo. Audiamus Ciceronem de Divinatione lib. II. *Sibyllæ*, inquit, *verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur: quorum inter-*

pres nuper falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem revera Regem habeamus, appellandum quoque esse Regem, si salvi esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, aut in quod tempus est? Callide enim, qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis: ut iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poëma declarat (est enim magis artis & diligentiæ, quam incitationis & motus) cum vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps exprimis versus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit: id certe magis est attenti animi, quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cujusque sententiæ, primis literis illius sententia carmen omne prætexitur: hoc scriptoris est, non furentis, adhibentis diligentiam, non insani. Videmus ex hoc Ciceronis loco pro adulterino & supposititio carmine, habitam hanc Acrostichidem, cui & nos plane adstipulamur. nec nos solos inter neotericos, verum etiam Anquos nonnullos, ita sensisse manifestum est: locum Eusebii si perpendamus, etiam illis temporibus de illa dubitatum fuisse, ac de legitimo ejus à Sibylla Erythræa ortu. Imo non solum dubitatum, verum & pleno ore pronuntiatum fuisse esse adulterinam. *Sed*, inquit *Eusebius, suspicantur aliquem nostræ Religionis Poëticæ musæ non inexpertem hæc condidisse carmina, esseque illa adulterina, & falso Sibyllæ Vaticinia dici, cum utiles sententias habeant, multam voluptatum licentiam amputantes, & ad temperatam & honestam vitæ conservationem ducentes: est autem Veritas in propatulo, eo quod nostræ Religionis viri tempora diligenter & exacte collegerunt, non posse conjectari, quod Poëma hoc à quopiam sit post Christi factum descensum & Judicium: est enim in confesso, Ciceronem Poëma hoc legisse, illudque & in Romanam dialectum transtulisse, & commentariis suis inseruisse &c.* Videmus hinc, etiam Eusebii tempore pro supposititia habitam hanc acrostichidem, quod autem tam audacter & dictatorie affirmare audent Eusebius, ut & J. A. *Ciceronem Poëma hoc legisse, illudque in Romanam dialectum transtulisse, & commentariis suis inseruisse*; hoc nos negamus, nec unquam sententiam suam probaturum Eusebium aut alium quempiam contendimus. Cur non apparet igitur ἀκρόστιχὶς hæc in Ciceronis scriptis? quinam sunt commentarii illi, quibus poëma hoc inseruisse dicitur Cicero?

cur

cur igitur dialectus Romana Ciceronis, in quam Sibyllinum Carmen tranſtulit, hodie non producitur? imo falſum hoc eſſe Euſebii effatum, videbit quiſque, ſi Ciceronis ipſius verba attente perpendantur: *hoc ſi eſt in libris Sibyllinis*, inquit Oratorum Princeps, *in quem hominem aut in quod tempus eſt?* Siccine Cicero loquatur, qui Poëma hoc legit atque in Romanam dialectum transtulit? videmus perſpicue Ciceronem in dubium revocare quæ interpres, *Cotta*, in Senatu retulerat ex libris Sibyllinis, certe hæc Euſebii ſi vera eſt ſententia, quomodo dubitet, num illa ſint in libris Sibyllinis, quos non ſolum legit, verum in Romanam dialectum transtulit? verba itaque hæc Scriptoris elegantiſſimi, oſtendunt ne quidem ſibi lecta Oracula Sibyllina, quod tamen debuiſſet, ſi interpretatus ſit illa, eaque ſcriptis ſuis inſeruit, quod αὐτοψία ipſa refutat. Neque enim octo hi, qui nunc circumferuntur, libri Sibyllini, ullibi ſcriptis Ciceronis inſerti apparent. Quomodo commentariis ſuis inſerat Cicero libros Sibyllinos, quos nemo præter Decemviros, poſtea quindecimviros, inſpicere fas habuit nec unquam niſi juſſu Senatus legebantur. Cicero lib. I. De Divinatione. *Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus, ut, id quod proditum eſt Majoribus, injuſſu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius quam ad ſuſcipiendas Religiones*: ibidem. *Quoties Senatus Decemviros ad libros ire juſſit? &c.* Livius multis in locis hoc nos docet, decad. IV. lib. V. *Prodigiorum cauſa decemviri libros adire juſſi, & novendiale ſacrum factum & ſupplicatio indicta eſt, atque urbs luſtrata.* Plura de inſpectione Oraculorum poſtea nobis erunt dicenda. Quomodo igitur Cicero ſcriptum Sibyllinum ſcriptis ſuis inſeruerit, atque in Romanam dialectum converterit, quod ne quidem inſpicere licuit quamvis Auguris titulo decoratus? quis pronuntiare audeat cum Euſebio, Ciceronis ſcriptis inſertos libros Sibyllinos, quos ipſi ne viſos quidem conſtat. Religioſe certe cuſtodiebantur Oracula illa Sibyllina, tanta cum ſedulitate, ut ſiquis cuſtodiendis illis præfectus aliis illa communicaret, capite plecteretur. Valerius Maximus lib. I. cap. I. *Tarquinius autem Rex, M. Tullium Duumvirum, quod librum ſecreta civilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum corruptus, Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abjici juſſit.* Hiſce teſtimoniis moti, pronuntiare nulli dubitamus, aſſertionem

Euſebii eſſe falſam nullaque fide dignam. Sed Acroſtichidis ſibi viſæ, Ciceronem mentionem injicere forte pro, & cum Euſebio, quispiam regerat: verum quis mihi hæc probet, Acroſtichidem hanc Ciceroni viſam lectamque, in Romanam dialectum verſam, ſcriptisque ſuis inſertam? libros hoſce quos nunc habemus Sibyllinos, ſpurios eſſe, ex ipſis Acroſtichidibus patere confido, non enim VIII. lib. Sibyllini noſtri, Acroſtichidibus conſcripti, uti olim Sibyllini, tantopere apud paganos decantati, verſibus quippe exiguis brevioribusque Acroſtichidibus conſcripti erant, Dionyſ. Halicarnaſſeus paucis poſt Ciceronem interemptum annis, ſub Auguſto, Cæſare ſcripſit: ἐν οἷς ἀνέγνωσταί τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις ἐλέγχονται δὲ ταῖς καλουμέναις ἀκροστίχισι. *In quibus inveniuntur quædam ſuppoſititia quæ redarguuntur vel diſtinguuntur ſic dictis Acroſtichidibus.* Cicero qui Acroſtichidis meminit, teſtatur omnia Sibyllina Oracula Acroſtichidibus expreſſa, quod nobis luculentiſſimum ſit teſtimonium contra hæc pſeudo-Sibyllina, quæ nunc habemus ſcripta, una & ſola tantum hæc ἀκροστιχὶς in iis reperitur: Cicero in de Divinatione lib. II. cap. 12. *atqui in Sibyllinis ex primo verſu cujusque ſententiæ primis literis ſententiæ carmen omne prætexitur. Hoc Scriptoris eſt, non furentis, adhibentis diligentiam, non inſani.* Ponamus itaque Acroſtichidem aliquam Sibyllæ, Ciceroni viſam, quæſtio recurret, num hæc dequa nunc loquimur, quamque nobis pro Sibyllina obtrudunt, Ciceroni fuerit viſa, atque de illa eadem loqui Oratorem paganum, hoc ſi quis probaverit, magnus certe mihi ſit Apollo. Acroſtichidem autem hanc, quam Oraculorum Sibyllinorum lib. VIII. reperimus, non eſſe talem quales olim fuere illæ Sibyllarum, ex eo, cum Blondello patere puto, quoniam primus Acroſtichidis verſus, non continet Acroſtichidem ſequentium; quod tamen, ſi genuina eſſet hæc Acroſtichis, ſecundum Dionyſium & Ciceronem locis ſtatim laudatis, eo modo & artificio, exprimi debuiſſet: unde Cicero non ſine magna ratione Acroſtichidem illi ut putant viſam, pro ſuppoſititia explodit, quoniam duplici artificio elaboratum Poëma, à furente poſſe proficiſci, nemo niſi furore correptus affirmet. Etiam obiter hoc notandum, ex hac pſeudo Acroſtichide Sibyllina, apud Euſebium, à Conſtantino omiſſum nonum verſum, ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ. &c. Unde conſtat nonnullos Divinam ſcilicet, hanc Acroſtichidem compo-

positam credidisse XXXIV. Versibus, eo quod primus ejus inventor legerit χρειστὸς non χριστὸς: sic parum interest quid addatur aut expungatur ex Oraculis illis, semper enim eorum, si Dis placet, manebit perfectio: Notari velim nunc in transitu, postea plura dicturi, Ciceronem, ut ut Paganum non tamen pro Oraculo habuisse hanc Acrostichidem, imo scripta illa Sibyllina plane esse rejicienda quæ suo tempore sub *Sibyllarum* nomine circumferebantur, vel saltem non pro Divinitus inspiratis recipienda sensisse: hæc enim Ciceronis est sententia, non dari divinationem per inspirationem, qualem in Sibyllis repertam supponunt. Cicero de Divinat: lib. II. cap: CX. *quid vero habet autoritatis furor iste, quem divinum vocatis, ut quæ Sapiens non videat, ea videat insanus & is, qui humanos sensus amiserit, Divinos assecutus sit?* hinc cuivis oculos tantum aperienti, aperte constat Ciceronem non habuisse pro Prophetissis Sibyllas, verum illarum scripta tendere potius ad deponendas quam ad recipiendas Religiones, ideoque illis non multum detulisse. Imo Acrostichidem hanc antiquissimis patribus (cæterum Sibyllarum fautoribus maximis) ne visam quidem fuisse, probabiliter concludo, imo pro certo habeo. Notandum enim est à primis patribus nullam ejus mentionem injici, etiamsi alias pseudo-Sibyllæ Oracula allegent. Inter patres Justinum Martyrem primum deprehendo, *Sibyllarum* Vaticinia citantem, sed de Acrostichide illa ne γρὺ quidem, si eadem quæ nos nunc habemus Oracula Sibyllina legit Scriptor antiquus, cur tam altum de iis silentium? luculentissimum enim illa de Christo perhibet testimonium: an non mirandum, primos Sibyllarum encomiastas nihil memoriæ de Acrostichide prodidisse, posteriores vero illam & habuisse & tantopere laudasse? præter Justinum Matyrem, qui à nonnullis anno Christi CL. ab aliis anno CLXXX. floruisse perhibetur, etiam Theophilus Antiochenus, qui floruisse anno CXLV. vel ut alii volunt CLXX. scribitur, Athenagoras, qui anno CLXXX. alii scribunt CLXXXII. Clemens Alexandrinus qui anno CLXXX. vel secundum alios CXC. Tertullianus qui ut nonnulli. CC. vel ut alii volunt CCX. celebres exstiterunt Sibyllarumque testimoniis contra Paganos usi leguntur, illi nihil prorsus de Acrostochide, & tamen posterioris ævi Scriptores, & legerint & habuerint illam, ut Sibyllæ genuinum Oraculum? cur priores Scriptores illam non allegarunt,

garunt, si in suis exemplaribus illam repererunt? vel hinc pro certo ausim affirmare ignorasse illos, hanc Acrostichidem, imo velim Lector sedulus perpendat, ejus Carminis genus, si Lactantio Sibyllarum Patrono maximo, visum & pro Acrostichide habitum fuisset, hoccine à Scriptore diligentissimo pariter ac elegantissimo tam oscitanter prætermitteretur? nos equidem non credimus. Si Lactantius Acrostichidem habuit eo modo descriptam, quo nos in nostris exemplaribus, cur ejus nullam injicit mentionem? certe debuisset, si Acrostichis ipsi visa lectaque cum tam luculentum de Christo sit testimonium, præsertim cum & à Scriptore disertissimo, nonnulli Acrostichidis hujus versus afferantur, Lactant. lib. VII. de vita beata, cap. XVI. citat versum.

Σάλπιγξ ἠερόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει

Ibidem cap. XIX. Alium.

Ῥίψασι δ' εἴδωλα βροτοὶ ἠδὲ πλοῦτον ἄπαντα.

Notandum autem in nonnullis exemploribus legi τρίψασι alii legunt τείφασι Aldus legit Ῥίψασί τ', testatur etiam Opsopœus apud Lactantium legi τείψασι δ' & quidem haud male, quoniam majoris ponderis hæc vox sit. Sed vel hinc constabit ergo, Lactantium non vidisse hanc Acrostichidem si quidem tum ordo ejus plane turbaretur. Nec inde ex initialibus vocabula superius memorata efformari possent. Cap. XX. duos alios citat versus.

Ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα
Ἥξουσιν δ' ὅπι βῆμα θεοῦ βασιλῆος ἅπαντες.

Hos versus allegat scriptor Nitidissimus, sed de Acrostichide nulla prorsus mentio, unde merito suspicari mihi liceat, Lactantium ignorasse ex versibus illis Acrostichidem formatam fuisse. Atque vel inde concludi posse subleste fidei esse hanc Acrostichidem, hæc cum absolvissemus, in Doctiss. Valesii notas in Eusebium incidimus, illumque parem nobiscum sententiam fovere deprehendimus p. m. 266. verum notandum virum Doctissimum observare in illa Acrostichide à Cicerone memorata, Romanos, *si salvi esse vellent*, moneri ut Regem aliquem eligerent indeque credibile esse concludit, Doct: Valesius, primos versuum illorum literas prænotasse Julii Cæsaris

faris nomen, quod certe nobis non arridet, nec ullo modo probabile videtur, si Julii Cæsaris nomen literis initialibus exprimeretur in Acrostichide, qua fronte ausus fuisset Cicero rogare, *hoc si est in libris, in quem hominem, aut in quod tempus est? callide enim qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata.* Hæc Ciceronis verba recte si perpendantur, quivis nullo negotio videat, si Julii Cæsaris nomen expressum initialibus literis extitisset in illa Acrostichide, Ciceronem non posse affirmare, illum, hanc qui composuit, sustulisse callide hominum & temporum definitionem: quippe hominis expressa exstaret mentio. Quicunque ex Christianis Scriptoribus Sibyllarum Oracula ad confirmationem fidei protulerunt, ii necesse habuerunt idem dicere de Sibyllis quod Constantinus, eas scilicet Divino quodam Spiritu afflatas de Christo prædixisse; ita Justinus in Orat. Parænetica ad Græcos. Ἔστι δὴ ὑμῖν ῥᾳδίως τῷ ὀρθῷ θεοσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης ἔκ τινος δυναμένης ἀπλανοίας ἅμα χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, μανθάνειν. Quibus consona scribit Augustin. in lib. XVIII. De Civit. Dei cap. 23. & Hieronym: in lib. I. contra Jovinianum. Nam hic quidem Sibyllis ob meritum Virginitatis Divinationem scribit à Deo esse concessam. Augustinus vero eas in Civitatem Dei adscribere non veretur. At Greg. Nazianz. in carmine ad Nemesium, ait Hermem Trismegistum & Sibyllam quæcunque de Deo prædixerunt non Divinitus afflatas prædixisse, sed ex sacris Hebræor libris, quos obiter perlegerant, ea accepisse.

Οὐ θεόθεν, βίβλων δὲ παραβλέψαντες ἑμεῖο.

Scilicet Greg. Nazianz. & Sanctiss. illi Ecclesiæ patres, carmina illa revera à Sibyllis composita esse credebant, cum tamen ab otiosis hominibus conficta sint & pro Sibyllinis edita circa tempora Imp. Hadriani. Certe nemo antiquior Justino eorum mentionem fecit & Celsus quem sub principatu M. Antonini vixisse supra demonstravimus, Christianos Sibyllinis carminibus multa falso inseruisse affirmat. Verba ejus refert Origenes lib. 7. Νῦν δὲ παρεγχάφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ ἡ βλάσφημα εἰκῇ δύναται, scio quidem Origenem id pernegare. Sic enim Celso respondet, debuisse illum antiquiora Sibyllinorum carminum exemplaria proferre, in quibus versus illi quos à Chri-

ſtianis intruſos eſſe dicebat, minime legerentur. Facile utique fuiſſet Celſo id præſtare & falſitatem illorum verſuum hoc argumento convincere. Sed ſuppetunt etiam alia argumenta quibus id probari poteſt. Nam ſi Sibylla tam clare de Chriſto prædixerat, cur Paulus in ſuis Epiſtolis & cum ad Athenienſes verba faceret ejus teſtimonio non eſt uſus, maxime cum Aratum & alios Gentilium Poëtas citare non dedignetur: certe ſi Sibylla hanc de Chriſto Acroſtichidem ſcripſit, nihil cauſæ eſt cur illam inter Prophetas & quidem primo loco recenſere dubitemus. Nullus enim inter Antiquos Hebræorum Prophetas tam clare ac diſerte ſcripſit de Chriſto, quam hæc ſunt à Conſtantino prolata Sibyllæ carmina, neque tamen aut Origenes aut ullus Sanctorum Patrum id unquam conceſſit, ut Sibyllæ inter Prophetas haberentur. Immo nos qui ita crederent hæreticos eſſe exiſtimarunt & Sibylliſtas appellaverunt, ut docet Origenes lib. 5. contra Celſum, ubi reſpondet is Celſo, qui Chriſtianos varias in ſectas diviſos eſſe objecerat, alios quippe eſſe pſychicos, alios ſpiritales, alios Judæorum Deum colere, alios non item: Alios Sibylliſtas eſſe &c. ſic ait: εἶπε δέ τινας εἶναι τὴν Σιβυλλιςάς. Τάχα παρακόσας τινῶν ἐγκλήντων τοῖς ὀιομένοις προφῆται γεγονέναι τὴν Σίβυλλαν τὴν Σιβυλλιςὰς τὰς τοιάτας καλεσάντων. Codex antiquus Opſopœo viſus, (ut ad carmina Erythrææ Sibyllæ adtributa, revertamur:) hoc illi de Chriſto tribuit Vaticinium.

Cerno Dei natum, qui ſe dimiſit ab alto,
Ultima felices referent cum tempora ſoles,
Hebræa quem Virgo feret de ſtirpe decora.
In terris multum eſt teneris paſſurus ab annis:
Magnus erit tamen hic divino carmine Vates,
Virgine matre ſatus, prudenti pectore verax.

De ea Arias Montanus.

Dicitur hæc Vates poſtremi nuntia ſecli
Innotuiſſe, Deum tunc fore vere hominem,
Prævidiſſe Agnum paleis fœnoque cubantem,
Nutritum officio lacteque Virgineo.

Ex

Ex templo Senenſi.

De excelſo Cœlorum habitaculo proſpexit Deus ad humiles ſuos: & naſcetur diebus noviſſimis de Virgine Hebræa in cunabulis terræ.

Ex Ruilio:

Poſtremis ſæculis Deus humiliabitur, genus Divinum fiet homo. Divinitas humanitati aſſociabitur. Agnus ſuper fœnum ſtatuetur & à Virgine nutrietur.

Ex Thoma Garzono:

Virgo pura Deum ſuo lacte nutriet hominem factum, is verſabitur inter homines ſicut Mortalis: & mortales ab interitu vindicabit.

Ex Lælii Cleopaſſi Hydruntini Poëmatibus:

Servator veniet cœlo demiſſus ab alto
Aurea qui mundo ſæcula reſtituet.
Auferet omne malum: vitam mortalibus ægris
Reddet: in hoc ſolo vita ſalusque ſita eſt
Hoc omnes pravi perſolvent Judice pœnas
Atque æterna pij gaudia percipient.

Antequam Capiti huic finem imponamus, paucis Lectorem monitum volumus J. A. in Speculo ſuo Sibyllino, huic Erythrææ Sibyllæ attribuere carmina que reperiuntur libro VIII. Et præter Acroſtichidem illam fabuloſam, uti ex ante dictis clare conſtat, illi etiam aſſignat multa alia quæ legi poſſunt apud Sibyllam poſt Acroſtichidem à pag: 382. uſque ad pag: 397. nullis additis rationibus quibus fidem commodare debeamus, verum hoc nos maxime urit, quod poſt uniuscujusque Sibyllæ Oracula falſo cuique data, audeat prophano plane auſu convenientiam illorum Oraculorum cum Sacra Scriptura inſtituere, quaſi Prophetæ ſua Oracula vel à Sibyllis ſint mutuati, vel illis ſint poſteriores. O Infœlices Prophetas qui ad Gentilium fœlicitatem non pervenerunt, imo qui (etiamſi fuerint Dei Spiritu acti) attamen ad illud Prophetiæ faſtigium non fuere evecti, ut tam clare de Myſteriis Euangelicis potuerint prædicere ac Sibyl-

læ Paganæ & infideles. Si J. A. intelligit hæc qualiacunque Oracula à Fuco vel Fucis horum fabricatoribus esse ex Scripturis desumpta, ac sic in quibusdam cum illis convenire, quatenus ex iis deprompta sunt, contentionis funem trahere nolumus. Certo enim certius est, post conscripta Euangelia hæc fuisse fabricata, disertis enim & ipsissimis Euangelistarum verbis multa in illis conscripta deprehenduntur. Ac sic sorex se suo indicio prodit: Multa quæ heic applicari possunt, passim in scripto hoc nostro retulimus, ideoque illis amplius inhærere non est necesse.

CAPUT VII.

DE

SIBYLLA SAMIA.

BREVIARIUM.

AN quarto, num vero sexto aut septimo loco sit collocanda hæc Sibylla; non convenit inter Scriptores. Isidorus emendatus. De Samonæa Sibylla secundum Cedrenum. Quo tempore innotuerit ejus nomen. Cur Samia dicta. De Insula Samo. Varia Insulæ nomina. Quando floruit hæc Sibylla. Carmina quæ ab Opsopœio & à Boissardo aliisque Samiæ huic Sibyllæ attribuuntur.

SExta Sibylla, secundum Lactantium, est, *Samia, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis Annalibus Samiorum reperisse se scriptum.* Hæc apud Onuphrium & in Iconibus Senensibus quarto & Boissardum septimo loco collocatur. Huic Suidas nomen dedit φυτῶ lyræque dicit esse inventricem Heriphilem vocatam fuisse scribit Eusebius in Chronicis. Samonotam (forte legendum Samonatam) vocatam fuisse scribit Isidorus Orig. lib. VIII. ab Insula Samo. Cedrenus Hist: Compend. P. M. 92.

de


P. 138.
S. SAMIA

de quadam loquitur Sibylla Samonæa ſcribitque illam Joſiæ Regis tempore innotuiſſe ἐφ' ὧν ἡ Σίβυλλα ἡ Σαμωναία ἐγνωρίζετο. Sed hanc Samonæam à Samia diverſam ſtatuit, uti conſtat ex iis quæ P. M. 117. refert, Samiam Sibyllam innotuiſſe in Samo eo tempore quo Dei Angelus Gabriel, Dei Oracula Danieli revelavit. Vocatur Samia vel ideo quia ex Inſula Samo oriunda eſt, vel eo quod ibi habitarit & Oracula cecinerit. Quidquid ſit, ſive ab habitatione ſive ab loco natali, dicitur Samia ab Inſula Samo, Samos autem eſt nomen trium Inſularum, quæ cum habeant idem nomen, hoc pacto diſtinguuntur. Prima Samos eſt Jonica in Icario mari è Regione Ioniæ. Hæc proprie & ordinarie Samos vocatur à Scriptoribus melioris notæ, fuit & olim dicta Parthenia à fluvio Parthenio. Item Anthenum, ut & Melam, Phylum & Dryuſa &c. Junoni fuit ſacra & hinc vaſa illa Samia tantopere à Veteribus laudata. Altera Samos eſt Thracica maris Ægei, & Thraciæ oppoſita, à Diodoro Siculo, Samothracia à Dardania à Ptolomæo, Plinio & aliis. Strabo Melitam, Ariſtoteles Leucaſiam vel Leucaniam, ab albedine. Tertia Samos maris Jonii inſula eſt prope Zacynthum, etiam Same & Cephalenia olim fuit vocata. Si hariolari liceat, & ut dicamus quod magis probabile videtur, putamus à prima Samo Samiam dictam hanc Sibyllam. Floruiſſe dicitur ab Iſidoro & Auguſtino de C. D. lib. XVIII. cap. XXIV. Eo tempore quo Manaſſes apud Judæos & Numa Pompilius apud Romanos regnaret: Hoc eſt ſecundum Bucholcer: anno mundi. 3256. V. C. XXXIX. aut circiter. Hoc etiam teſtatur Hieronymus in Chronicis. Ælianus variar: hiſtoriar. lib. XII. eam vixiſſe perhibet Numæ Pompilii ætate circa decimam ſextum Olympiadem. Alſtedius autem ducentis & quinquaginta ſex annis illam nempe anno mundi 3000. anteriorem fuiſſe & vixiſſe ſcribit, ſed pro meris conjecturis, Sibyllarum chronologiam hanc reputamus vel ante Chriſtum ſecundum eundem Bucholcerum annis 712. aut circumcirca. Vel ſecundum Schmidium qui Auguſtinum & Euſebium Authores citat. 665. ut ut ſit non adeo hæc eſt antiqua Sibylla. Nec de hac Scriptores adeo gloriantur. Georg. Cedrenus ἐφ' ὧν ἡ Σίβυλλα ἡ Σαμιαναία ἐγνωρίζετο. *Tunc* (hoc eſt tempore Joſiæ Regis) *Sibylla Samonæa innotuit.* Idem καλὰ τὰτας τὰς χρόνας ἡ Σίβυλλα ἐν Σάμῳ ἐγνωρίζετο, *Tunc* (Darii Aſtyagis tempore) & in Samo Sibylla

innotuit, uti ſupra notatum. Oraculum hoc in Vetuſtiſſ. codice Oſopœiano Samiæ Sibyllæ tribuitur,

Ecce dies, nigras quæ tollet læta tenebras,
Mox veniet, ſolvens nodoſa volumina vatum
Gentis Judææ, referent ut carmina plebis.
Hunc poterunt Clarum vivorum tangere regem,
Humano quem virgo ſinu inviolata fovebit.
Annuit hoc cœlum, rutilantia ſidera monſtrant.

Carmina ſua unicuique non poſſe aſſignari olim dixit Lactantius acerrimus Sibyllarum propugnator, verum quod antiqui non potuere, hoc, ſcilicet, Boiſſardus expediet. hæc itaque Samiæ Sibyllæ aſſignanda putat, quaſi criteria Oraculorum ipſe ſolus pervidere potuerit.

Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνδρῶν, ἠ νῶν ἐτύπωσεν,
Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκεν, ἀπιξήμλω τ' ἐδίδαξεν
Ὀφθαλμὲς ὁ πλάσας, ἠ ὦτα, βλέπων ἠ ἀκούων,
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντωντε συνίσωρ
Αὐτὸς ἐὼν, σιγῶν ἠ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων.
Καὶ ὅτι πεφιάξων ὅσσα λαθώνγε βροτῶν τις ἔπραξεν
Ἐλθὼν ἠ ἐπὶ βῆμα Θεᾶ ἀνηποῖσι λαλήσων,
Καὶ κωφᾶ ξυνιεὶς, ἠ ἀλαλέοντ@ ἀκούων.
Καὶ πόσον ἐπὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς ἀρανὸν ὕψ@,
Ἀρχὼ ἠ τέλ@ οἶδεν: ὃς ἀρανὸν ἔκτισε, ἠ γλῶ,
Πάντα γὰρ ἐξ αὐτᾶ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλ@ οἶδε:
Μᾶν@ γὰρ Θεός ἐστι, ἠ ἀπέστιν Θεὸς ἄλλ@.

Idem nam ſpecies hominum, mentesque creavit:
Et docuit ſcire, & rationis munia rectæ,
Lumina qui finxit, quique aures, cernit & audit.
Et tacet, & tandem convincet: ſupplicioque
Afficiet, quæcunque homines celata patrarint.
Cum veniet ſolium ad Divinum jura daturus.
Qui nil dicentes, mutos, intelligit, audit.
Et quantum tellus à cœli vertice diſtet,

Prin-

Principium, finem, media omnia novit: ab ipso
Omnia sunt: solus Deus est; neque est Deus alter.

Et alibi de Deo summo loquens dicit:

Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἐστὶν, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.

Unus Deus, solus est maximus, non genitus.

Et hunc solum colendum & honorandum asserit: quia totius mundi, cœli & terræ, omniumque creaturarum sit opifex.

Αὐτὸν τὸν μόνον σεβέσθ' ἡγήτορα κόσμου.
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἔτυχεν.

Illum igitur solum existentem colite opificem mundi,
Qui solus è sæculo, & in sæculum fuit, estque futurus.

Cumque Christum filium Dei esse dixerit, excandescens in Judæam, quæ suum Regem non agnoverit, hoc addit:

Σοὶ δ' μόνῃ Σοδομίτι γαῖη κακὰ πήματα κεῖται:
Αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας
Παίζοντ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν: ἀλλὰ κ' ἀκαίρως
Ἔρεψας σεφάνῳ φοβερήν τε χολὴν ἐπέρασας.

At solam Sodomæ tellus mala dira tenent te.
Namque Dei male sana tui te notio fugit,
Sensibus humanis ludentis: namque coronam
De spinis illi posuisti, injuria major
Quo foret, & potum fudisti fellis amari.

Irridet postea vanitatem hominum, qui vero Deo relicto, Deorum falsorum typos ex materia corruptibili sibi effingunt: mutisque, surdis, & insensibilibus simulachris sacrificia constituunt, ac mente alienati iis stulte honores & cultus Divinos tribuunt.

Εἰκόνα δ' ἄνθρωποι θείαν ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης
Χερσί τε μορφώσαντες ἑαῖς εἴδωλον ἄναυδον
Δοξάσουσι λιταῖς καὶ θρησκείῃσιν ἀνάγνοις,
Τὸν κλισὴν προλιπόντες, ἀτελγείαις ἐλάτῃσιν:

Πάντα

Πάνλες δ' αὐτῷ ἔχονλες ἀχ' εήσιμα δῶρα θύεσι:
Χ' ὡς αὐτῷ τίμας, τὰ δε χρήσιμα πάνζα δοκεῦσι.
Θοίνη κνισαῶνλες, ὡς τοῖς ἰδίοις νεκύεσσιν.
Σάρκας γάρ τε ἢ ὀσέα μυελόεντα κάεσι,
Θύονλες βωμοῖς, ἢ Δαίμοσιν αἷμα χέεσιν.
Η' δὲ λύχνας ἅπλεσι Θεῷ τῷ φῶζα διδόνλι.
Χ' ὡς διψῶνλι Θεῷ θνητοὶ σπένδεσι τὸν οἶνον,
Εἰς ὕδὲν μεθύονλες ἐπ' ἀχρήσοισι θεοῖσιν.

Aſt homines ſylvis abſcindunt robur, & inde
Muta ſuis manibus Divum ſimulachra figurant:
Quæ decorant ritu, libamentisque profanis.
Impuraſque colunt nugas, genitore relicto.
Omnesque aſſidui vaniſſima munera libant:
Et tamen hoc ipſum ſe rentur honore juvare.
Atque dapes adolent ut caſſos lumine paſcant.
Namque eremant carnes & plenis oſſa medullis,
Et mactant aris, & placant ſanguine manes.
Candelasque Deo accendunt, qui lumina donat.
Et tanquam ſitiat, vini libamina fundunt
Mortales ebrii, qui numina vana fatigant.

Alibi proteſtatur ſe Dei veri vocem proferre, & fideliter communicare hominibus ad omnium ſalutem, ut inſtruantur & ad pœnitentiam veniant errorum ante actorum: ad nullum fictitium Deum divertant, ſed illum Deum cognoſcant, qui eſt unicus, æternus, ingenitus, ſuæque Divinitatis participem habeat neminem. Dicit enim:

Εἷς μόνος εἰμὶ Θεὸς, ἢ ὐκ ἔστιν Θεὸς ἄλλος.

Unus ſolus ſum Deus, & non eſt Deus alius.

Hactenus Boiſſardus, carmina quæ Samiæ Sibyllæ aſſignanda recenſuit, alia nonnulla adjecit, ſed quæ, cum ipſe fateatur eſſe Erythrææ, adjicere noluimus, quippe illud quivis videat, quæ Sibyllæ Erythrææ ſunt adjudicanda, non bene Samiæ adtribui, ideoque extra oleas verſatum Boiſſardum, quando quæ ſunt Samiæ, erat recenſendum, Erythrææ Oracula proponit.

Ex

Ex Aria Montano quæ descripsit heic adjicere maluimus.

Stulta tuum Judæa Deum cur noscere cessas?
Cur tibi felices abjicis ipsa dies?
Cur huic pungentem nectisque parasque coronam?
Cur misces Domino pocula amara tuo?

Ex Lælio Cleopasso.

Crudelis Judæa, malo stimularis ab æstro:
Contemnis regem cur furiosa tuum?
Morti damnatum potu satiabis aceti?
Proque cibo fellis dira aconita dabis?
Spinosoque Caput sacrum diademate vincis?
Væ miseræ! summi est iste propago Dei.

Ex Inscriptionibus Senensibus:

Tu enim, stulta Judæa, Deum tuum non cognovisti ludentem mortalium mentibus: sed etiam spinis coronasti eum, horridumque fel miscuisti.

Ex his similibusque descriptionibus, Boissardus concludit, unicuique Sibyllæ sua posse assignari carmina, sed quam bene, ex superius dictis quivis judicet: ut & quid sentiendum sit de Alstedii opinione, de divite ex paupercula nascituro Vaticinatam esse hanc Sibyllam, affirmantis. Sixtus Senensis huic Samiæ Sibyllæ hoc assignat carmen quod tamen Boissardum fugit: quippe qui, uti supra notavimus, alia huic Sibyllæ Carmina assignavit.

Χαῖρε ἁγνὴ θύγατερ Συών, ἠ πολλὰ παθοῦσα.
Αὐτὸς σὸν βασιλῆς ὄπιθεν ὄπι πῶλον ἐσάγει.
Πρᾶος πᾶσι φανεὶς ἵνα τοὶ ζυγὸν ὄνπερ ὑπῆμεν.
Δῶλον δυσβάσακτον ἐπ' αὐχένι λείμενον, ἄρῃ.

Hoc est.

Salve Casta Syon permultaque passa puella,
Ipse tibi insceuso Rex en tuus intrat Asello,

Erga omnes mitis, juga quo tibi, quo juga demat,
Intoleranda tibi quæ fers cervice subacta.

Hi versus

Leguntur lib: Orac: Sibyllinorum VIII. At vero J. A. p. 711. huic Samiæ Sibyllæ attribuit carmina ex libro quinto à p. 313. usque ad p. 330. hinc itaque videmus quam immerito cuique Sibyllæ sua carmina adtribuantur.

CAPUT VIII.

DE

SIBYLLA CUMANA.

BREVIARIUM.

QUo loco, quarto, quinto an septimo sit collocanda, variant Scriptorum sententiæ. Lactantius emendatus. Hujus Sibyllæ varia nomina. Eadem est cum Cumæa & Erythræa. Quando floruit: an usque ad Tarquinii tempora vixerit aut vivere potuerit. An Tarquinio libros fatidicos obtulerit. Lactantius refellitur. Quot libri Tarquinio fuerint oblati. Mulier aut anus aliqua, non Sibylla, dicitur libros Sibyllinos Tarquinio obtulisse. Servius emendatus. Suidas notatus. Carmina quæ huic Sibyllæ à Boissardo assignantur. Alia illi à Sixto Senensi adtribuuntur. Quænam cuique Sibyllæ sint danda, nemo pro certo affirmare potest. Boissardus refellitur.

LActantius cujus ordinem hactenus in recensendis Sibyllis secuti fuimus, Sibyllam Cumanam septimo loco posuit. *Septimam Cumanam, nomine Amaltheam, quæ aliis Demophile, vel Herophile nominatur: Eamque novem libros attulisse ad Regem Tarquinium Priscum; ac pro eis trecentos Philippeos* (aureos potius legendum) *postulasse: Regemque aspernatum pretii magnitudinem, derisisse mulieris insaniam. Illam in conspectu*


S. CUMANA.

ſpectu Regis tres combuſſiſſe; ac pro reliquis idem pretium poſtulaſſe: Tarquinium multo magis mulierem, inſanire putaſſe. Quæ denuo tribus aliis exuſtis, cum in eodem pretio perſeveraret; motum eſſe Regem; ac reſiduos trecentis aureis emiſſe; quorum poſtea numerus ſit auctus, Capitolio refecto, quod ex omnibus civitatibus & Italicis, & Græcis, & præcipue Erythræis coacti, allatique ſunt Romam, cujuscunque Sibyllæ nomine fuerunt. Hæc Sibylla Cumana, quinto loco ab Onuphrio Panvinio, à Boiſſardo quarto nominatur. Hanc Suidas *Hierophilem* vocat. à Pauſania in Hyperocho Cumano, *Demo* appellatur. Et à Servio *Phemenoe.* Nomen ejus fuit, inquit Lactantius, *Amalthea.* Vel ab aliis *Demophile* vel *Herophile* nominata. Hanc Sibyllam diximus eandem eſſe cum Cumæa & Erythræa. Hoc etiam teſtatur, præter illos quos ſupra citavimus, Iſidorus Hiſpal. Orig. lib. VIII. cap. VIII. *Septima Cumana, nomine Amalthea, quæ novem libros attulit Tarquinio Priſco, in quibus erant decreta Romana conſcripta, ipſa eſt & Cumæa de qua Virgilius: Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.* Item Martianus Capella lib. II. De nuptiis Philologiæ, *Sibylla vel Erythræa, quæque Cumæa eſt, vel Phrygia &c.* Velim heic notari à ſedulo Lectore J. A. in Sibyllarum ſuo ſpeculo p. 685. auſum fuiſſe erroris arguere illos qui Cumæam & Cumanam unam eandemque eſſe autumant, at vero p. 740. ſui oblitus affirmat Cumanæ & Cumææ nomen idem eſſe, attamen poſtea pertinaciter contendit, Cumanam à Cuma Æolica denominari: hanc Regi Tarquinio novem libros obtuliſſe, & pro iis trecentos aureos poſtulaſſe Auctor eſt Lactantius: quibus verbis ſcriptor elegans indicat, Cumanam Sibyllam fuiſſe mulierem illam quæ libros ad Regem attulit. Secundo, Sibyllam Cumæam vel Cumanam quæ & Erythræa, extitiſſe & vixiſſe tempore Tarquinii ſive ille fuerit Priſcus aut Superbus videamus, an hoc de hac Sibylla poſſit affirmari, ut hoc pacto etiam de tempore quo floruit conſtet: ſaltem hoc prius dictum volumus (ut & pateat Erythræam eandem eſſe cum Cumana ſive Cumæa) etiam de Erythræa dici illam libros Sibyllinos Tarquinio obtuliſſe: ut Servius in Virg. VI. Æneid. teſtatur, Varronem Autorem allegans. Servius in lib. VI. Æneid: *Multæ Sibyllæ fuerunt, ut ſupra diximus in tertio, quas omnes Varro in libris rerum Divinarum commemorat, & requirit à qua ſint fata Romana conſcripta, & multi ſequentes Virgilium,*

ab hac Cumana dicunt, quæ licet longæva dicatur, non tamen valde congruit, eam uſque ad Tarquinii tempora duraſſe, cui libros Sibyllinos conſtat eſſe oblatos. Hanc ſententiam etiam tuetur Doctiſſ. Salmaſius in notis ad Solinum. Si ex Schmidii ſententia Sibylla Erythræa, quæ omnino eadem cum Cumana ſive Cumæa, cum Noacho Diluvii tempore degerit in Arca, ſtatuendum erit, Sibyllam hanc, ſi ab illa Tarquinio Priſco oblatos volumus libros Sibyllinos, vixiſſe ſeptem & decem ſecula, ſi illam volumus obtuliſſe libros Tarquinio Superbo, tum vixerit ad minimum circumcirca octodecim ſecula: Diluvium incidit in annum mundi 1657. Tarquinius Priſcus ex ſupputatione Bucholceri ad Regnum pervenit anno mundi 3357. Tarquinius Superbus olympiade ſexageſima prima anno mundi 3439. quis unquam audivit hominem vixiſſe ſeptendecim aut octodecim ſecula? ipſa Sibylla dixit Ænææ, ſe mille annos victuram: itaque hoc pacto Sibylla quæ in Arca cum Noacho fuiſſe ſtatuitur, non poteſt dici attigiſſe tantam ætatem, ut Tarquinio, ſive Priſco, ſive Superbo, poſſit dici obtuliſſe libros. Putat etiam Doctiſſimus Alſtedius floruiſſe hanc Sibyllam anno mundi 3339. quandoquidem autem nullis rationibus fultam videmus ejus aſſertionem, pro conjectura habendam pronuntiamus: quemadmodum etiam illam opinionem, Sibyllam Cumanam protuliſſe carmen ænigmaticum de materia lapidis Philoſophorum: indicari debuerat illud carmen & ubinam reperiatur legendumque exſtet: ſed hoc hactenus indicatum non vidimus. Videamus etiam nunquid hæc Cumana, quæ ex plurimorum Scriptorum ſententia conſulta fuit ab Ænæa, dicenda eſt prorogaſſe aut prorogare potuiſſe vitam uſque ad tempora Tarquinii Priſci aut Superbi. Graiis Ilium petentibus Trojani belli ſucceſſum prædixit Sibylla Cumana, itaque bello Trojano anterior ſtatuenda. Annus primus belli Trojani ſecundum Bucholcerum incidit in annum mundi 2779. annus Regni Tarquiniorum, in annos mundi uti dictum 3357. & 3439. ad minimum itaque vixiſſet (ſi ſupponatur illam tum temporis ad viginti & duorum annorum ætatem perveniſſe cum conſuleretur ab Ænæa) ſexcentos annos quod vitæ ſpatium nullus hominum illius temporis attigit: Deus enim ad arctiores terminos ætatem hominum reſtrinxerat. Si Sibyllæ credendum eſſet, apud Ovidium ad Æneam loquenti, ſe cum ab eo compellaretur,

vixiſſe

vixiſſe ſecula ſeptem, & tantum adhuc tria ſecula reſtare, nullo modo dici poteſt hanc Tarquinio obtuliſſe libros Sibyllinos. Nam à bello Trojano uſque ad Tarquinium Priſcum anni effluxerunt 678. hos ſexcentos ſeptuaginta octo annos ſi addamus ad ſeptem illa ſecula de quibus Sibylla fuit locuta, erunt mille trecenti ſeptuaginta octo anni, quod tempus ut ut longæva fuerit Sibylla, vixiſſe non potuit, ſi tantum adhuc trecentos annos vitam prorogare Sibylla debebat, cum ab Ænea ante bellum Trojanum conſuleretur, tum omnino dicendum erit Sibyllam obiiſſe novendecim annis poſt Homeri obitum, hoc eſt anno mundi 3079. & plus quam trecentos annos ante Tarquiniorum dominationem ideoque evidentiſſime conſtare putamus, Cumanam hanc non poſſe dici Tarquinio ſive Priſco ſive Superbo obtuliſſe Oracula Sibyllina: itaque ſi Cumanam velint obtuliſſe libros Oraculorum Tarquinio, duæ erunt ſtatuendæ Sibyllæ Cumanæ: una quæ Graiis Ilium petentibus fata Trojana prædixit, altera recentior, quæ Tarquinio Oracula venalia obtulit: ſed hæc opinio fide dignis teſtimoniis caret: ideoque rejicienda videtur. Solinus quidem teſtatur Cumanam Sibyllam quinquageſima Olympiade rebus Romanis interfuiſſe, atque obtuliſſe Tarquinio Superbo libros, ſed hoc ſtatui non poſſe ſupra oſtendimus, hoc enim ſi ſtatuatur, dicendum erit Cumanam Sibyllam vitam prorogaſſe non ſolum uſque ad Principium Regni, verum etiam ad tempus mortis Tarquinii Priſci qui circa illud tempus quinquageſimæ Olympiadis, hoc eſt à morte Æneæ 600. fuit occiſus, quod dici non poſſe abſque maxima abſurditate oſtenſum fuit ante. Multi ſunt Scriptores qui Tarquinio Superbo libros Sibyllinos oblatos ſtatuunt, ſed nullibi aſſerunt quinquageſima Olympiade id factum eſſe: imo ab hac Cumana offerri non potuerunt. Videamus etiam, nunquid & hoc verum, Sibyllam Cumanam libros obtuliſſe Tarquinio: dubitarunt antiqui cujusnam Sibyllæ eſſent Oracula, ſaltem Cumanæ, quæ nomen ſuum Carmini non inſeruit, non poterant ſua aſſignari, uti Erythrææ quæ ſcripto ſuo nomen addidit, at quo modo dubitare poterant ſi conſtabat, Cumanam Sibyllam libros ſuos Tarquinio obtuliſſe? imo dicendum & obſervandum Scriptores nonnullos aſſeruiſſe Sibyllam libros Tarquinio obtuliſſe, ſed non attribuunt illud Cumanæ, ut heic Lactantius, ut & Iſidorus, Solinus aliique. Plinius dicit

Tarquinio libros à Sibylla oblatos ſed Cumanam obtuliſſe non dicit. Locus Plinii ſic habet lib. XIII. cap. XIII. *Inter omnes vero convenit, Sibyllam ad Tarquinium Superbum treis libros attuliſſe &c.* Imo optimi Scriptores mulierem illam quæ ad Regem libros Sibyllinos attuliſſe referunt ne Sibyllam quidem nominant, abſit ut de Cumana aliaque in ſpecie Sibylla hoc affirment. Dionyſius Halicarnaſſæus, dicit mulierem quandam obtuliſſe libros. lib. IV. locus ſic ſonat. Γυνή τις ἀφίκετο πρὸς τὸν τύραννον, ἐκ βαρβαρίας βίβλους ἐννέα μεστὰς Σιβυλλείων χρησμῶν ἀπεμπολῆσαι θέλουσα. Hoc eſt, *mulier quædam non indigena, ad Regem venit volens divendere novem libros Oraculis Sibyllinis refertos.* Aulus Gellius lib. I. cap. XIX. *In antiquis annalibus memoria ſuper libris Sibyllinis prodita eſt: anus hoſpita atque incognita ad Tarquinium Superbum Regem adiit, novem libros ferens, quos eſſe dicebat Divina Oracula, eos velle dixit venundare, &c.* Hinc videmus non ſolum Cumanæ Sibyllæ oblationem librorum non adtribui, ſed ne quidem Sibyllæ cuipiam, mulier quædam, quæ poſtea nuſquam loci viſa fuit, dicitur obtuliſſe. Etſi Plinius Sibyllam fuiſſe teſtatur, ſaltem hoc conſtabit pro certo non poſſe affirmari, Sibyllam illam fuiſſe Cumanam. Quod & probare hiſce intendimus. Dicunt porro Scriptores nonnulli novem libros Tarquinio oblatos, alii tantum tres: adeo ut & heic maxima Scriptorum deprehendatur diſcrepantia, Lactantius poſt Varronem, Iſidorus Hiſpalenſis, Aulus Gellius lib. I. cap. XIX. Servius in VI. Æneid. Dionyſ. Halicarn. aliique novem ſcribunt oblatos. Plinius lib. XIII. cap. XIII. Solinus Polyhiſt: cap. II. Et Suidas in Herophile, Erythræam ſcribit ad Tarquinium tres libros attuliſſe. Ut vel hinc etiam conſtet Erythræam, Cumæam & Cumanam eandem eſſe Sibyllam. Notandum autem eſt Suidam ſui oblitum in voce Sibylla novem libros Tarquinio fuiſſe oblatos. Quod quomodo cum ſua in voce ἡροφίλη ſententia conveniat, tres tantùm allatos, duos tantum exuſtos, & quo pacto hoc conciliari poſſit, ipſe viderit, ſaltem nos non videmus. Illi qui novem Regi libros oblatos ſcribunt, ſex fuiſſe exuſtos tresque remanſiſſe ſtatuunt, at qui tres tantum attuliſſe ad Regem, mulierem hanc dicunt, duos exuſtos unumque tantum à Rege emptum volunt: certum eſt nullam rem majore diverſitate à Scriptoribus conſignatam, quam hanc de Sibyllis materiam. Patet & hoc heic loci, non enim inter Scriptores con-

convenit cui Tarquinio an Priſco an Superbo libri Sibyllini fuerint oblati. Utraque opinio ſuos habet & teſtes & fautores; nec Cumana aut Cumæa, nec Erythræa Sibylla obtuliſſe dici poſſunt ut ſupra oſtenſum: itaque dicendum reſtat, quandoquidem teſte Plinio lib. XIII. cap. XIII. Inter omneis convenit libros Sibyllinos fuiſſe, ſive fuerit Sibylla ſive mulier quædam non indicant, Tarquinio venales expoſitos, id inquam dicendum reſtat anum quandam, incognitam teſte Gellio, quomodo ergo Sibylla vocetur & quidem Cumana ſi fuit incognita, & nunquam poſtea à quoquam viſa, ad Tarquinium libros attuliſſe. Servius Æneid. lib. VI. vers. 72. *Sibyllina reſponſa (de quibus ſupra diximus) incertum eſt cujus Sibyllæ fuerint, quamquam Cumanam Virgilius dicat, Varro Erythræam eſſe. Conſtat autem regnante Tarquinio quandam Mulierem quæ ſe Malthæam* (Amalthæam legendum) *diceret obtuliſſe ei novem libros, in quibus diceret fata & remedia Romana contineri.* Hinc forte Plinius Mulierem illam Sibyllam vocat, quoniam etiam extitit aliqua nomine Amalthæa, quæ & inter Sibyllas numerata. Tibullus lib. II. eleg. V. ad Meſſalinum &c.

Quidquid Amalthea, & quidquid Marmeſſia dixit
Herophile Phœbo grata quod admonuit.
Quidque Albuna ſacras Tiberi per flumina ſortes
Portarit, ſicco perlueritque ſinu.

Hinc videmus Tibullum Amaltheam à Cumana diverſam conſtituere, etiamſi Varro illam unam eandemque reputet, quod probe notandum. Hoc pacto nihil abſurdi ſtatuetur, ſi Tarquinio Priſco, vel etiam ſi Tarquinio Superbo, dicatur, libros Sibyllinos venales oblatos fuiſſe. Reperio Scriptores illos mirum in modum ſeſe torquere, & multas opiniones abſurdas fovere, qui illos ſequi volunt, qui Sibyllam fuiſſe perhibent, & quidem Erythræam aut Cumanam, illam quæ libros Tarquinio exhibuiſſe: ſed diſputationes illæ inextricabiles, facili negotio evitantur, ſi cum ſupra laudatis Autoribus ſtatuamus Mulierem quandam (ſi enim Sibylla, fuit & mulier) ad Tarquinium libros Sibyllinos attuliſſe, atque hæc nobis ſententia maxime probabilis videtur. Ammianus Marcellinus (ſic adnotante Boiſſardo) ſcribit libros hujus Sibyllæ Cumanæ vel Cumææ qui adhuc inventi

fue-

fuerant eo tempore, crematos fuisse à Juliano Imperatore, juxta Ennam Siciliæ urbem. Carmina quæ Janus Boissardus huic Cumanæ Sibyllæ adtribuit sic sonant. lib. VII. Oracul:

Τλήμων ἀκ ἔγνως τὸν σὸν Θεὸν, ὃν ποτ' ἔλασεν
Ἰορδάνῃ ἐν τειτάτοισι, καὶ ἔπτατο πνοὴ μα πολλῷ
Ὃς πρὶν καὶ γαίης τε καὶ ἠέρος ἦν ἀστερόεντος
Αὐθέντης γένετο λόγῳ πατρὸς πνεύματι δ' ἁγνῷ
Σάρκα τε δυσάμενος ταχὺς ἵπτατο πατρὸς ἐς οἶκος.

Non nosti miseranda tuum, quem proluit olim
In Jordane Deum, & volitabat Spiritus
Qui prius & terra fuit, & stellantibus oris
Factus voce patris Princeps, & Flamine Sancto:
Corpus & indutus celer in patris evolat ædes.

Et paulo ante, eodem libro:

— — — Καύσῃ δέ σε καυμασίῃσι
Αὐτὸς ὁ γνηθεὶς ὁ μέγας Θεὸς.

— — — *Æstuque cremabis*
Te ipse Deus magnus genitus.

Et paulò post:

Ἔσται γάρ ποτε κοινὸς Ἄναξ χρόνος· ἐνθάδε φῶτες
Ἐξιλάσκονται Θεόν.

Nam communis erit Rex olim tempus, ibique
Placabunt homines numen.

Et iterum:

Τῷ γὰρ τ' αὐτὸς ἔδωκε Θεὸς θρόνον ἐγγυαλίξας,
Οἱ δ' ὑπὸ γενυτῆρες ὑπαὶ ποσὶ κοιμήσονται.

Conciliavit enim solium Deus ipse, deditque
Ipsi: sub pedibus vero genii dormibunt.

Mi-

Miraçula quoque Chriſti his verbis annuntiavit ;

Λείψϕ δ' ἄϛρα πόλον, πολλῇ δέ τε λαίλαπι θύων
Γαῖαν ἐρημώσϕ: νεκρῶν δ' ἀνάϛασις ἔϛαι:
Χωλῶν δ' δρόμος ὠκύϛατος, ἠδ κωφὸς ἀκούϛϕ.
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήζουσ' ἀ λαλέοντες.
Καὶ κοινὸς πάντεσσι βίος, ἠδ πλοῦτος ἐσεῖται.

Sidera deficient cœlum, multaque procella
Terram vaſtabit: ſublati morte reſurgent.
Curſus erit rapidus claudis, ſurdusque loquentem
Audiet & cæci cernent, mutique loquentur:
Et communis erit vita omnibus atque honorum
Copia.

Statim ſubjicit de beatitudine per Chriſtum filium Dei piis adquirenda.

Γαῖα δ' ἴση πάντων, ἀ τείχεσι, ἀ περιφράγμοῖς,
Οὐδὲ μεριζομένη καρπὸς τότε πλείονας οἴσϕ,
Πηγὰς δ' γλυκερῷ οἴνῳ, λιβάδας τε γάλακτος,
Καὶ μέλιτος δώσϕ.

Terraque par cunctis, ſine muro & ſæpibus ullis
Nec diviſa quidem fruges feret uberiores:
Et dulci vino fontes, alboque ſcatentes,
Lacte & melle dabit.

Prædixit hæc Sibylla reſurrectionem Chriſti:

Ἥξϕ δ' εἰς Ἀίδαο ἀγγέλων ἐλπίδα πᾶσι
Καὶ θανάτῳ μοῖραν τελέσϕ τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας,
Καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξϕ,
Πρῶτος ἀναϛάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.

Devenietque, bonam ſpem portans omnibus, orcum.
Et tridui ſomno peraget mortalia fata.
Tum demum linquet manes, luccmque reviſet,
Prima reſurgendi lectis veſtigia monſtrans.

Finem sæculorum prædixit hæc Sibylla:

Χηρδύσῃ τότε πάντα χρόνῳ στοιχεῖα τὰ κόσμου
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος πυρὸς αἰθομένοιο
Καὶ πόλις ἀστερόεντος, ἠὼς, νὺξ, ἦμαρ πάντα
Εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι, καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον:
Ἄσβεστος γὰρ ὑπανόθεν φωστήρων πάντα πεσεῖται.

Tempore torpebunt vidua omnia semina mundi
Aër, terra, salum, lux ignis fervida, cæli
Cardo, dies, noctes, consident omnia in ignes.
Et fiet species quam desertissima rerum.
Omnia namque cadent lucentia sydera cælo.

Illa prædixisse fertur Imperio Romano subditos fore totius Mundi populos, Carthaginemque subactum iri Romanorum viribus.

Οὔτε Μακεδονίης αἰεὶ κρατέοις, ἀλλ' ὄπιθε δυσμέων
Ἰταλὸς ἀνθήσῃ πόλεμος μέγας, ᾧ ὑπὸ κόσμος
Λατεβύσῃ δάλειον ἔχων ζυγὸν Ἰταλίδῃσι,
Καρχηδὼν καὶ σεῖο χαμαὶ πᾶς πύργος ἐρείσῃ.

Nec semper Macedo dominabitur: occiduum sed
Surget ab Italia bellum, cum subditus orbis
Subdet colla, jugis Italis servire coactus:
Procumbentque tuæ, Carthago, funditus arces.

Conflagrationem quoque Vesuvii montis in Campania notasse videtur, quæ contigit Vespasiani tempore.

Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ὑπὸ ῥωγάδος Ἰταλίδος γῆς
Πυρὸς ὑποσρέψας εἰς ἠρανὸν οὐρὺν ἱκάνῃ:
Πολλὰς δὲ φλέξῃ πόλιας καὶ ἄνδρας ὀλέσσῃ
Πολλὴ δ' ἐθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήσῃ.

Flamma sed Italico postquam succensa furore
In cælum magno torrens ardore feretur.

Ex-

Exuretque urbes multas, hominesque necabit:
Ætheraque implebit fuligo multa cinisque.

In Romam hæc prædixisse fertur.

Ῥ᾽ώμη καρδερόθυμε, Μακηδονίλω μετὰ λόγχλω
Ἀ᾽στεράψεις ἐς Ο᾽λυμπον: Θεὸς δέ σε πάμπαν ἄπυσον
Πονήσῃ, ὁπόταν δουρείος πλὺ κρεῖσσον ἐς ὄμμα.
Ε᾽δεμίη, μίμνειν. τότε σοι τοιᾶυτα βοήσω,
Ο᾽λυμένη φθέγξη. λαμπρὸν πόλε μαρμαρεόνλε.

Roma feror animi, post fracta Macedonis arma,
Fulgure perstringes cœlum. Sed te Deus omni
Robore privabit, cum firma videberis esse
In primis. At tu, tibi talia vociferabor,
Perspicuum periens olim, clarumque sonabis.

Ex libro antiquo Regio hæc Cumanæ dantur.

Jam mea certa manent, & vera novissima verba;
Ultima venturi quod erant Oracula Regis:
Qui toti veniens mundo cum pace placebit.
Et voluit nostra vestitus carne decenter
In cunctis humilis. Castam pro matre puellam
Deliget. Hæc alias forma præcesserit omnes.

Stratonicus Episcopus Cumanus hujus Sibyllæ meminit: cui hos versus tribuit. (Notandum supra hæc à Photio Sibyllæ Cumææ fuisse adscripta.)

Cum Deus ex alto Regem demittet Olympo,
Tunc terra omniparens fruges mortalibus ægris
Reddet inexhaustas frumenti, vini oleique.
Dulcia tunc mellis diffundent pocula cœli:
Et niveo latices erumpent lacte suaves.

De ea Arias Montanus.

Finiet exceptum poſtquam lux tertia ſomnum,
Præſcripto morti limite finis erit.
Primitiasque novæ referens, & gaudia vitæ,
Surgure ab obſcuro poſſe docebit humo.

Ex Lælii Cleopaſſi Hydruntini Poëmatibus:

Humana ſub carne Deum cœlumque ſolumque
Mirantur: cœli hic conditor atque ſoli eſt.
Verbum homo factum eſt: ut meritæ nos mortis ab umbra
Eriperet. Vitæ eſt unicus iſte dator.
Eſt etenim æterni ſplendorque & gloria Patris,
Per quem ſubſiſtunt omnia: quippe Deus.

Ex Senenſibus Inſcriptionibus illi Reſurrectionis Chriſti Prophetia tribuitur: quam in hiſtoria ſuperioris Cumææ produximus. Hoc etiam probe notandum Sixtum Senenſem in bibliotheca ſua, alia huic SibyllæCumanæ adſcribere carmina, illa autem ſic ſonant.

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο θεοῦ παῖς ἀνθρώποισι.
Ἥξει σαρκοφόρος θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ
Τέσσαρσι φωνήεντα φέρη τὸ δ' ἄφωνα δύ' αὐτῷ
Διασῶν ἀγγέλων, ἀριθμῷ δ' ὅλον ἐξονομήνω,
Ὀκτὼ γὰρ μονάδας τοσσὰς δεκάδας ἐπὶ τούτοις
Ἡ δ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοτέροις ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσει, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον.

Hoc eſt.

Tunc ad mortales veniet mortalibus ipſis
In terris ſimilis natus Patris omnipotentis
Corpore veſtitus, vocales quattuor autem
Fert, non vocaleſque duas binûm geniorum.
Sed quæ ſit numeri totius ſumma docebo,
Namque octo monades, totidem decades ſuper iſta
Atque hecatontadas octo infidis ſignificabit
Hominibus nomen, tu vero mente teneto.

Re-

Reperitur hoc carmen Oracul : lib. I. circa finem , quo autem fundamento hæc Sixti Senenſis nitatur aſſertio , altum de hac re ſilentium , dirimant igitur illi qui volunt hanc litem , Sixtum Senenſem inter & Boiſſardum, qui longe alia Oracula, huic adtribuit Sibyllæ : & hoc quod jam ſtatim retulimus tribuit Boiſſardus Erythrææ Sibyllæ lib. de Divin. P. M. 7. ideoque vanos eſſe illos qui audent aſſignare cuique Sibyllæ ſua carmina pronuntiamus. Si enim ſua haberent κεφάλαια, cuique eſſent illa expoſita notaque : atque ſic nulla judiciorum daretur diſcrepantia. Ex hoc carmine Boiſſardus , colligit numerum octingenta octo, quem nomine Ἰησοῦς contineri autumat , in quo continentur quatuor vocales & duæ conſonantes. Hunc numerum hoc modo colligit ſupra laudatus Boiſſardus, I ſignificat decem. H Octo. Σ Ducenta. O Septuaginta. Υ Quadraginta. Σ Ducenta quæ ſi ſimul conjunxeris, inquit Boiſſardus, invenies 888. quod quam illo aſſeratur debili fundamento ab illo aſſoretur, cuivis patet.

I		10
H		8
Σ	valet	200
O		70
Υ		400
Σ		200
		888.

Plura de hoc ænigmate in notis ad locum referemus. Antequam huic capiti finem imponamus, Notare dignetur ſedulus lector J. A. in ſuo Sibyllarum ſpeculo abſque ulla probatione, more ſolito, huic Cumææ Sibyllæ attribuere Oracula quæ legimus, libro quinto à principio uſque ad paginam 313. Si Dîs placet ſagax hic Scriptor videre poteſt, nec Pauciora nec Plura Oracula Sibyllæ huic eſſe attribuenda. Sed rationes, quibus hæc ejus ſententia confirmetur, non produxit, nec potuit, quoniam nullas plane habuit.

CAPUT IX.

DE

SIBYLLA HELLESPONTICA.

BREVIARIUM.

NOnnulli hanc Sibyllam octavo, alii vero sexto loco recensent. Ubinam nata sit. Pausanias emendatus ut & Lactantius ac Tibullus cum Sibylla. Marpessus mons ubinam situs. Marpessium saxum unde nomen hauserit: Gergithiorum moneta. Cur Apollo Gergithius dictus fuit olim. Hellespontus ubi situs & unde nomen hoc acquisiverit. Quando vixerit hæc Sibylla. Cur cum Sphinge Sergithiorum nummis fuit expressa. Ubinam sepulta. Oracula ab Opsopæo, Boissardo &c. huic Sibyllæ adscripta.

Octavo loco collocat Lactantius *Hellesponticam in agro Trojano natam, vico Marpesso, circa oppidum Gergithium, quam scribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuisse temporibus.* Hoc modo etiam de illa scribunt Isidorus, Suidas, Onuphrius Panvinius, ut & Icones Senenses, qui hanc sexto loco recensent, aliique quam plurimi. De hac Sibylla pauca admodum apud Scriptores reperiuntur, ideoque brevibus quod de illa dicendum est expediemus. Nomen proprium hujus Sibyllæ fuisse Demo, testatur Boissardus, qui illam etiam octavo loco recenset. Locus natalis indicatur vicus nempe Marpessus ut scribit Lactantius in agro Trojano. Doctiss. Salmasius Mermessus legendum putat, Stephanus Μερμέσσ& πόλις Τρωϊκὴ ἀφ' ἧς ἡ Ἐρυθραῖα Σίβυλλα, ἦν γάρ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρὰ τῷ χρώματι. *Mermessus civitas est Trojana qua Sibylla Erythræa oriunda, erat enim urbs colore rubra.*

Ha-


S. HELLESPONTICA

Harum Erythrarum meminit Pausanias.

Sed male ibidem editum Μαρπησσὸς; μαρμησσὸς omnino legendum. Sic etiam legendum apud Lactantium non Marpesso sed Marmesso. Item apud Tibullum loco paulo ante citato.

Quidquid Amalthæa, & quidquid Marmessia dixit.

Item in Sibyllæ versibus quibus de Patria sua

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαῦα μέσον θνητῶν τε θεᾶς τε,
Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατρὸς δ' οὐ κηλοφάγοιο
Μητρόθεν ἰδογενὴς. Πατρὶς δέ μοι ἐστὶν ἐρυθρὴ
Μαρμησσὸς μητρὸς ἱερὴ ποταμὸς δ' ἀϊδωνεύς.

Hoc est:

Partim ego Cetivoro mortali patre creata
Partim immortali nympha, me montibus Idæ
Eduxit vitreis, tenuis glebaque ruente:
Marmessus matri patria est, fluviusque Adonæus.

Emendandum itaque illis in locis censemus, *Marmessus* pro *Marpessus*. *Marpessus* enim est mons in Paro insula, unde Virgilius Marpessia Cautes, VI. Æneid. de Didone ad Æneam.

Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quam si dura silex, aut stet Marpessia Cautes.

Marpessia Cautes, est cautes montis in Paro insula. Hinc *Marpessius marmor*. Jordanus de rebus Gothicis, ut in transitu hoc dicamus, putat Marpessium saxum dici *à Marpessia Amazonum Regina, quæ ad Caucasum venit, ibique certum tempus demorans loco nomen dedit*. Observandum etiam circa oppidum Gergithium natam hanc Hellespontiсam Sibyllam. Erythræam Sibyllam à nonnullis Gergithianam fuisse vocatam testatur Suidas. Gergithii hanc Sibyllam Hellespontiсam urbe sua oriundam affirmant: hinc factum etiam ut ejus effigiem una cum Sphinge illorum monetis imprimi fuisse solitam, referant Scriptores, qua ostendere volebant Prophetissam hanc suam, multa myste-

ria

ria ſacra per obſcura ænigmata hominibus communicaſſe: uti Boiſſardus opinatur. Gergithium à nonnullis Gergis vel Gergithus, à Plinio lib. V. cap. XXX. Gergithies, à Strabone Gergithæa vocatur. Stephanus dicit nominativo caſu eſſe γέργις cujus Genitivus ſit γέργιθος indeque formari nominativum Gergithos. Eſt Gergithium urbs Troadis. ab hac civitate Apollo Gergithii nomen adeptus, & fuit olim templum Apollinis Gergithii. Helleſponticam vocatam videmus eo quod ex vico Marmeſſo prope oppidum Gergithium, in agro Trojano quæ loca ad Helleſpontum ſita, ſit oriunda. Helleſpontus fretum eſt inter Propontidem & mare Ægeum, Aſiam ab Europa, ſeptem, ut referunt Geographi, ſtadiorum intervallo diſterminans. Dicitur hoc fretum Helleſpontus ab Helle Athamantis filia ibidem ſubmerſa. Hæc Sibylla Helleſpontica Solonis & Cyri temporibus extitiſſe creditur. Hoc eſt ſecundum nonnullos anno Mundi 3380. In qua ſententia etiam eſt Doctiſſ: Alſtedius. Secundum alios anno mundi 3403. ante Chriſtum 559. Boiſſardus Olympiade ſexageſima, Sibyllam hanc Helleſponticam, Oracula ſua reddidiſſe, certum eſſe, quamvis non probet, affirmat. Bucholcerus dicit Solonem leges tuliſſe anno mundi 3378. hoc eſt ante Chriſtum natum 593. Cyri autem Regnum in annum mundi 3413. ab eodem Bucholcero rejicitur. Adeo ut Tarquinii Priſci Romanorum Regis, Prophetarum Ezechielis ac Danielis tempore extiterit hæc Sibylla. Stephanus in de urbib. Authorem citans Phlegontem, dicit Sibyllam hanc eandem eſſe cum Sphinge, ejusque effigiem una cum Sphingis in nummis ſuis percuti ſolitam fuiſſe à civibus civitatis Gergithii: Sepultam eſſe Helleſponticam Sibyllam in templo Apollinis Gergithii, idem Stephanus teſtatur. Oraculum quod huic Sibyllæ in Opſopoei membranis Vetuſt: adtribuitur, ſic habet.

Dum meditor quondam, vidi decorare puellam.
Eximio (caſtam quod ſe ſervaret) honore,
Munere digna ſuo, & Divino numine viſa,
Quæ ſobolem multo pareret ſplendore micantem:
Progenies ſummi, ſpecioſa & vera Tonantis,
Pacifica mundum qui ſub ditione gubernet.

At-

Attexamus heic etiam alia, quæ huic assignat carmina Boissardus, quamvis nullo probet argumento. Ea prædixisse fertur Christum æternum Dei æterni filium esse:

Ἀθανάτου μέγαν υἱὸν ἀοιδμῇ ἐκ φρενὸς αὐδῶ·
Ὧ θρόνον ὕψιστος γενέτης παρέδωκε λαβέσθαι
Μήπω γεννηθέντος, ἐπεὶ διχὰ σάρκα τὸ διστὸν
Ἦγέρθη, προχοαῖς δ' ἀπολουσάμενος ποταμοῖο
Ἰορδάνου.

Æterni magnum natum cano pectore ab imo,
Cui solum genitor tribuit supremus habendum
Nondum progenito. Si quidem de corpore duplex
Extitit. Est autem prolutus fluctibus amnis
Jordani.

In Christi adventu cecinit homines fruituros omnium rerum ubertate & felicitate qualis fuit olim tempore aurei sæculi:

Καὶ τότε δὴ χαρὴν μεγάλῳ Θεὸς ἀνθρώποισι δώσει,
Καὶ γὰρ γῆ, ἠδὲ δένδρα, ἠδὲ ἄσπετα θρέμματα γαίης
Δώσουσιν, καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι,
Οἶνόν τε μέλιτος γλυκέος, λευκοῦ τε γάλακτος,
Καὶ σῖτον, ἅπερ ἐσὶ βροτοῖς κάλλιστον ἅπασι.

Tunc quoque gaudium magnum Deus mortalibus dabit,
Nam & terra, & arbores
Dabunt fructum verum hominibus.
Vini & mellis dulcis albique lactis,
Et frumenti ut est optimum mortalibus.

Versus hos Castalio sic reddidit, apud Oplopæum p. 266.

Tunc Deus humanis concedet gaudia magna,
Terraque, & arboreæ stirpes, pecudumque catervæ
Innumeræ veros fructus mortalibus edent
Vinum dulceque mel, niveum lac, quodque vel inter
Omnia frumentum mortales adjuvat ægros.

Hanc rerum omnium ubertatem, inquit Boiſſardus, deſcribit pluribus verſibus Erythræa Sibylla, lib. 3. Oraculorum: quoniam autem heic non quæritur quid Erythræa ſcripſerit, ſed quid Helleſpontica nobis dederit, ideo verſus illos heic deſcriptos non exhibemus, notabit lector tantum, Boiſſardum primum verſum incipere ex lib. III. his verbis.

Γῆ γὰρ παγχύτεται &c.

Et finire hiſce,

Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, καὶ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.

Nam ſolus Deus eſt, & neſcit habere ſecundum.

Hæc quoque Helleſpontiaca, ſicut & cæteræ venturum mundi finem prophetavit: ac Dei filium futurum Judicem vivorum & mortuorum: redditurumque unicuique ſecundum opera ſua.

Ἔσαι γάρ τε τοσσοῦτον ὑπὸ χθονὶ μαινόμενον πῦρ:
Ὅσον ὕδωρ ῥύσει, καὶ ἐξολέσῃ χθόνα πᾶσαν.
Φλέξει ὄρη, καύσῃ πόταμούς, πηγάς τε κενώσῃ:
Ἔσαι κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων:
Καιόμενοι ἢ κακῶς τό τε τλήμονες ἐμβλέψουσιν
Οὐρανὸν, καὶ ἄστροις αὖθ' ὲν πυρὶ κεκμηῶτα.

Tantus enim terris inſaniet ignis, aquæ vis
Quanta fluit: terram delebit funditus: uret
Montes, ſiccabit fontes, fluviosque cremabit:
Mundus erit jam non Mundus: populique peribunt:
Heu miſeri ardentes, & cœlum ſuſpicientes;
Cœlum non aſtris rutilum, ſed ab igne laborans.

Deus ad Judicium veniet, ut judicet mundum univerſum:

Αὐτὸς παγκρατέως ὅταν ἐλθὼν βήματι κείνῃ
Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Κ' ὅτε γονεῖς τέκνοισι φίλοι, καὶ τέκνα γονεῦσι
Ἔσονται, λήξει δυσεβείη, καὶ θλῖψιν ἄελπτον.

Cum

Cum pater omnipotens veniet, ſolioque ſedebit,
Ut vivos functosque, & totum judicet orbem.
Tunc nec amicus erit nato pater, ipſeve patri
Filius, ob ſubitos caſus atque impietatem.

De civitate renovata poſt mundi exitium, in qua regnabunt Juſti æterna beatitudine, & felicitate, hoc modo locuta eſt:

Καὶ πόλιν ἣν ἐποίησε Θεὸς αὐτὴν ἐποίησε
Λαμπεσφόρον, ἀστρῶν, καὶ ἡλίου, ἠδὲ σελήνης.

Et civitatem quam fecit Deus, ipſam fecit
Splendentem aſtris, & ſole & luna.

Cum Deo regnabunt Juſti, in vita permanente, in æternum:

Κλῦτε δέ μοι μέροπες βασιλῆς αἰώνιον ἄρχοντα.

Prædixerat hæc quoque Chriſti paſſionem, & tenebras quæ in Illius morte medio die ſine ulla naturali cauſa contigerunt.

Αὐτὸς γὰρ πάντων ἀκοὴ, καὶ νοῦς, καὶ ὄρασις,
Καὶ λόγος ὁπλίζων μορφὰς, πάντ' ὑπακούει,
Καὶ νεκύας σώζων, πᾶσαν τε νόσον θεραπεύων:
Εἰς ἀνόμων χεῖρας, καὶ ἀπίστων ὕβριν ἥξει.
Καὶ δώσουσι θεῷ ῥαπίσμασι χέρσιν ἀνάγνοις.
Εἰς ὃν βρῶμα χολὴν εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν.
Τῆς ἀφιλοξενίης ταύτης τίσουσι τράπεζαν.
Ναὸς ἀχιόνη καταπέτασμα καὶ ἤματι μέσσῳ
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.

Ipſe cunctorum auditus & mens & viſus
Et ſermo Creator formarum, cui omnia parent.
Qui morte ſolutos ſervat, qui omnem morbum ſanat.
Hunc tandem nactæ ſceleratæ & perfidioſæ
Contundent alapis palmæ (proh crimina) divum.
Felle fames ejus, ſitis illudetur aceto.
Hanc apponet ei tunc ſcilicet hoſpita menſam.

Scindetur templi velum: mediumque diei
Nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis.

Eversionem & ruinam urbium Asiaticarum prævidit, & his verbis enuntiavit Sibylla.

Ἀλλὰ τί δή μοι ταῦτα νόος σοφὸς ἐγγαλίζει;
Ἄρτι δέ σε τλήμων Ἀσίη καλοδύρομαι οἰκτεῴως,
Καὶ γένος Ἰώνων, Καρῶν, Λυδῶν πολυχρύσων.
Λί αἴ Σάρδεις: αἴ αἴ πολυήρατε Τράλλις.
Λί αἴ Λαοδίκεια καλὴ πόλις: ὢ ἀπολεῖσθε;
Σεισμοῖς ὀλυμενοί τε, ἢ εἰς πόνιν ἁλαχθεῖσα.
Ἀσίη τῇ δνοφερῇ Λυδῶν τε πολυχρύσων
Ἀρτέμιδος σηκὸς Ἐφέσῳ πηγνύμενος
Χάσμαλι ἢ ζεισμοῖσι πόθ' ἥξεται εἰς ὅλα δεινὼ
Πρηνὴς ὡς ὅτε νῆας ὑπικλύζῃσι ἀέλλαι:
Ὑπτία δ' ὀιμώζει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα, τὸν ἐκεῖ ναιετάουσα.

Verum quid tandem sapiens mihi suggeret haec mens?
Te te, Asia infelix, tristi declaro querela,
Jonumque genus, Carumque auroque scatentum
Lydorum. Heu Sardis, heu multum Trallis amœna!
Heu Laodicea urbs pulchra! peribitis ergo
Motibus eversa terræ, pulvisque redactæ
Asia caligosæ Lydorum auroque potentum.
Ast Ephesi structum Dianæ nomine fanum
Motibus, & vasto subter mare sidet hiatu
Præceps, ut naves rumpunt si quando procellæ.
Et lacrymas Ephesus recubans ad littora fundet:
Et quod erit nusquam templum gemebunda requiret.

Ex Lælii Cleopassi Hydruntini Poëmatibus:

Virgo, cui cedunt ullo sine lilia nævo.
Electa es magnum ut sis partura Deum.
Ille sacrum effundet susceptа morte cruorem,

In quo certa hominum ſanguine pôſta ſalus.
Poſt triduum quoniam devicta morte reſurgens,
Æterno regnat cum genitore Deus.

Ex Aria Montano:

Dixerat hæc: Summæ è cœli Deus optimus arce
Curabit mites, reſpicietque pios.
Humanoque habitu veniet de virgine natus
Hebræa, in terris conſpiciendus homo.

Ex Inſcriptionibus Senenſibus:

In cibum fel, in potum dederunt acetum. Hanc inhoſpitalitatis monſtrarunt menſam, templi vero ſcindetur velum & medio die nox erit tenebroſa tribus horis.

Ex Ruillio.

Ex alto cœli palatio Deus humilitatem ſervorum ſuorum deſpexit: & naſcetur ex Hebræa virgine, & patietur pro peccatis noſtris.

Ex Garſone:

Ille Dei legem complebit, non violabit;
Perſimilem formam referens, & cuncta docebit.

Sixtus Senenſis p. m. 135. Helleſponticæ Sibyllæ etiam hos verſus tribuit.

Αὐτὸς πληρώσῃ δὲ θεοῦ νόμον, οὐ καταλύσῃ
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων, ἣ πάντα διδάξῃ.

Hoc eſt:

Ille Dei legem complebit, non violabit,
Perſimilem formam referens, & cuncta docebit.

Etiam à ſedulo Lectore notari heic velim, J. Aitzma prædictiones quas huic Helleſponticæ aſſignat, eſſe ab hac Sibylla profectas, nunc enim vi veritatis convictus, fatetur ſe tumultuario modo

Sibyllis ſua attribuiſſe Oracula, etiamſi ubique in ſcripto ſuo cuique Sibyllæ det & aſſignet Oracula propria: Vide p. 762. Et ſic corruit plane frivola ejus intentio, qua uniuscujusque Sibyllæ Oracula particularia producere ac indicare fuit conatus. Interim tamen, quod ſedulo notandum judicamus, hinc inde ex diverſis Sibyllarum libris corradit Oracula, quæ Helleſponticæ aſſignat; perpendere dignetur rogamus Lectorem, futilis hujus Scriptoris methodum, quaſi habeat Spiritum diſcretionis, quo dijudicare queat potius illa quam alia Oracula Helleſponticæ eſſe attribuenda, qua materiam hanc tractat. Primo hauſit quædam ex libro quarto p. 296. vers. 17. uſque ad finem libri, deinde compilat quædam ex libro tertio p. 230. vers. 21. uſque ad p. 250. & tandem concludit ex libri tertii p. 282. uſque ad finem illius libri: Hoc quam inſulſum ſit, nemo eſt qui non videat.

CAPUT X.

DE

SIBYLLA PHRYGIA.

BREVIARIUM.

QUo loco à quibusdam ſit collocata. Cum Erythræa & Cumana eadem ſtatuitur à nonnullis. Ab aliis cum Epirotica. Quomodo olim vocata. Cur Phrygia dicta. Spiritu Pythio fuit Vaticinata. Pythia vates unde nomen traxerit. Phrygia ubinam. Duplex olim fuit Ancyra ſecundum Plinium. Carmina huic Sibyllæ ab Opſopæo, Boiſſardo, aliisque adtributa.

NOno loco à Lactantio, Boiſſardo & Iconibus Senenſibus recenſetur Sibylla Phrygia: *nonam*, inquit, *Phrygiam; quæ Vaticinata ſit Ancyræ.* Pauca admodum imo fere nihil de hac Sibylla à Scriptoribus memoriæ proditum reperimus.

Hanc



S. PHRYGIA.

Hanc Martianus Capella lib. II. cum Erythræa & Cumana eandem facit. Hanc eandem esse cum Epirotica Sibylla putant nonnulli: de Epirotica aliisque nonnullis postea latius. Notandum autem Clementem Alexandrinum putasse hanc Sibyllam Phrygiam, Dianam fuisse vocatam, & Delphos profectam, ceciniſſe.

Ὦ Δελφοὶ οἱ θεοφάντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Ἀντικασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

Hoc eſt.

O Delphi, Phœbi ferientis qui eminus eſtis
Servi, veni ad vos Jovis expoſitura potentis
Mentem, in germanum cum ſim bile percita Phœbum.

Sunt qui hanc dicunt fuisse Cassandram Priami filiam. Et sic eadem esset cum illa quæ à Suida Sarbis & Taraxandra vocatur. Martianus Capella loco laudato, putat, hanc Herophilen Trojanam Marmensi filiam esse, sed hoc à nullo Scriptore quod sciam affirmatur: præsertim Trojanam hanc fuisse Sibyllam. De hac Sibylla Phrygia affirmat Cælius Rhodiginus, uti supra notavimus, solam Sibyllæ nomine fuisse designatam aliasque ab illa, (forte velut à parilitate scientiæ) Sibyllarum nomen adeptas esse. Hanc Apollinis instinctu, hoc est, spiritu Pythio, fuisse Vaticinatam credunt nonnulli. De spiritu hoc pseudo prophetico Pythio, postea agendi locus dabitur opportunior, hoc impræsentiarum, tantum addimus, alia alibi dicturi: ex Origine contra Celsum lib. VII. *De Pythia*, hoc est Fœmina spiritu Pythio arrepta, *narratur, Vatem illam Apollinis desidere super foramen specus Caſtalii, & adscendentem inde Spiritum per muliebre gremium recipere, quo repleta profert illa, & Divina, ut putantur Oracula.* נוד Hebræis esse muliebre pudendum, Hebrææ linguæ periti satis norunt, hinc Pythiam Sibyllam, aut Vatem contendunt nonnulli esse dictam, eo quod partibus pudendis spiritum illum Pseudo-Propheticum à Dæmone, spurcitiei amantissimo exciperet, & sic quasi e ventre voces proferret, unde ἐγγαστρίμυθοι & Pythonissæ, quæ hunc spiritum sunt nactæ, dicebantur. Forte de hac materia

alibi

alibi fusius agemus : Doctiss: Alstedius hanc Sibyllam floruisse putat anno mundi 3500. sed hoc probatum non videmus à Viro diligentissimo, quod oportuisset, si assertioni illi fidem habere debeamus. Cognominata fuit Phrygia, vel eo quod in Phygia nata, vel quod & ibidem habitarit. Phrygiam Asiæ Minoris esse regionem nemo est qui non sciat. Ancyræ fuisse Vaticinatam testantur Scriptores. Phrygiæ esse oppidum Ancyram testatur Plinius lib. V. cap. XXXII. Notandum etiam Plinium duarum Ancyrarum meminisse, unius in Phrygia, alterius in Galatia. De tempore quo floruit aut de ejus obitu & sepulchri loco nihil quidquam adnotatum invenire potuimus. Hoc Oraculum in veteri M. S. Latino ab Opsopæo, illi adscriptum, fuit repertum.

Ipsa Deum vidi, summum punire volentem
Mundi homines stupidos, & pectora cæca, rebellis.
Et quia sic nostram complerent crimina pellem,
Virginis in corpus voluit demittere cælo
Ipse Deus prolem, quam nunciet Angelus almæ
Matri, quo miseros contracta sorde levaret.

Alia etiam huic Sibyllæ adtribuuntur Oracula quæ & heic ex Boissardo recensere lubet. Phrygiam hanc ferunt Christi nativitatem secundum carnem ex Virgine Maria prædixisse, quam illi Angelus Dei annuntiavit:

Ὑσαλίοις τε χρόνοις χθόνα ἡμείψατο *
Καὶ βροχὺς ἐλθὼν παρθένε ἐκ Μαρίας λαγόνωντε
Ἐξανέτειλε νέον φῶς *
Οὐρανόθεν ἣ μολῶν βρολέλω ἐνεδύσατο μορφλὼ.
Πρῶτα μὲν ἓν Γαβριὴλ ἀθεναρὸν δέμας ἀγνὸν ἐδείχθη,
Δεύτερα δὴ κήρλω Ἀυτάγγελος ἔννεπε φωνῇ.
Δέξαι ἀχραάντοισι Θεὸν σοῖς ὦ παρθένε κόλποις.
Ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε Θεὸς χάριν, ἣ δ' ἀεὶ κύρη
Τλὼ ἄρρα τάρβος ὁμῶ θάμβος θ' ἕλεν ἐξαίφνης:
Στῆ δ' ἄρ' ὑποτρομέουσα, νόος ἣ οἱ ἐπλόητο
Παλλομένης κραδίης, ὑπ' ἀγνώστοισιν ἀνάγκαις.

Tem-

*Temporibusque petit poſtremis terram **
Et brevis egreſſus Mariæ de Virginis alvo
*Exorta eſt nova lux. **
E cœlo veniens mortales, induit artus.
Ac primum corpus Gabriel oſtendit honeſtum
Nuntius, hinc tali affatur ſermone puellam:
Accipe, virgo, Deum gremio intemarata pudico.
Sic ait: aſt illam cæleſtis gratia molli
Leniit afflatu. Tum virginitatis amatrix
Perpetuæ, magno ſubito correpta ſtupore,
Atque metu, trepida preſſit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiſcens.

Annuntiavit etiam Chriſtum mortem paſſurum pro nobis, deſcenſurum ad inferos, ac tertio die reſurrecturum.

Ἦξέ δ' εἰς Ἀΐδλω ἀϛγέλων ἐλπίδα πᾶσι.
Καὶ θανάτῳ μοῖρϕν τελέσϕ τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας
Καὶ πότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἦξε.
Πρῶτϕ ἀναϛάσεως κλητοῖς ἀρχλὼ ὑποδείξας.
Πρῶτα ϑ' τοῖς ἰδίοις φανερὸς πότε κύρμϕ ἔϛτω
Σάρκινϕ, ὡς πάρϕ λῶ, χερσίν τε ποσίντ' ἀπιδείξε
Τέσσαρϕ τοῖς ἰδίοις ἴχνη πηχθέντα μέλεσιν.

Devenietque (bonam ſpem portans omnibus) Orcum,
Et tridui ſomno peraget mortalia fata.
Tum demum linquet manes, lucemque reviſet
Prima reſurgendi lectis veſtigia monſtrans.
Porro ſuis primum Dominus patefiet, eritque
Corporeus, ſicut fuit ante, manusque pedesque
Oſtendetque impreſſa ſuis veſtigia membris
Quattuor.

Proteſtatur etiam ſe ex Dei præcepto annuntiare omnibus impiis iram Divinam propenſam imminere iis, qui non reſipiſcent.

Ἐρ-

Ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἀπὸ κόσμον ἀπειθῆ
Ἔσχαλον εἰς ἀιῶνα θεὸς μελλούσαις φαίνω,
Πᾶσι προφητεύουσα καλὰ πόλιν ἀνθρώποισι.

Terribiles toti mundo Divinitus iras
Postremi sæcli venturas tempore pando:
Omnibus humanis effando futura per urbes.

In Idololatras invehitur. illisque furorem Dei summi instare ostendit brevi, in ultionem impietatis illorum:

Ταῦτα μὲν Αἰγύπτῳ θεὸς ἔννεπεν ἐξαυδῆσαι:
Ὑστατίῳ καιρῷ ὅτε πάγκακοι ἄνδρες ἔσονται:
Ἀλλὰ τὰ λαοὶ πρῶτοι κακοὶ κακότητα μενοῦντες
Ὀργὴν ἀθανάτοιο βαρυκτύπου Οὐρανίωνος.
Ἀντὶ θεοῦ ἢ λίθους ἢ κωφὰ ἀγάλματα θρησκεύοντες:
Πολλὰ μάλ' ἄλυδις ἄλλα φοβούμενα, οἷς λόγος οὐδείς,
Οὐνοῦς, οὐκ ἀκοή.
Ἐξ ἰδίων ἢ κόπων ἢ ἀταθαλίων ὀπινοιῶν
Ἀνθρωποι δέξαντο θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦστε, χρυσοῦστε, ἢ ἀργυρέουστε ματαίως,
Ἀψύχους, κωφούς, ἢ ἐν πυρὶ χωνευθέντας
Ποιήσαντο, μάτην πεποιθότες ἐν τοιούτοις

Hactenus Ægypto Deus hæc me dicere jussit:
Tempus ad extremum, quo gens humana futura est
Pessima: sed durantque, malique malum opperiuntur
Iram, immortalis, cælestis & altitonantis:
Proque Deo Lapides, & ficta animalia multa
Relligione colunt trepidi, diversaque: quorum
Non ullus sermo, mens nulla, auditio nulla est.
— — — *Quos nempe creavit,*
Humanæque manus labor atque industria mentis;
Accepere Deos stulti, saxove vel auro,
Ære, vel argento factos, lignove dolatos,
Exanimes, surdos, conflatos ignis in æstu.

Ju-

Judicium poſtremo ſæculo futurum eſt: quo Deus æterno ſedens tribunali judicabit Reges, omnesque homines:

Ταρτάρεον ᾧ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα
Ἥξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.

Terra tunc candens oſtendet tartareum Chaos,
Venientque ad tribunal Dei Reges omnes.

Signa tamen & portenta præcedent, quæ de cœlo innoteſcent, & adventum Domini hominibus annuntiabunt:

Σάλπιγξ ἐξανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει.

Tuba de cœlo vocem lamentabilem emittet.

Et ut ſuperius dictum eſt de iisdem venturi Judicii ſignis:

— — — Ἐν ᾧ τόδε σῆμα τέτυκται
Ῥομφαῖαι, σάλπιγγες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι
Κόσμῳ ἅπας μύκημα, καὶ ὄμβριμον ἦχον ἀκούσει.

— — — *Signumque dabunt hæc*
Enſes, atque tubæ ſimul, & ſole exoriente
Terribilem ſonitum, mugitumque audiet omnis
Mundus.

Mali atque Impii pœnis Æternis involuti cruciabuntur.

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ βρύξουσιν ὀδοῦσι.
Τῶν ἀνόμων ψυχαὶ ὀλολυγμοῖσί τε, φόβῳ τε,
Τικόμεναι ἦ λιμῷ, δίψῃ, λοιμῷ τε, φόνοις τε,
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξεῖ ἀπ' αὐτῶν.

Humanæque animæ frendebunt dentibus omnes:
Vexabuntque malos ululatus, atque timores:
Cædibus, atque ſiti, fame peſteque deficientes.
Optandumque mori dicent, fugietque vocantes.

Fusius has impiorum pœnas describit Sibylla Erythræa lib. II. inquit Boissardus: sed quem in finem Erythrææ Oracula producat, cum de Phrygiæ Sibyllæ Prophetiis agatur, nos equidem non capimus. De Phrygia porro scribens, subjicit & præmia immensa, quibus pios culmulabit Deus, & beabit illos, qui juste vixerunt, in vita æterna.

Τὰς δ' ἄλλας, ὁπόσοις τε δίκη, καλὰ τ' ἔργα μέμηλεν
Ἠδὲ καὶ εὐσεβίητε, δικαιότατοί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι Διὰ αἰθομένης ποταμοῖο
Εἰς φάος ἄξουσιν, καὶ εἰς ζωὴν ἀμεμφέα.
Ἔνθά πέλει τείχος ἀθανάτου μεγάλοιο Θεοῖο.
Ἄλλῳ ἀποσήσας πέμψει Διὸς λαὸν ἑαυτοῦ
Εἰς ζωὴν ἑτέρην, καὶ αἰώνιον ἀθανάτοισιν
Ἠλυσίῳ πεδίῳ.

Ast alios, qui jus æquum coluere, bonumque
Et quibus & pietas & mens fuit optima cordi,
Sublatos Genii rapidum per fluminis æstum
Ducent in lucem, & securæ munera vitæ.
Immortalis ubi magni via trita Tonantis.
Perque suos aliam in vitam mandabit, eamque
Æternam nullo morituris tempore, campo
Scilicet Elysio.

Fient enim hæc omnia post Resurrectionem mortuorum dum omnes homines in sua carne restituti coram Deo comparebunt:

Καὶ τότε ἀναστήσας νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας
Καὶ θανάτου κέντρον.

Et tunc excitans mortuos Parcarum fata resolvet,
Et mortis aculeum.

Asiaticis populis multa mala imminere pronuntiat his verbis:

Ἀσίς δ' ἡ μεγάλη τότε πάμφορος ἔσεται ὕδωρ:
Καὶ Κρήτης πεδίον. Κύπρος δ' ἕξει μέγα πῆμα

Καὶ Πάφος ἀϊξῇ δεινὸν μόρον, ὥς τε νοῆσαι
Καὶ Σαλαμῖνα πόλιν μεγάλην μέγα πῆμα παθοῦσαν
Νῦν μὲν χέρσος ἄκαρπος ἐπ' ἠόνος ἔσεται αὖθις:
Ἀκρὶς δ' ἐκ ὀλίγη χθόνα Κύπριον ἐξολοτρώσῃ:
Εἰς Τύρον ἀινόμοροι μέροπες κλαύσεσθε βλέποντες:
Φοινίκη, δεινός σε μένει χόλος, ἄχεα τεσεῖν σε:
Πῆμα κακὸν Σειρῆνες ὅπως κλαύσουσιν ἀληθῶς.

Tunc Asia illa ferax rerum redigetur in undas,
Cretaque campus erit: feret & mala tristia Cyprus:
Et Paphus, ut sapiat, patietur tristia fata.
Et Salamina urbem magnam mala tristia passam
Tunc erit infelix, sterilisque in littore tellus.
Cypria non paucæ vastabunt arva locustæ.
Spectandoque Tyron mortales flebitis ægri.
Phœnice, gravis ira tibi est ventura, ruinam
Ut vere plorent casum Sirenes acerbum.

Et paulo post de Asia loquens in hæc verba prorumpit:

Εὐθὺς βάρβαρος ὄχλος ἐς Ἀσίδα γαῖαν ὁδώσῃ,
Καὶ Θρηκῶν ὀλέσῃ δεινῶν γένος ὡς ἀλαπαδνόν:
Καὶ τότε θυμοβόροι μέροπες κατέδουσι γονῆας,
Λιμῷ τειρόμενοι, ᾗ ἐδέσματα λαιφάσσοντες.
Πάντων δ' ἐκ μελάθρων θῆρες κατέδουσι πρόπεζαν.

Protinus invadent Asiæ oras barbara turba:
Et duros perdent tanquam sine robore, Thracas:
Tunc homines mœsti vescentur carne parentum
Et tales epulas, fame sic urgente, vorabunt.
Præbebitque feris mensam domus omnis.

Ex Lælio Cleopasso.

Occupat ecce Deus summus cæleste tribunal:
Terribilisque sonum duplicat ære tuba.
Ecce iterum manes furvo revocantur ab orco;
Corpora de tenebris quo rediviva petant.

Grata bonis lux iſta; malis ſed plena dolorum:
Hi pœnas, illi gaudia certa ferent.

De ea Arias Montanus:

Terribili reſonante tuba terra ima dehiſcet,
Siſtentur Reges ante Dei ſolium:
Ille bonis, atque ille malis feret ultima jura;
His ignem, æternas delicias aliis.

Ex Inſcriptionibus Senenſibus:

Tuba de cœlo vocem luctuoſam emittet. Venient ad tribunal Dei omnes Reges. Deus ipſe judicabit ſimul pios & impios. Tunc demum impios in ignem, & tenebras immittet. Qui autem pietatem ſecuti fuerint, iterum vivent.

Ex Ruillio:

Tuba de cœlo ſonum emittet horribilem & lamentabilem. Terra abyſſum maximam oſtendet: & omnes Reges ſiſtentur ad tribunal Dei ſummi, qui Judicium faciet de bonis & malis. Malos & impios immitet in ignem inextinguibilem. Sed qui Deum amaverint, & coluerint, quique exercuerint bonitatem & fidelitatem, ii reſurgent, & vivent.

Hoc Carmen Sixtus Senenſis Phrygiæ Sibyllæ dandum eſſe cenſet, quamvis alii aliis Sibyllis adſcribant,

Ναὸς σχισθῇ καταπέτασμα, τὴ ἤμαλι μέσῳ
Νὺξ ἔσαι σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρίσιν ὥρῃς.
Καὶ θανάτῳ μοῖραν τελέσῃ τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας.

Hoc eſt

Scindetur templi velum, mediumque diei,
Nox tenebroſa premet tribus admirabilis horis.
Et tridui ſomno peraget mortalia fata.

Tres


S. TYBURTINA.

Tres hi verſus reperiuntur lib. VIII. ſed notandum Sixtum Senenſem quatuor inter duos priores & ultimum inter medios omiſiſſe, quod cur fecerit horiolari nequeo, ſaltem, illum non potuiſſe κριτήρια animadvertere, quibus motus ſit, quatuor inter medios expungere, nulla enim hiſce pſeudo-Sibyllinis verſibus ineſſe, affirmamus ac pro certo tenemus. Notandum etiam J. Aitzma de Sibylla Phrygia agentem, magnam libri tertii partem, à p. 250. vers. 22. uſque ad vers. 22. p. 281. huic Sibyllæ Phrygiæ attribuere, nulla, pro more ſuo, adducta ratione; & merito quidem, quoniam aſſertionis ſuæ nullam habet nec habere poteſt.

CAPUT XI.

DE


SIBYLLA TIBURTINA.

BREVIARIUM.

CUr Tiburtina vocata. Varia ejus nomina. Nativitatis & ſepulchri hujus Sibyllæ nulla apud Scriptores mentio. Quando floruit. Ejus nomen. Cur Albunea dicta. Anien fluvius unde nomen acceperit. Alſtedius notatus. Fabella de Chriſto. Oracula huic Sibyllæ ab Opſopœio & Boiſſardo &c. adtributa.

DEcima denique & ultima à Lactantio memorata Sibylla, eſt Tiburtina. *Decimam*, inquit, *Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur, ut Dea, juxta ripas Amnis Anienis: cujus in gurgite ſimulachrum ejus inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum. Cujus ſacra Senatus in Capitolium transtulerit.* Quæ à Lactantio Tiburtes, ab aliis Tiburtina vocatur, Tiburtinæ nomen aſſecutam eſſe, ſcribit Schmidius, eo quod poſt mortem, Tiburi, juxta ripas amnis Anienis ut Dea culta fuit, eam

eam nonnulli Sarbin, vel Caſſandram vel Taraxandram nominarunt. Nativitatis ut & ſepulchri locus à Scriptoribus non indicatur, nec habemus quidpiam quod iis de rebus proferamus. Alſtedius in ſuo Chronologiæ theſauro ſcribit Tiburtinam hanc Sibyllam floruiſſe vaticiniis claram, anno mundi 3910. hanc vero ſuam opinionem non probat, rationibus, ut putamus deſtitutus, ideoque non eſt cur fidem aſſertioni illi adhibeamus. Nomen ejus Albunea fuit, inquit Lactantius. à Tibullo aliisque quibusdam *Albuna* dicta. Dea illa quæ Tiburi colebatur, à nonnullis Juno Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, una cum Melicerta filio in mare ſe præcipitavit, fuiſſe putatur. Albunea vocatur à fonte & nemore Albuna juxta Anienem. Hæc Sibylla Albanea, fuit ſecundum quorundam opinionem, ſic dicta, eo quod Deam hanc cum Græca Ἀλβούθεα eandem eſſe exiſtiment. Sed potius Albuneam vocatam dicamus à fonte Albuna, qui hoc nomen eſt ſortitus ab aquis albis ab illo fonte manantibus, teſtatur Strabo lib. V. juxta Anienem albulas aquas easque frigidas è multis fontibus ſcaturire, easque ſalutares morbis ſanandis. Verba ejus ſunt, ἡ τὰ ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν πρὸς ποικίλας νόσους ὑγιεινά. Sic Tibris albula & albana flumina à Tibullo. Albæ autem dicuntur aquæ, propter earum perſpicuitatem & ſplendorem. Callimachus in hymno Jovis, fluvium Erymanthum, λευκώπατον τῶν ποταμῶν vocat: *Candidiſſimum fluminum*. Et Homeri Scholiaſtes; λευκὸν ὕδωρ. Voce διαυγὲς *ſpendidam, transparentem*. Sic maris Tranquillitas dicitur γαλήνη ἀπὸ γάλακτος, *lacte, ab albore*. Hinc vocata fuit Sibylla Tiburtina Albunea. Aliam hoc de nomine opinionem fovet la Cerda in Virgil. Æneid. lib. VII. Vult enim hanc denominationem originem habere ab Albunea nympha, fontis ejusdem nominis præſide. Verba ejus apponimus. Ergo cum Acro & Porphyr: in odem VII. lib. I. Horatii dicant, inquit la Cerda. Albuneam fuiſſe nomen nymphæ præſidis fontis ejusdem nominis; credibile eſt, ab Sibylla, quæ ibi olim vaticinaretur, relictam hanc nomenclaturam, non ſolum fonti, ſed etiam ſylvæ, & inde propagatam ſuperſtitionem, ut Itali locum adirent, ad petendum Oracula, tanquam adhuc Sibyllæ ſpiritus reliquus eſſet in fonte aut ſylva. Cœterum juxta ripas amnis Anienis culta fuit hæc Sibylla ut Dea, inquit Lactantius, hujus templum ad vivum delineatum heic conſpiciendum dare voluimus



mus. Anien fluvius Italiæ in montibus Trebananorum naſcens, Tiburtinum irrigans agrum. Vulgo *Teverone*. Nomen autem accepiſſe putatur ab Anio Hetruſcorum Rege, qui Cethegum filiæ ſuæ raptorem inſequens, cum eum aſſequi non poſſet, in hunc fluvium inſiliit; & ut Anien vocaretur effecit. Putant quidam hanc Tiburtinam Sibyllam circa tempus nativitatis Jeſu Chriſti Servatoris noſtri aut paulo ante floruiſſe, adeo ut inter ultimas ſit referenda, nec pro adeò ac præcedentes, antiqua habenda. Dicitur etiam, hanc Sibyllam Imperatorem Auguſtum juſſiſſe, ut puerum Hebræum, Virginis filium adoraret: hiſtoriam hanc, vel fabellam potius, quam vere, lector judicet, his verbis refert Janus Boiſſardus in de Divinatione & Magicis Præſtigiis: p. m. 278. Tradunt inquit, Auguſtum Cæſarem, cum ad ſummum pervêniſſet Imperium, videreturque totum orbem terrarum ſub ſua continere poteſtate, legiſſetque Sibyllinos verſus qui dicerent eo tempore venturum ſummum Regem ac rerum Dominum, qui mundi futurus eſſet Princeps: Prophetiam hanc de ſe latam arbitratum eſſe: dumque ideo intumeſceret, & ab adulatoribus, qui ſemper frequentes fuere in aulis Regum, incitaretur, ut ſe Dominum compellari ſineret, Divinisque honoribus coli: anxius ferebatur, dubius quid eſſet facturus. Nam eo tempore Regis nomen odioſum erat, Domini vero nimis ambitioſum: Suaſu igitur ſuorum, Tiburtinæ Sibyllæ Oraculum petivit, quæ in adyto templi Palatini, (nunc *ara Cæli* vocatur) evocata, aut potius Dæmon ſub ejus forma, comparuit: Imperatoremque in cœlum oculos attollere juſſit: ubi illi oſtendit Virginem forma ſingulari, & Divina facie micantem, quæ ulnis continebat filium radiis lucis coruſcantem, qui in globo Lunæ cum matre Diva ſedebat: hunc inquit Phœbus verum Deum, verumque hominem brevi ſuſtinebit collis, qui mundi futurus ſit Rex & Dominus: & hic ſolus inter homines colendus eſt, & adorandus. His Sibyllæ verbis victus eſt Auguſtus, neque impoſterum expetivit titulum, qui homini non poterat competere, licet animo eſſet admodum elato & ambitioſo: maluit tamen ab inſtituto deſiſtere ultro, & monitis Divinis parere quam obſtinato animo admittere titulos Deo ſoli convenientes: factumque eſt, ut Jeſus Chriſtus, qui illi monſtratus erat à Sibylla, Dei Filius verusque Deus, & verus homo ſub Au-

guſti Regno ſecundum carnem natus ſit ex Diva Virgine Maria, qui pro noſtra ſalute paſſus, & mortuus in cruce, reſurrexitque à mortus ſub Tiberio Cæſare, & in Cœlum adſcendit, ubi ad Dei patris dextram ſedens, ſuæ Eccleſiæ præſidet interceſſor & mediator inter Deum & homines. Huic fabellæ fidem habere D. Alſtedium virum Doctiſſimum, ſatis mirari non poſſumus eumque indubitatam Sibyllarum Chronologiam voluiſſe exhibere deprehendimus in Theſauri chronologici cap. LII. Verum rem illam à nemine confici poſſe pro certo pronuntiamus, nihil enim majori apud Hiſtoricos incertitudine memoratum legimus quam totum de Sibyllis negotium. Oraculum quod in M. S. Opſopœi huic Sibyllæ attribuitur, ſic habet:

Verax ipſe Deus dedit hæc mihi munia fandi,
Carmine quod ſanctam potui monſtrare puellam,
Concipiet quæ Nazareis in finibus, illum
Quem ſub carne Deum Bethlemica rura videbunt.
O nimium fœlix, cœlo digniſſima mater,
Quæ tantam ſacro lactabit ab ubere prolem.

Nonnulla etiam alia huic aſſignat Sibyllæ Boiſſardus, quæ etiam, heic, ut de præcedentibus Sibyllis actum fuit, adjicere lubet, Lectori haud ingratum futurum exiſtimantes ſi Boiſſardi opinionem etiam de hac Sibylla proferamus, ac oſtendamus quænam Oracula huic adtribuat: Scripſit multa de diverſis Caſibus, & Damnis, quæ Italiam, aliasque Regiones vexarunt; deque uno Deo ſummo, de pietate ſequenda: interque hæc quæ ſequuntur annumerari poſſunt:

Ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσονται,
Ὅσοι δὴ σέβεσι μέγαν Θεὸν ἀλογέοντες
Πρὶν φαγέειν, πρέιν τε πεποιθότες ἀσεβέησιν.
Οἱ νηὸς μὲν πάντας ἀποστρέψουσιν ἰδόντες.
Καὶ βωμὸς εἰκαῖα λίθων ἀφιδρύματα κώφων.
Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα, ἠδ θυσίῃσιν
Τετραπόδων. βλέψασι δ' ἔν θεῷ εἰς μέγα κῦδος.
Οὔτε φόνον ῥέξαντες ἀπάφθαλον, οὔτε κλοπαῖον,
Κέρδος ἄπειρον ἑλόντες ἀδὴ ῥίψασα πέτυκλαι.

Οὐδ'

Οὐδ' ἀρ' ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχουσι:
Οὔτ' ἔδμὶ ἄρσεν & ὕβριν ἀπεχθέα συγερωύτε.

Fælices hominum illi verſabuntur in orbe,
Qui laudare Dei ſupremi numen amabunt,
Ante cibum & potum freti pietatis amore.
Omnia qui viſu templa avertentur, & aras,
Et lapidum vanas ſtupidorum pondere moles.
Sacrifico fœdas animantum, quadrupedumque
Sanguine; ſuſpicientque Dei decus unius ingens:
Nec diram facient cædem, neque lucra parabunt
Grandia per furtum, quæ ſunt deterrima plane:
Nec vetitum alterius cupient fœdare cubile:
Maſcula nec turpi maculabunt corpora tactu.

In Romam quoque acriter invehitur, propter Principum populique ſuperbiam, & crudelitatem: illique declarat pœnas, & deſolationem quæ illi propter ſcelera & impuritatem evenient.

Μοιχεῖαι παρὰ σοὶ, καὶ παίδων μίξις ἄθεσμος,
Θηλυγενὴς, ἄδικός τε, κακὴ πόλι δύσμορε πασῶν.
Αἴ αἴ πάντ' ἀκάθαρτε πόλι Λατινίδος αἴης,
Μαίνας ἐχιδνοχαρὴς, χήρη καθεδεῖο παρ' ὄχθας;
Καὶ ποταμὸς Τιβερίς σε κλαύσῃ σὸν παρόκοιτιν
Ἥτε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμόν.
Οὐκ ἔγνως τί Θεὸς δύναται, τί δ' μηχανᾶται,
Ἀλλ' ἔλεγες, μόνη εἰμὶ, καὶ οὐδείς μ' ἐξαλαπάξῃ.
Νῦν δέ σε καὶ σὰς πάντας ὀλεῖ Θεὸς ἀιὲν ὑπάρχων.
Κ' οὐκέτι σε σημεῖον ἔτ' ἔσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ὡς τὸ πάλαι: ὅτε σὰς ὁ μέγας Θεὸς ἔυρατο πμάς.

Mater adulterii, marium teterrima nutrix
Concubitus, urbs mollis, iniqua, ſceleſta, nefanda,
Eheu! Urbs terræ prorſum impurata Latinæ,
Mænas viperea, ad ripas viduata ſedebis:
Teque ſuam uxorem Tiberis lachrymabitur amnis.
Impius eſt animus tuus, & cor cæde cruentum.

Neſcis quid poſſit Deus, aut quid cogitet: atque
Sola, inquis, ego ſum: non ſum ſuperabilis ulli.
Nunc Deus æternus diſperdet teque tuoſque.
Nec ſuper ulla tui in terra monumenta manebunt,
Ut quondam, magnus tibi cum Deus auxit honores.

Dum dicit propoſuiſſe hominibus viam rectam & malam. Pios viæ rectæ inſiſtere: malos autem per viam mortis ad æternam perditionem ſine judicio properare:

Αὐτὸς ὁδὸς προέθηκε δύο ζωῆς, θανάτε τε.
Καὶ γνώμῃ προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι.
Αὐτοὶ δ' εἰς θάνατον, καὶ πῦρ αἰῶσιν ἔρριψαν.

Ille vias poſuit binas, vitæque necisque:
Propoſuitque bonam menti ſibi ſumere vitam
Sed ſeſe in mortem æternam jecere, & in ignem.

Addit ſtatim poſtea quomodo pii vivere debeant, ut Deo ſummo, & immortali placeant: atque ita ex verbis Dei loquitur:

Εἰκὼν ἐς' ἄνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ θὲς καθαρὴν τε ἀναιμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν: καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον,
Καὶ διψῶντι πολὺν, καὶ εἵματα σώματι γυμνῷ.
Ἐξ μόχθων ἰδίων πορίσας ἁγναῖς παλάμῃσιν,
Θλιβόμενον κλῆσαι, καὶ τῷ κάμνοντι παρέσσαι.
Καὶ ζῶσαν θυσίαν ταύτην τῷ ζῶντι πόριζε.

Effigies mea homo eſt rectæ rationis alumna.
Huic tu pone volens puram ſine ſanguine menſam,
Repletamque bonis: panem potumque famenti.
Et ſitienti da: nudum tege corpus amictu.
De proprio caſtis manibus largire labore.
Hæc à te detur viventi victima vivens.

Hæc quoque ſuperius, Chriſtum venturum dicit ad bonorum liberationem, & tutelam.

Καὶ

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίου πέμψειε Θεὸς βασιλῆα,
Ὅς πᾶσαν Γαῖαν παύσῃ πολέμοιο κακοῖο.

Tunc à sole immittet Deus Regem,
Qui omnem terram liberabit à bello malo.

Christo Servatori patriam futuram Bethlehem prædicit:

Σπαργανόθεν ὃ βρέφος δείχθη θεοπαθέσι φάτνῃ,
Καὶ Λόγος ἡ Βηθλὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέγχθη.

Monstratusque Dei præcepta sequentibus infans
In præsepe cubans, quem fascia circuit: estque,
Dicta Logi Bethlem Divino patria nutu.

Ultimis temporibus homines juste ac pie victuros ostendit, ideo Deo procurante summa fælicitate fruituros.

— — — Τότε χωσῇ καθαρὸν νόον
Ἀνθρώπων, σπείσῃ δὲ γένος τὸν σὸν, ὡς πάρος ἦσθα
Οὐκέτι τις νήσῳ βαθιῇ ἄυλακα γυρώσει ἀρότρῳ.
Οὐ βόες ἰθυντῆρα κάτω βάψουσι σίδηρον.
Κλήματα δ' ἀκαχεῖς, οὐδὲ στάχυες, ἀλλ' ἅμα πᾶσιν
Μάννα τις δροσερὴ λευκοῖς ἐπ' ὀδοῦσι φαγέντι.
Σὺν δ' αὐτοῖς ἔσῃ τότε κῆ Θεὸς, ὥστε διδάξῃ.

Tunc hominum gignet puras in pectore mentes,
Restituetque genus, fuit ut tibi tempore prisco.
Jam nullus sulcos curvo proscindet aratro:
Terra nec à bubus ferro scindetur acuto.
Nec spicæ, nec erunt sarmenta: sed omnibus una
Roscida manna simul mandetur dentibus albis.
Nec Deus abfuerit illis, qui cuncta docebit.

Romæ iterum minitatur exitium propter Idololatriam & scelera:

Ἦξέ σοι πότ' ἄνωθεν ἴσον ὑψαύχενε Ῥώμη,
Οὐρανίου πλῆγὴ, κῆ κάμψεις ἀυχένα πρώτη.

Κ' ἀκεδαφιωθήσῃ, ἠ πῦρ σε ὅλεσῃ δαπανήσῃ
Κεκλιμένῃ ἐδάφεσιν ἐοῖς, ἠ πλῆτο ὀλεῖτε.
Καὶ σὰ θέμεθλα λύκοι, ἠ ἀλώπεκες οἰκήσουσι.
Καὶ τότ' ἔσῃ πανέρημο ὅλως, ὡς μὴ γεγονῦα.
Πῆ τότε παλλάδιον; ποῖός σε Θεὸς ἀμφασώσῃ;
Χρυσῆς, ἢ λίθινο, ἢ χάλκεο; ἢ τότε πῆσι
Δόγμα τᾷ Συγκλήτῳ; πῆ Ρ'είης ἠὲ Κρόνοιο;
Η'ὲ Διὸς γενεή; ἠ πάντων ὧν ἐσεβάσθης
Δαίμονας ἀψύχους νεκρῶν εἴδωλα καμόντων,
Ὧν Κρήτη καύχημα τάφος ἢ δύσμορο ἴαχῇ.
Θρηνοδύσα θρέπτοισιν ἀναιθήτοις νεκύεσσιν.

Par tibi de cœlo, ſublimis vertice Roma,
Adveniet clades, & flexo vertice prima
Complanaberis, & tota abſumeris ab igne,
In tua devergens ſola: divitiæque peribunt.
Inque tuis degent vulpesque, lupique ruinis.
Tunc deſerta, quaſi nunquam ſis nata, jacebis.
Tunc ubi Palladium? quis te Deus aſſeret auro,
Ære vel argento factus? conſulta Senatus
Tunc ubi ſunt? ubi Rheæ, Saturniquepropago,
Aut Jovis? & quorum tot Relligioſa colebas
Manes exanimos, ſimulachraque luce carentum,
Infelix quorum ſe jactat Creta ſepulchris.
Sedibus exornans vitâ, ſenſuque carentes.

Ex Lælio Cleopaſſo.

Fœlix ante omnes genitrix caſtiſſima matres,
Quæ nato præbet ubera pura Deo.
Vagitu in primo Bethlemica rura videbunt
Regem hunc: cui Solymæ fata cruenta param.
Diſcite juſtitiam, mortales: judice namque hoc
Quæcunque exiſtunt ultima fata ferent.

Ex Aria Montano :

Excipiet natum Christum Clarissima Bethlem :
Nazaret agnomen, notitiamque feret.
O Felix, cui contigerint hæc pignora, mater!
Et quibus uberibus nutriet illa Deum.

Ex Inscriptionibus Senensibus.

Nascetur Christus in Bethlehem : annuntiabitur in Nazaret, Regnante tauro pacifico fundatore quietis. O Fælix Mater, cujus ubera ipsum lactabunt!

Ex Ruillio :

Jesus Christus nascetur in Bethleem : & annunciabitur in Nazareth. O fælix mater, quæ suis uberibus illum lactabit, & gremio fovebit!

Hæc sunt quæ Boissardus singulis assignat Sibyllis Oracula. quasi solus hæc pervidere dignoscereque potuerit quæ Patres antiqui ignorarunt, nullusque Paganorum novit qui tamen illis vixere temporibus, quibus illa omnium ore circumferebantur : videbit satis attentus Lector, quam imbecilli nitatur fundamento, asserens quæ scribit Boissardus, deprehendet enim, aliquando eadem Oracula pluribus adtribui, & quidem iisdem verbis, quod satis evidenter arguit, hariolatum fuisse potius Boissardum, quam certis nixum rationibus, dum cuique Sibyllæ sua assignat Oracula : quid vero Sixto Senensi respondebit, qui sibi etiam hunc discernendi Spiritum adtribuit, & longe aliud Oraculum ab hac Sibylla esse profectum autumat, hoc scilicet, quod apud Sibyllam, lib. I. in fine reperitur.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ἔλθῃ τρισὶν ἤμασιν ἐς φάος αὖθις,
Καὶ δείξῃ ζωηροῖσιν ὕπνον, ἢ πάντα διδάξῃ,
Ἐννεφέλαις ἁπιδὰς εἰς ἠέρα οἶκον ὑδεύσῃ.

Hoc est.

Sed postquam triduo lucem repetiverit, atque

Mon

Monſtrarit ſomnum mortalibus atque ſubibit,
Cuncta illuſtrarit, cœleſtia tecta ſubibit,
Nubibus invectus.

J. Aitzma in libro ſuo Belgico, huic Tiburtinæ Sibyllæ tribuit Oracula quæ in libris Sibyllinis reperiuntur p. 331. vers. 4. uſque ad finem libri quinti, & totum librum ſextum. Mirandum eſt Scriptorem hunc tam temerarie auſum fuiſſe hæc & non alia, nec plura nec pauciora Tiburtinæ Sibyllæ adſcribere, quaſi Spiritu diſcernendi hujus Sibyllæ carmina ab aliorum Oraculis, ſit præditus. Verum nemo eſt qui non videat, illum ex meris conjecturis rem hanc peragere.

CAPUT XII.

DE

QUIBUSDAM ALIIS SIBYLLIS.

BREVIARIUM.

DE Sibylla Caſſandra aliisque nonnullis. De Epirotica Sibylla quænam fuerit, Phrygia an Erythræa. An faerit diverſa ab aliis. Ejus nomina. Certo de illis non conſtat uti nec de ejus patria. Boiſſardi de hac Sibylla conjectura. Quando ſit Vaticinata. Veterum de hac Sibylla fabella. Contendunt nonnulli illam ex utero matris prodeuntem fuiſſe locutam ac Philoſophatam. Fabula hæc refutatur. Prophetia quædam illi à Johanne Tzetze adtributa. Quo modo illius Prophetiæ meminit Zozimus. Tzetzis de hac Sibylla ſententia uti & Zonaræ. De figuris quibus hæc Sibylla, ut & S. Brigitta Prophetias ſuas expreſſerunt aut ſaltem expreſſiſſe exiſtimantur. Zozimus hanc à Sibylla diſtinguit. Largiori ſignificatione, Sibyllam potuiſſe nominari non contradicitur. Prædictiones huic Sibyllæ à Boiſſardo adtributæ. De Sibylla Europea. De Sibylla Agrippina. De Sibylla Ægyptia quædam annotata. Quænam fue-

fuerit. Quando ſit vaticinata. Cur Ægyptia dicta. Incertum eſt quodnam illi fuerit nomen. A nonnullis pro Regina Sabæ habetur. Error ille refellitur. Non vidit templi Veſtæ aut Hieroſolymitani conflagrationem. Oracula huic Sibyllæ à Boiſſardo attributa. Agrippina à quibusdam vocata. Noachi uxor Sibyllarum numero non eſt adcenſenda. Numquid Regina Sabæ inter Sibyllas ſit numeranda. Quodnam illi fuit nomen. Fabulæ quæ de illa narrantur, Ex qua Saba, Æthiopiæ an Arabiæ Regina hæc ad Salomonem pervenit: Ex Arabia veniſſe probatur. Locus Actor: VIII. *exponitur. Apud Æthiopas Fœminæ regnarunt ut & apud Arabes. Balſamum à Regina Saba in Judæam allatum. Non fuit hæc Regina, Sibylla. De Virgine Aurelianenſi aliisque pſeudo-Sibyllis. De Johanna Dorck. Non fuit Prophetiſſa. An cum Feis ſermonem habuerit. De Margareta & Catharina Sanctis fabuloſis. De Hildegarde. De illius Revelationibus. De Eliſabetha Schonaugienſi, de Magdalena de la Crus, Sancta Angela & de Brigitta. Brigittæ revelationes. De Catharina Senenſi. Ejus legenda ſive fabulæ. De Sibylla Peruviana. Ejus revelationes confictæ. Hæ Papiſticæ Sibyllæ ſibi invicem ſunt contrariæ. Allegantur rationes cur pro Sibyllis non ſint habendæ. Diſcrepantes Revelationes ſuper S. Mariæ immaculata conceptione. Catharinæ Senenſis de conceptione Virginis Mariæ ſententia, Brigittæ opinioni præferenda. Magdalena de la Crus & Sibylla Peruviana homines ſuis revelationibus fefellerunt. Impoſturæ nonnullæ quarundam Religioſarum ſupra dictæ muliebres. Non fuerunt Prophetiſſæ, ſed illarum Revelationes à Monachis fuere confictæ. Fabula Catharinæ Senenſi attributa Thomæ Bartholini de quibusdam fictitiis Prophetiſſis ſententia.*

HActenus de Decem à Lactantio ex Varrone citatis Sibyllis plures aliæ etiam memorantur, ut Caſſandra de qua videndus J. A. p. 862. quæ à non nullis Taraxandra vocata eſt. Lampuſa neptis Calchantis Vatis, qui comes fuit expeditionis Græcæ, ſuſceptæ contra Priamum, ob raptam à Paride Helenam. Thebis Phœmonoe, Daphne, Manto, aliæque de quibus omnibus diſſerere noſtri non eſt inſtituti, at pauca tamen addere heic lubet, quæ nonnullis aliis præter decem ſupra memoratas Sibyllas attribuit Oracula Boiſſardus: Epiroticæ Si-

byllæ meminit Boiſſardus p. 280. hanc nonnulli volunt unam eandemque eſſe cum Phrygia Sibylla, alii Erythræam eſſe, de qua paulò ante: hanc vero Epiroticam ex Troade veniſſe Dodonam, ubi Oracula reddiderit pariter, contendunt alii, eſſeque hanc ab aliis diverſam ex nomine *Phæenni* illi indito, argumentantur. Zozimus Hiſt: lib. II. p. m. 444. *Phaellonis* nomeu illi dedit. Adeo ut de nomine etiam non conſtet: de hujus Sibyllæ patria ac parentibus nihil adnotatum invenimus: Boiſſardus conjecturam ſuam de hac Sibylla his verbis conſcripſit: fortaſſis, *inquit*, ea eſt, quam Europæam nonnulli cognominant, quæ *Theſprotiæ* Epiri nata eſt, & in Dodonæo templo reddidit Oracula. Filia enim fuit Principis cujusdam Theſprotiæ Reguli, quo tempore Antiochus, capto Demetrio, Regnum occupavit. Phœbas hæc aliquot ſæculis vaticinata eſt poſt Peleades nymphas, quæ teſte Pauſania in Phocicis *columbæ* dictæ ſunt: fabellam hanc de Sibylla hac referunt nonnulli, quam verbis Nicetæ Choniatis exprimere voluimus; περὶ Σιβύλλης φασὶν ὡς ἅμα τῆς μητρώας νηδύος ἐξόδευε, ἅμα περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἐφιλοσόφει συστάσεως. *De Sibylla referunt, quod ſimulatque ex utero materno prodiit quam primum de univerſi Philoſophata ſit coagmentatione. Sed credat hoc Judæus Apella, non ego*: Sibyllæ huic hoc ſi accidiſſet, certe non adeo obſcuro loco latuiſſet hactenus: hiſtoriæ, rem adeo mirandam, procul dubio commemoraſſent, minoris enim momenti res magno verborum faſtu à Scriptoribus referuntur. Hoc ſi Sibylla privilegio ſupra alios homines decorata fuit, fatendum certe nobis, haud adeo magni eſſe momenti, nec adeo ſtupendum, Chriſtum Servatorem noſtrum annorum cum eſſet duodecim, inter Rabbinos docte & ſapientiſſime diſſeruiſſe. Sibylla enim ſimul ac ex materno utero prodiit de univerſi coagmentatione eſt philoſophata: hoc privilegio ne Dei quidem filius eſt gaviſus, ſed Sibylla pagana, ſpiritu acta diabolico, illa ſcilicet, ſupra Dei Filium extollenda, qui ſucceſſu temporis ſapientiam Divinam oſtendit, verum Sibylla hæc ſimul ac eſt nata, illico de mundi compage eſt philoſophata. Videant illi qui tam cæco impetu Sibyllis patrocinantur, quo pacto Jeſu Chriſti Domini noſtri honorem ſartum tectumque habeant. Teſtatur B. Lucas cap. II. commate ultimo, *Jeſum profeciſſe ſapientia & ſtatura & gratia apud Deum & homines*, Sibylla autem hæc Epirotica naſcens ſapientiam

pientiam ſummam Philoſophando patefecit, duplici miraculo Chriſtum Servatorem noſtrum ſuperans, loquela nempe, & Philoſophia, non ſolum enim loquebatur ex utero progrediens Sibylla hæc quod profecto pro re maxime miranda ſuſpiciendum, verum & Philoſophice diſſeruit, quod mihi magis riſum quam admirationem moveat, hæc à rationis compote homine, ſuſtineri: forte & in utero locuta ac philoſophata eſt hæc Sibylla. Dolendum certe viros hos tam ſagaces, qui has fabellas venditant, non etiam meminiſſe conceptionem & meditationem quas in utero materno habuit ſapientiſſima hæc Sibylla. Proh dolor, tam præſtanti nos privatos theſauro! De hac Sibylla refertur, Prophetiam aliquam ab illa profectam, quam ex Johanne Tzetze heic adjiciendam, putavimus. Ἰωάννης ὁ Τζέτζης ἱστορ. χιλ. ζ.

Καὶ Πλάτων ἦ ὁ πάνσοφ@ φησὶν ἐν τῷ Τιμαίῳ
Λόγῳ μὲν πάντα ἄνθρωπον μετέχειν δὴ φατέον.
Νῦν ἦ θεὸς ἢ γέν@ τι βεβαχύτατον ἀνθρώπων;
Δῆθεν τὰς προγινώσκοντας φάσκοντες, ἢ προφήτας,
Οἵτινες ἐκ καταβάσεως, εἶπον περὶ μελλόντων.
Οἵτι@ ὁ Πυθαγόρας, τε ἢ Ἀναξαγόρας,
Ἐμπεδοκλῆς, Δημόκριτ@, ἄλλοι σοφοὶ μύριοι,
Ἢ Ἠπειρώτης Φαεννὼ, ἢ Σίβυλλα ὁμοίως.
Ἡ Φαεννὼ πρὸ χρόνῳ μὲν ἐνιαυτῶν τοσούτων
Τὰ πρὶν, ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν, εἰποῦσα πεπραγμένα.
Πῶς τὸν Ῥωμαίων ἄνακτα ἡττήσουσιν οἱ Πέρσαι,
Τραχήλῳ τε παλήσουσιν, οἷα δεδυλωκότες,
Καὶ σφὸς λαὸς, ἢ πρόγον@ πῶς τοῦτον κρύψουσι ῥίψει,
Καὶ πῶς Πέρσαι καλάσχωσι πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν,
Καὶ Σκύθαι πῶς συρράξουσι μάχῃ Ῥωμαίων γένει.
Καὶ ἔπ@ λέγουσα ταυτὶ σῴμαλι διηρμένῳ.
Ὦ βασιλεῦ Θρηκῶν; λήψεις πόλιν ἐν προβάτοισι:
Αὐξήσεις ἦ λέοντα μέγαν γαμψώνυχα, δεινὸν;
Ὅς ποτε κινήσει πατρίας πειμήλια χώρας.
Γαῖαν δ' αἱρήσει μόχθων ἄτερ ὐδέ σε φημὶ
Σκηπτούχοις πμαῖσιν ἀγάλλεσθαι μάλα δηρὸν:
Ἐκ ἦ θρόνων πεσέειν οἷοι κύνες ἀμφὶς ἔχουσιν.

Ταῦτα βεβχέα Φαεννὼς. Ἡ Σίβυλλα ἢ εἶπε.
Κὰν μέχει τὼ ἀπόβασιν λάβωσιν ὁ νοῦς,
Περὶ τῆς Κύπρυ τε αὐτῆς, καὶ τῆς Ἀνλιοχείας.
Αἶ, Αἶ Κύπρε τάλαινα, σὲ ἢ μέγα κύμα καλύψει.
Δύρεσι δ' ἐν τροῖς Ἀνλιόχεια τάλαιν' ὄλυσαι:
Ταῦτα περὶ τῆς Κύπρυ τε, καὶ τῆς Ἀνλιοχείας.
Περὶ ἢ τῆς Κίλικος ἐλθόντος εἰς Κύπρον
Ἡ σοφωτάτη γυναικῶν ὅτω καὶ ἔπος λέγει.
Ἐ'σεται ἑσομένοις, ὅτε Πύρρος ὁ Αἰακίδης
Ἠϊόνα προχέων, ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται.
Τοιούτοις ὁ Ἰάμβλιχος, Πορφύριος, καὶ ἄλλοι,
Ἄνθρωποι, ἔφασαν τὸ νοῦ παρεῖναι μετουσίαν
Αὖ τε μόνως νοήσασι, καὶ προείπουσι πάντα,
Ἀνθ' ὧν τε λογίσασθαι, ἢ καὶ τινὸς ἀκοῦσαι.
Ὀλίγοις δὲ τοῦτο μὲν ἔφασαν νοῦ μετεῖναι:
Ἐγὼ ἢ δὲ τούτοις γε κυρίως νοῦν προσάπτω.
Ἢ γὰρ ἀκούσαντες τινὸς εἶτ' ἔν ἐκ μαθημάτων,
Εἴτε καὶ λογισάμενοι ἐκ τίνων θεαμάτων
Εἶπον, ἃ εἶπεν ἕκαστος, ὑστέρως ἢ ἀπέβη.
Ὁ νοῦς δ' ἀμέσως ἅπαν νοεῖ, καὶ ὄντως οἶδεν
Ἄνθ' ὧν παραδείγματος, καὶ λογισμοῦ, καὶ θέας.
Οὐδὲ αὐτὸς ἓν νοῦν ἔχεις, ἀγχίνους δ' ὀνομάζω.
Πρὸς ταῦτα, τὰ καθάρματα βαλέτω με καὶ λίθοις.

Et Plato vero omniscius inquit in Timæo,
Rationis quidem omnem hominem participem esse dicendum est;
Intellectus autem Deos, & genus quoddam brevissimum hominum.
Sane eos qui prænoscunt dicentes, & Prophetas.
Qui cum non audierint, dixerunt de futuris.
Qualis & Pythagoras, atque Anaxagoras.
Empedocles, Democritus, alii sapientes multi,
Epirotica Phaenno, & Sibylla similiter:
Phaenno ante tempus quidem annorum tot,
Quæ antea, paulum ante nos cum dixisset, quæ facta sunt,
Quomodo Romanum Regem vincent Persæ,
Super colloque calcabunt, veluti servituti addicentes,
Et suus populus & proavus quomodo hunc ab imperio dejicient,

Et

Et qui Persæ obtinebunt omnem Bithyniam
Et Scythæ quomodo concient pugnam cum Romanorum genere,

O Rex Thracum accipies urbem in quibus
Excrescere autem facies Leonem magnum, curviunguem horrendum
Qui olim movebit patriæ thesauros Regionis.
Terram autem capies laboribus absque. neque te jubeo
Regiis honoribus exultare admodum diu:
Ex sedibus autem cadere velut canes circum possunt.

Hæc brevia Phäennis. Sibylla autem dixit,
Etiam usquedum exitum accipiant, non intelliguntur
De Cypro ipsa, atque Antiochia.
Et quomodo nunc Lebunius veniet in Cyprum.
De Cypro autem sic quidem atque Antiochia:

Hei Hei, Cypre infelix! te autem unda magna abscondet.
Hastis autem atque armis, Antiochia infelix, peribis.

Hæc de Cypro atque Antiochia:
De Cilicis autem adventu in Cyprum
Sapientissima mulierum sic ad verbum dicit:

Erit posteris, quando Pyramus latæ undæ
Littora profundens sacram in Cyprum veniet.

Talibus Jamblichus, Porphyrius atque alii,
Hominibus, dixerunt intellectus adesse præsentiam,
Quippe solum intelligunt, & prædicunt omnia,
Absque eo ut ratiocinentur, vel etiam aliquid audiant.
Paucis, propter hos quidem, dicebant intellectum præsto esse.

Ego autem neque his proprie intellectum adapto.
Vel enim audito aliquo, sive ex disciplinis,
Sive ratiocinati ex aliquibus spectris
Dixerunt, quæ dixit quibus, postea autem evenit.
Intellectus autem sine medio omnia intelligit, & vere novit.
Sine exemplo & ratiocinatione, atque spectaculo.

Neque igitur ipsos intellectu præditos, solertes autem voce.
Ad hæc piacula petant me & lapidibus.

De hac Prophetia paulo aliter scripsit Zozimus lib. II.

Καὶ μοὶ πολλάκις ἐπῆλθε θαυμάσαι, πῶς εἰς τοσοῦτο τῆς Βυζαντίων πόλεως ἠυξημένης, ὡς μηδεμίαν ἄλλην εἰς εὐδαιμονίαν ἂν ἡ μέγεθος αὐτῇ παραβάλλεσθαι, Προρρήσεις ἐκ θεῶν εὐδεμία περὶ τῆς εἰς ἀμείνονα τύχην αὐτῆς ἐπιδόσεως τοῖς πρὸ ὑμῶν ἀνθρώποις ἐδόθη. ἢ πάντων ἐκ πολλὴ τὴν ἔννοιαν ἔχων, πολλάκις τε βίβλους ἰσορικὰς ἢ χρησμῶν συναγωγὰς ἀνελίξας, χρόνον τε ἐν τῷ περὶ τούτων ἀπορεῖν δαπανήσας ἐνέτυχον μόλις χρησμῷ τινὶ Σιβύλλης εἶναι λεγομένῳ τῆς Ἐρυθραίας, ἢ φασννῆς τῆς Ἐπειρώτιδος (ἢ αὐτὴ γὰρ γενομένη κάτοχος ἐκδεδωκέναι χρησμὸς λέγεται ὡς πεποιηθότα Νικομήδει τῷ Βιθυνίᾳ, ἢ πρὸς τὸ δοκεῖν λυσιτελεῖν ἑρμηνεύοντα πόλεμον ἄρασθαι πρὸς τὸν πατέρα Βιθυνίαν, Ἀτταλῷ πειθόμενον) ἔχει ἢ τὸ λόγιον ἔτως.

Ὦ βασιλεῦ Θρηικῶν λήψεις πόλιν ἐκ προβάτοιο,
Αὐξήσεις ἢ λέοντα μέγαν γαμψώνυχα, δεινὸν.
Ὃς πότε κινήσῃ παλαιὰς κειμήλια χώρας.
Γαῖαν δ' αἰρήσῃ μόχθων ἄτερ. ὧδέ σε φημὶ
Σκηπτούχοις πιμαῖσιν ἀγάλλεσθαι μάλα δηρὸν,
Ἐκ ἢ θρόνων πεσέειν. Οἷον κύνες ἀμφὶς ἔχουσιν.
Κινήσεις δ' εὐδοντα λύκον γαμψώνυχα, δεινὸν.
Οὐδ' ἐθέλοντι γὰρ εἶσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσῃ.
Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι

Ζηνὸς ἀμφροσύναισι. Ταχὺ δ' ἀπιθήσεται ἀρχὴ
Ἀνδράσιν οἳ Βύζαντος ἔδος καταναιετάουσι.
Τρίμακαρ Εὐλήσποντε, θεόκλητα τείχεα τ' ἀνδρῶν;
— — — — θείαισιν ἐφαίτμαις;
Ἥν λύκος αἰνόλυκος πήξῃ κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Οἵ με γὰρ εἰσάσιν τε ἐμὸν ναίοντες ἔδεθλον.
Οὐκέτι σιγήσω παλαιὰς νόον, ἀλλ' ἀναδείξω
Ἀθανάτων λογίων θνητοῖς ἄσημον ἀοιδῇ.
Θρῄσσα κύν μέγα πῆμα, τόκος ἢ οὐκέτι τηλοῦ.
Πείρα παῖδα κακὸν — — ἢ τῇδε φέρουσα.
Τρηχὺ παρ' Ἠπείρου πολυραῖς ἐπαίζεται ἕλκος.
Καὶ μέγα οἰδήσῃ, ταχὺ ἢ ῥαγὲν αἱμορρήσῃ.

Hæc

Hæc Latine ſic habent: ac mihi quidem ſæpe mirari ſubit, qui fieret, ut quum urbs Byzantina tempore excreverit, ut alia nulla cum hac, ſive fœlicitatem ſive magnitudinem ſpectes, comparari poſſit: nullum Vaticinium majoribus noſtris de ipſius incremento, meliorem ad fortunam evectæ, datum fuerit. In qua cogitatione dum jam pridem verſor, multis hiſtoriarum Monumentis, & Oraculorum collectionibus evolutis, & exacto nonnullo tempore, in hac de iſtis dubitatione, vix tandem in Oraculum quoddam incidi, quod Erythrææ Sibyllæ vel Epiroticæ Phaëllonis eſſe perhiberetur (Nam & iſthæc adflata numine, fertur edidiſſe quædam Oracula: quibus fretus Nicomedes, Pruſiæ filius, qui ea ſuis ex commodis interpretaretur, hortatu Attali bellum patri Pruſiæ fecit) eſt autem Oraculum hujusmodi.

Accipies Thracum Rex in halantibus urbem,
Unguibus atque uncis magnum horribilemque leonem
Augebis, patriæ quondam Cimelia terræ
Qui rapiet; terra potietur & absque labore.
Sed non aio diu te ſceptris perfruiturum,
(Quippe canes urgent utrimque, ſed his ſpoliandum.
Sopitumque lupum uncunguem dirumque ciebis:
Namque vel inviti cervices ſub juga mittet.
Tunc quoque Bithynos vexabit turba luporum
Conſilio Jovis & mox Regia ſceptra tenebunt
Magna qui veteris habitant Byzantis in urbe.
Felix Helleſponte, & mœnia condita Divis
Imperio ſuperum.
Quam lupus ille gravis tamen invitus trepidabit.
Norunt me noſtris habitant qui ſedibus, haud jam
Amplius ipſe animum celabo parentis, aperte
Mortali generi Divina Oracula pandens.
Threſſa malum tellus ingens parit, & prope partus
Uſu nempe malam ſobolem pariter feret illi.
Ad latera adjuncta Ponto telluris & ulcus
Prætumidum creſcet, cito ruptum ſanguine manans.

De

De hoc Oraculo porro prosequitur Zozimus loco laudato, his verbis.

Τῦτο τὸ λόγιον πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν ὑπεμφαῖνον ὅλως ἢ αἰνίγμασι λέγῳ τὰ πε ἐσόμενα Βιθυνοῖς κακὰ Δι' ἃ τῶν ἐπενεχθέντων αὐτοῖς ἐς μετὰ πολλὰ φόρων βαρύτατα, ἢ ὡς ἡ ἀρχὴ ταχέως ἐπιβήσεται.

Ἀνδράσιν οἱ Βύζαντος ἔδος καταναιεταόσι.

Τὰ δὲ μετὰ χρόνους ὀλίγους τὰ προῤῥηθέντα ἐκβῆναι μὴ λαμβανέτω τις εἰς τὸ περὶ ἑτέρου τινὸς λέγειν τὴν πρόῤῥησιν. Πᾶς γὰρ χρόνος τῷ θείῳ βραχὺς, ἀεί τε ὢν καὶ ἐσομένῳ.

Quæ sic Latine sonant.

Hoc Oraculum, omnia, prope dixerim, revera designat, obscurisque vocibus indicat eventura Bithynis mala, propter grave tributorum onus quæ sequutis temporibus eis imposita fuerunt, & quod imperium cito venturum esset ad eos

Magna qui veteris habitant Byzantis in urbe.

Quod autem sæculis non paucis interjectis ea quæ prædicta fuerant, evenerint: non eo quis torqueat ac si de re quadam alia vaticinium hoc loquatur. Nam omne tempus Deo breve est, qui semper & existit & erit.

De hac autem Sibylla hoc modo alibi Tzetzes Chiliade IX.

Περὶ χρησμῶν Σιβύλλης λέγοντος,
Ἀνδράσι, οἱ Βύζαντος ἔδος καταναιετάουσιν.
Τινὲς μὲν τοῦτον λέγουσι χρησμὸν εἶναι Σιβύλλης.
Οἱ δὲ τῆς Ἠπειρώτιδος τῆς Φαεννοῦς ἐκείνης.
Ἄλλος δ' ἦν ὁ τοῦ Βάκιδος. ἔστω δὴ περὶ Βυζαντίδος.
Ἐγὼ τῶν δύο δὴ χρησμῶν μέρη τινὰ συνάψας,
Παλινδρομεῖ τῷ μαθητῇ, τῇ Βυζαντίδι λέγω.
Ὅτι δὴ δύο οἱ χρησμοὶ, τοῦ Βάκιδος προεῖπον,
Τοῖς Λατίνοις καὶ Ἕλλησι τότε προθεσπιῳδήσαι.
Οὗτος ὁ τῆς Σιβύλλης δὴ χρησμὸς, ἡ Φαεννοῦς δὲ,
Πλέον δοκεῖ Σιβύλλης δὲ, ἕνεκα Βυζαντίδος,
Καὶ περὶ Διογένους δὴ ἐφοίβασε καὶ Τούρκων.
Καὶ τὰ λοιπὰ ἐάσωμεν λέξωμεν δὴ βραχέα.

Δὴ

Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι,
Ζηνὸς ἐπιφροσύνῃσι; κακὸν δ' ὑπιδήσεται ἄνδρας,
Ἄνδρας οἳ Βύζαντος ἔδος καταναιετάουσιν.

De Oraculo Sibyllæ dicente, Viros qui Byzantii Pavimentum habitant.

Quidam dicunt hoc quidem Oraculum esse Sibyllæ
Alii autem Epirotidis Phaënnæ illius.
Aliud autem erat Bacidis: hoc vero de Byzantio.
Verum ego duorum Oraculorum partes quasdam jungens,
Retro currenti discipulæ Byzantidi dico,
Quia vero duo Oracula, quod est Bacidis, prædixi
Atticis atque Græcis tunc vaticinatum fuisse.
Hoc Sibyllæ autem Oraculum, aut Phaënnæ,
Magis vero videtur Sibyllæ, causa Byzantii,
Et de Diogene, Phœbo percita dicit, atque Turcis;
Et Cætera dimittamus, dicamus autem Pauca.

Sane tunc Bithynorum terram lupi habitabunt,
Jovis consiliis, malum autem invadet viros,
Viros qui Byzantii solum habitant.

Idem Tzetzes Chiliade X. περὶ παροιμίας &c.

Καὶ τίς ἂν πελαγήσειεν ὑπὲρ αὐτὸν ἐν λόγοις;
Εἰ μὴ πεδοίης Ὅμηρον, ἢ τὸν πολὺν Ὀρφέα,
Ἢ Φαεννὼ, ἢ Σίβυλλαν, εἴτε τινὰ τοιοῦτον.

De Parœmia &c:

Et quis exundaret super ipsum sermonibus?
Nisi forte dederis Homerum, vel egregium Orpheum
Vel Phaënno, vel Sibyllam, sive aliquem talem.

Apud Zonaram lib. III. ejus Oraculum hoc modo describitur.

Ἀλλὰ καί τι φασὶ τῇ τῶν ἀνακλώρων βιβλίων ἐναποκεῖσθαι, ἐν ᾧ ἦν χρησμοὶ περὶ τῶν Βασιλέων ἦσαν, ἢν μορφαὶ ἐνεγράφοντο, ἀνθρώπων τε, καὶ θηρῶν·

Καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἐκεῖ. ἦν λέων θὴρ ἐγγεγραμμένος, ᾧ καὶ ἀνωτάτω τὸ στοιχεῖον τὸ Χ. ἐγκεχάρακτο, ἀνὴρ δ' ἦν ὄπισθεν τοῦ θηρὸς, δόρατι διὰ μέσου τοῦ Χ. διέλαυνον τὸν λέοντα. Ἡ μὲν οὖν βίβλος εἶχε ταυτὶ, ἦν εἶσαν, ὡς ἐδόκει, Σιβύλλεια χρησμῳδήματα. Τόδε τῆς εἰρημένης χρωματουργίας αἰνιγματῶδες δυσερμήνευτον ὄν, ὁ τότε κρατοῦσα, ὡς λέγεται, διεσάφησεν εἰποῦσα κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς γενέσεως τοῦ Χριστοῦ, βασιλέα ἀναιρεθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ θηρίον βασιλέα δηλοῖ: τὸ δὲ Χ. τὴν εἰρημένην ἡμέραν αἰνίττεσθαι. Τὸ δὲ διὰ μέσου τοῦ Χ. τῷ λέοντι τὸ δόρυ ἐμπήγνυσθαι, τὸ καθ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τὸν βασιλέα κτανθήσεσθαι.

Hoc ita vertit Joannes Curoplatis interpres, in hiſtoriarum compendio:

Erat antem Oraculum Sibyllium in quodam Imperatoriæ Bibliothecæ libro conſcriptum, qui non Oraculum tantum continebat, ſed etiam formas, & figuras eorum qui crearentur Imperatores. Erat autem fera, Leonis forma prædita, in eo libro: & ſuper ejus dorſi ſpina inſcripta erat X. litera, quæ uſque ad ipſum ventrem pertinebat. A tergo quidam vir accurrens lethalem plagam haſta ipſi fere per medium X. infligebat. Præ ſe ferente vero Oraculo obſcuritatem, ſolus ipſum, qui tunc quæſtor erat, aperuit, judicavitque ipſa die ortus Chriſti Imperatorem pernicioſa morte interfectum iri.

Ejusmodi figuras, quarum heic mentio, quam plurimas inveniet lector ſtudioſus apud Wolfium in libris, quos duobus voluminibus in folio, de lectionibus mirabilibus conſcripſit. Hujusmodi & ſimilibus figuris Prophetias ſuas expreſſiſſe, Sueciæ Reginam, quam Sanctam Brigittam vocant, fabulantur Illi, qui Pontificis Romani Religioni & nugis favent. Tales figuras Propheticas, apud Hubertum Languetum ſe vidiſſe quamplurimas, à Rabano Monacho conſcriptas, narrat Boiſſardus. Ex hiſce teſtimoniis, Phaënnem Epiroticam fuiſſe Sibyllam Spiritu Divino actam, qui argumentantur, nullo mihi videntur niti fundamento, Zozimus loco ſupra citato à Sibylla illam contradiſtinguit. inquit enim, *vix tandem in Oraculum quoddam incidi, quod Erythrææ Sibyllæ, vel Epiroticæ Phaëmonis eſſe perhiberetur.* Sic etiam Tzetzes loco ante laudato:

Οὗτος

Οὗτος ὁ τῆς Σιβύλλης ἢ χρησμὸς, ἢ Φαεννῦς δὲ
Πλέον δοκεῖ Σιβύλλης δέ.

Hoc Sibyllæ autem Oraculum, aut Phaënnæ,
Magis vero videtur Sibyllæ.

Videt Lector ſtudioſus, ſcriptores hoſce Phaênnam à Sibylla diverſam habere. Sin tamen quidam etiam illam Sibyllæ nomine decorare velint, contentionis funem hac de cauſa, trahere nolumus, ſin largiori ſignificatione Sibyllæ vox ſumatur. Saltem, ex hiſce locis, quibus Boiſſardus fretus, illam Sibyllæ nomine inſignire voluit, hoc probari non poſſe contendimus. an non Tzetzes diſerte Chil: X.

Η φαεννὼ, ἢ Σίβυλλαν, εἴτε τινα τοιοῦτον.

Vel Phaënno, vel Sibyllam, ſive aliquem talem.

Quæ verba ſatis indicant illum Phaënnam pro Sibylla non habuiſſe. Vel ſaltem Phaënnam & Sibyllam pro una eademque non ſumendam. Huic Sibyllæ, vel potius Phaënnæ Epiroticæ quam Europæam eſſe putat, hanc adtribuit prædictionem Boiſſardus ex M. S. Regio.

Virginis æternum veniet de corpore verbum
Purum, qui valles & montes tranſiet altos.
Ille volens etiam ſtellato miſſus Olympo,
Edetur mundo pauper: qui cuncta ſilenti
Rexerit Imperio (ſic credo, & mente fatebor)
Humano ſimul, & divino ſemine natus.

Ex Lælii Cleopaſſi Hydruntini Poëmatibus

Terreni Reges mundano culta decore
Sceptra gerunt: Chriſtus cœlica regna tenet.
Unde animis ſeſe inſinuat, mentique piorum,
In quos jus proprii ſummum habet Imperii
Hos per amœna pedo deducit paſcua paſtor:
Tartareosque malos rejicit in tenebras.

Sibyllæ Europææ etiam meminere nonnulli, & poſt omnes J. Aitzma qui illam undecimo loco recenſet, ſicut & Icones Senenſes

eodem collocant in loco : de hac Sibylla, utpote aliis longe poſteriore, fere nihil adnotatum invenimus apud Scriptores. J. A. merito quidem aſſerit, patribus qui de Sibyllis quam plurima memoriæ prodiderunt nihil de hac Sibylla innotuiſſe, atque hinc illam Lactantio, Auguſtino aliisque patribus recentiorem eſſe habendam, quoniam, inquit, J. A. hæc undecima uti & duodecima, nunquam in Græcia, Italia, Phrygia aliisque Aſiæ regionibus degerunt: quaſi vero Italia ſit Aſiæ regio. Europæam hanc dictam vult J. A. ab Europa, quarta hujus univerſi orbis parte. hæc certe denominatio nimis generalis nobis videtur, etiam inter decem priores Sibyllas reperiuntur Cumæa (vel ut alii legunt Cimmeria,) Cumana, Tiburtina, quæ etiam, quoniam iu Europa vel vixerunt vel Oracula ſua pronuntiarunt, itidem Europææ dici poſſent, cur autem hæc tam generali Europææ nomine indicetur, hactenus addiſcere non potuimus. Cœterum utut ignota hactenus latuerit hæc Europæa Sibylla, attamen Sagaciſſimus hic Scriptor J. A. quaſi ſolus ſit diſcretionis ſpiritu decoratus, huic Sibyllæ etiam ſua dat Oracula particularia, quæ putat incipere à primo verſu libri ſeptimi Oraculorum Sibyllinorum, uſque ad ejusdem libri ſeptimi verſum ultimum p. 355. non conſultum diximus propter prolixitatem, hæc, Europææ Sibyllæ Oracula, enotare. Agrippinæ Sibyllæ etiam mentionem facit J. Aitzma p. 832. &c. atque huic nomen proprium non poſſe aſſignari, nec cujas ſit aut quinam ejus fuerunt parentes contendit, hanc ſolam conjecturam dictus Aitzma de illa proponit, exiſtimans illam Agrippinam vocari, ab Agrippina Neronis matre, ideoque hanc poſt Jeſu Chriſti ad cœlos adſcenſionem extitiſſe. Ab aliis Agrippa vocatur, uti hoc reſcire poſſumus apud Opſopœum qui in Codice M. S. Regio ſe reperiſſe dicit hoc Oraculum huic Sibyllæ Agrippæ aut Agrippinæ, quam penultimo loco recenſet: p. 461. adſcriptum.

Summus erit ſub carne ſatus chariſſimus atque,
Virginis & Veræ complebat viſcera ſanctum
Verbum, conſilio, ſine noxa, ſpiritus almi:
Deſpectus multis tamen ille, ſalutis amore,
Arguet & noſtra commiſſa piacula culpa
Cujus honos conſtans, & Gloria certa manebit.

J. A.



S. EUROPÆA.


P. 195.
S. ÆGYPTIA

J. A. putat in Lybia natam hanc Sibyllam, his versibus motus,

Fœlix Lybicæ Cultor arenæ,
Fœlix divitis accola Nili,
Quos in medius Virgo Tenebris.
Docuit Christi sæcla futuri.

Utut autem ignotam esse scribat J. A. hanc Sibyllam Agrippinam interim tamen illam tanquam sibi notissimam describit, facie enim nigram fuisse refert: quod unde hauserit, & quibus fretus sit rationibus non indicat: huic Sibyllæ etiam sua Oracula attribuit, à pagina 357. vers. 3. usque ad paginam 373. vers. I. quæ leguntur lib. *VIII.* Oraculorum Sibyllinorum. Notandum etiam J. A. præter *duodecim* Oraculorum capita, cuique Sibyllæ attributorum, duo etiam alia retulisse quæ nulli Sibyllarum assignat, quidnam sic scribendo, intenderit non videmus. Ultimum Caput prædictionum Sibyllinarum excerpsit ex lib. VIII. p. 373. vers. 2. usque ad paginam 379. & deinde à pagina 396. usque ad p. 403. vers. VI. inclusive. Quis Genius sagacem hunc Scriptorem docuit saltus tales esse faciendos, an igitur dignoscere potest hæc potius quam alia carmina Sibyllis esse tribuenda, ne juranti quidem credemus: dicat & scribat quod sibi placet, nos semper, Lactantii stabimus judicio, asserentis non posse cuique Sibyllæ sua assignari Oracula. Ægyptiæ Sibyllæ (quam Icones Senenses Duodecimo loco collocant) etiam meminit Boissardus post Ælianum, Suidam, & Clementem Alexandrinum: hanc eandem esse cum Babylonia, existimant nonnulli, sic referente Pausania in Phocicis. Suidas, post Clementem Alexandrinum, illam Oracula sua in Ægypto pronuntiasse affirmat. Regnante Pharone Vaticinatam fuisse hanc Sibyllam Clementis Alexandrini est opinio. Clem. Alexandrin. in Prometheo: *Judicum Hebræorum tempore, quo vixerunt Prometheus, Epimetheus, Atlas, & Argus, fuit etiam fatidica Sibylla Regnante apud Ægyptios Pharaone, qui dicebatur Taracho.* Ægyptiam hanc Sibyllam vocatam credimus, non quod in Ægypto nata, sed quod ibidem fuerit Vaticinata: sic Erythræam ita vocatam, non quod Erythris nata sit, sed quod ibidem Oracula sua effuderit, Babylone enim se ortam profitetur, uti supra ostendimus, cum de Erythræa esset sermo. Hujus Ægyptiæ Sibyllæ

nomen proprium hariolari non potuimus. Putant nonnulli, Saba illi fuiſſe nomen, aut eſſe eandem cum Perſica putant nonnulli eamque eſſe Reginam Sabæ quæ olim Salomonis ſapientiam ſummam ſit admirata: de hac Regina Saba poſtea latius, hanc ſaltem non poſſe pro illa Regina reputari, aſſero; incendium enim templi, ſe vidiſſe refert Sibylla hæc. Veſtæ ne ſit hoc templum, uti autumat *Poſſevinus* in apparatu ſuo ſacro, an Hieroſolymitanum, ut opinatur *Blondellus*, impræſentiarum non diſputamus, forte alibi hoc explicatum dabimus: quidquid ſit, Ægyptiam hanc Sibyllam quæ Salomonis Sapientiam olim cum admiratione audiverit, nec templi Veſtæ conſecrati, nec Hyeroſolymitani conflagrationem videre potuiſſe noſtra eſt opinio. Veſtæ enim templum Commodi Imperatoris anno XII. Igne abſumtum, hoc eſt, anno Servatoris noſtri ſecundum nonnullos CXCI. Hieroſolymitanum autem conflagravit anno LXX. aut circiter poſt Chriſtum, ut referunt Chronologi. Hinc unicuique liquido conſtare poſſe contendimus, hanc Ægyptiam Sibyllam non poſſe haberi pro illa Regina Saba, nec illam eſſe, ullo modo credi poſſe: quippe quæ ad tantam ætatem pervenire non potuit. has prædictiones ſequentes Ægyptiæ Sibyllæ tribuit Boiſſardus. Everſionem templi Epheſini prædixiſſe hanc ſcribit idem Boiſſardus, Oraculum ſic ſonat:

Ἀρτέμιδος σηκὸς Ἐφέσῳ πηγνύμενος *
Χάσμαλι ἠγ ζεισμοῖσι πόθ' ἥξεται εἰς ἅλα δεινὸν
Πρηὼς, ὡς ὅτε νῆας ὑπικλύζουσιν ἀέλλαι.
Ψ῎πια δ' ὀιμώξει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα τὸν ἐκέλι ναιετάοντα.
Καὶ τότε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος αἰθέρι ναίων,
Οὐρανόθεν πεμπῆρα βαλεῖ καὶ κρατὸς ἀνάγνους.

Aſt Epheſi ſtructum Dianæ nomine fanum
Motibus, & vaſto ſubter mare ſidet hiatu,
Præceps, ut naves rumpunt ſi quando procellæ.
Et lacrymas Epheſus recubans ad littora fundet,
Et quod erit nuſquam templum gemebunda requiret.
Tum Deus indignans æternus in æthere degens
Fulmine præcipiti ſceleratos deſuper uret.

Iſidis quoque & Serapidis idololatriam taxat: eorumque ritus, Ceremonias & cultum nefaſtum, abolendum pronuntiat.

Ἴσι

Ἦσι Θεὰ τειτάλαινα, μενεῖς δ' ἐπὶ χθόνα Νείλυ
Μόνη μαινὰς ἄταρπος ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος
Κ' ἐκέτι σε μενεῖα μενεῖ καλὰ γαῖαν ἅπασαν.
Καὶ σὺ Σέραπι λίθοις ἐπικείμενε πόλλα μογήσεις:
Κεῖσαι πῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τειταλαίνῃ.
Ὅσσοι δ' Αἰγύπτῳ πόθεν ἤγαγον εἰς σέ, ἅπαντες
Κλαύσονταί σε κακῶς, νοῦν ἄφθιτον ἐν φρεσὶ θέντες:
Γνώσονταί σε τὸ μηδὲν ὅσοι Θεὸν ἐξύμνησαν.

Isi Dea infelix, Nili remanebis ad amnem
Sola, furens Mœnas permixta Acherontis arenis.
Fama nec ulla tui toto remanebit in orbe.
— — — Tuque, Serapi, sedens in saxis, multa docebis
Magnaque in Ægypto infœlice ruina jacebis.
Quique per Ægyptum studuêre tibi, acriter omnes
Te flebunt. sed quis illæsa in pectore mens est,
Noscent te nihil esse, Deum quicunque celebrant.

Prædixit quoque fore, ut in Ægypto templum Deo summo erigatur: nempe ab Onia Uniæ pontificis Judæorum filio. de quo Josephus Antiquitatum lib. XIII.

Καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων λινόστολος ἀνὴρ
Δεῦτε Θεῷ τέμενος καλὸν σήσωμεν ἀληθές.
Δεῦτε τὸν ἐκ προγόνων δεινὸν νόμον ἀλλάξωμεν,
Τὸν χάλκεον ἢ λιθίνοις, καὶ ὀστρακίνοισι θεοῖσι
Πομπὰς, καὶ τελετὰς ποιέμενοι οὐκ ἐνόησαν.
Στρέψωμεν ψυχὰς, Θεὸν ἄφθιτον ἐξυμνοῦντες
Αὐτὸν τὸν γενετῆρα τ' ἀϊδίου μεγαυχῆ,
Τὸν πεύτανιν πάντων, τ' ἀληθέα τ' βασιλῆα.
Ψυχοτρόφον γενετῆρα Θεὸν μέγαν αἰὲν ἐόντα.
Καὶ τότ' ἐν Αἰγύπτῳ ναὸς μέγας ἔσσεται ἁγνὸς
Κ' εἰς αὐτὸν θυσίας οἵσῃ λαὸς θεότευκτος
Κείνοισιν δώσῃ Θεὸς ἀφθίτως βιοτεύειν.

Deque Sacerdotum numero quidam vir amictus
Lino, Agedum (dicet) delubrum constituamus

For-

Formoſum, verumque Dei: pravosque parentum
Mutemus ritus, factos cretaque, petrisque
Qui coluere Deos ſtulti feſtisque ſacrisque.
Mutemus mentes celebretur carmine noſtro
Æternus genitor percuntis neſcius ævi.
Rex verus, rerum cui ſumma potentia, ſemper
Magnus, quique animas fecit, nutritor earum.
Tunc & in Ægypto templum viſetur, & ingens,
Et caſtum quo ſacra feret conjuncta Deo gens.

Ex libro antiquo manuſcripto, in Bibliotheca Regia ſervato, huic Ægyptiæ Sibyllæ Agrippæ nomen affignatur, unde etiam Agrippina vocatur. Huic Sibyllæ aſſignantur in M. S. Antiquo Regio hoc Oracula.

Summus erit ſub carne ſalus chariſſimus atque
Virginis & veræ complebit viſcera ſanctum
Verbum, conſilium ſine noxa, Spiritus almi.
Deſpectus multis tamen ille ſalutis amorem
Arguet & noſtra commiſſa piacula culpa.
Cujus honos conſtans, & gloria certa manebit.

Ex Lælii Cleopaſſi Poëmatibus:

Qui lux æterna, lumen de lumine, ſemper
Qui fuit, eſtque & erit, ſidera ſumma tenens;
Virginis Hebrææ caſtam deſcendet in alvum,
Factus homo tandem eſt hac genetrice Deus.
Hoc mediante Deo conjungimur: illius ergo
Progenies ſummi dicimur eſſe Dei.

Ex Ruillio.

Verbum inviſibile fiet palpabile: & germinabit ſicut radix: exſiccabitur, tanquam folium: neque apparebit ejus pulchritudo. Uterus maternus illum circumdabit. Et Deus, qui eſt æterna lætitia plorabit, & opprimetur ab hominibus: naſcetur ex matre & cum ſit Deus, exiſtimabitur converſari cum hominibus tanquam peccator.

Uxorem

Urorem Noachi, in Sibyllarum numero à nonnullis collocari Author eſt D. Alſtedius: ſed tanquam putidum figmentum explodimus illam opinionem: ſimplex affirmatio nullis fulta rationibus viris doctis non ſatisfacit. Unde hæc habeant opinionis illius fautores, hariolari non poſſumus, niſi ex teſtimonio ipſius Sibyllæ, quæ ſe in Arca fuiſſe cum Noacho falſo affirmat, quiſpiam occaſionem arripiat dicendi etiam uxorem Noachi Sibyllarum numero adſcribendam, quandoquidem ejus nurus inter illas reputantur, quod quam imbecille ſit argumentum quivis videt. Cœterum non eſſe unam de Sibyllis, Noachi uxorem, vel ex eo conſtare exiſtimamus quod Moſes à Deo inſpiratus hiſtoriographus, ejus non meminit: procul dubio aliquam ejus mentionem feciſſet (imo facienda erat) ſi Prophetiſſæ cum Noacho in Arca fuere. Ad Eccleſiæ enim illius temporis gloriam haud parum faciebat, in tam exiguo hominum numero, exſtitiſſe non ſolum Prophetam, verum etiam Prophetiſſas, quod quomode ab accurato Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptore omitti poſſit, non videmus. Nunquid probabile videri poteſt Moſem tanti non æſtimaſſe Dei dona extraordinaria, & tam luculenta Oracula, ut uxoris Noachi nuruumque ejus mentionem faciens, nec indicaret obiter & ὡς ἐν παρόδῳ illas Prophetiæ dono decoratas, etiam hiſtoriæ profanæ ſcriptori tanta negligentia vitio verteretur: cur ejus vaticina non exhibentur? an nuruum ſint conſervata, & matris interierint Oracula? Videamus etiam nunquid de Regina Sabæ dici poſſit, fuiſſe Sibyllam: nonnulli enim illam Sibyllis adcenſent teſte Alſtedio in chronol. De illa hoc modo Cedrenus p. m. 78. Καὶ βασιλίσσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρ' Ἕλλησιν ἀκούσασα τὸ ὄνομα Σολομῶντος, ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι. ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ Σίβυλλα ἐπ' ἀγχινοίᾳ τε καὶ σοφίᾳ καὶ πολυπειρίᾳ λογίμη. Περὶ ἧς καὶ ὁ κύριος ἔφη βασίλισσα νότου ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, ἰδεῖν τὴν σοφίαν Σολομῶντος. *Ac Regina Saba, quæ à Græcis Sibylla dicta fuit, audita Salomonis fama, Hieroſolymam venit, ut propoſita quæſtione de ſapientia ejus periculum faceret. Nam & ipſa Sibylla ob ingenii promtitudinem ſapientiamque & rerum multarum peritiam magni erat nominis. De hac etiam Dominus dixit, ab extremis terræ finibus Auſtrinam veniſſe Reginam, ut Sapientiam Salomonis, cerneret:* Hæc Regina à multis aliis pro Sibylla ſeu prophetiſſa fuit habita. Joſephus ſcribit *Ni-*

caule ipſi fuiſſe nomen, Antiquit: Judaic: lib. VIII. cap. II. A Rabbinis in libro Juchaſu *Nicolaa.* Ab Æthiopibus in Annalib. *Maqueda.* Glycas annal. parte 2. Author eſt, eam fuiſſe Sibyllam, & Solomoni de dignoſcendis puellorum & puellarum faciebus ænigma propoſuiſſe. Fabulantur etiam nonnulli Nicaulen hanc prædixiſſe Jeſum Chriſtum Salomone ſapientiorem, in Cedrone ſuſpendendum: ſed quia hæ aſſertiones idoneis carent probationibus, eas tanquam nugas ab otioſis confictas, rejicimus: Ut & fabulam illam quam nonnulli de hac Regina narrant, eam nempe à Salomone lautiſſima cæna exceptam in palatio pernoctaſſe atque ab eo imprægnatan poſtea peperiſſe prolem maſculam, unde omnes Reges Æthiopiæ à Salomone originem ducere, volunt Abyſſini. Miramur hominum credulitatem, præſertim multorum Jeſuitarum, qui & fabellam hanc haud abſurdam judicant, quandoquidem multas habuerit concubinas & uxores, etiam & hanc reliquis adnúmerari nihil obſtare: ſed fabulas haſce otioſis illis relinquentes, videamus potius, nunquid & hoc verum ſit, Nicaulen hanc, Reginam Sabæ ex Æthiopia ad Hieroſolymam veniſſe, adhuc enim diſputatur, nunquid ex Saba Arabiæ fœlicis, an vero ex Saba Æthiopiæ venerit. Nos vero ſimilius cum Doctiſſimo Bocharto judicamus, ex Sabæis Arabiæ Fœlicis veniſſe ad Salomonem. Theodoretus qui quæſt. XXXIII. in III. lib. Reg: ſic ſcribit: Σαβᾶ ποῖόν ἐστιν ἔθνος; Reſp. Αἰθιοπικόν; ἐντεῦθεν γὰρ αὐτὸς κεῖσθαι φασὶ, τῆς θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς: ὀνομάζεσι γὰρ αὐτὸς ὁμηρίτας. καταντικρὺ δέ εἰσι τῶν Αὐξωμιτῶν. μέση γὰρ τούτων κακείνων ἡ θάλασσα. τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμασία ἐκείνη γυνὴ, ἧς ἐπήνεσε τὼ σπουδὼ ὁ δεσπότης Χριστός. *Saba quisnam eſt populus?* Reſp. *Æthiopicus. Eos autem ajunt ad mare Indicum eſſe ſitos, Homeritas nominant Sunt autem è Regione Auxumitarum mari inter hos & illos intermedio. Iis imperavit admirabilis illa mulier cujus ſtudium laudavit Dominus Chriſtus.* Ex his verbis clare conſtat Sabæos deſcribi, vocat enim Homeritas & ad Indicum mare collocat & ab Auxumitis, id eſt, Æthiopibus dividi docet altero mari, id eſt Erythræo: hos tamen Æthiopes vocat: quia memoriæ lapſu eos ita ab Evangeliſta agnominari putavit: hoc enim diſertis verbis aſſerit quæſt. XXII. in Num: Σαβὰ ἔθνος Αἰθιοπικόν ἐστιν. ὁ γὰρ εὐαγγελιστὴς φησὶν βασίλισσα Αἰθιόπων ἀναστήσεται &c. *Saba gens eſt Æthiopica. Evangeliſta enim dicit: Regina*

gina

gina Æthiopum ſurget &c. Sed textus euangelici haud bene memor fuit Theodoretus, non enim dicit Evangelium *Regina Æthiopum*, verba illa non ſunt in Textu, ſed βασίλισσα νότε *Regina Auſtri* legitur. Ideoque dicendum Theodoretum non ſecundum Evangelii, ſed ſuam mentem interpretatum fuiſſe, quando dixit Reginam Sabæ eſſe Reginam Æthiopum. Scriptura nullibi, quod ſciam ullius Reginæ Æthiopum meminit præter Candacem Act. VIII. vers. XXVII. fallitur ergo Maria ex Caſſobelis in epiſt: ad Ignatium pag. LXVI. hanc Reginam Auſtri Æthiopiæ olim præfuiſſe. Ut autem nunc conſtet ex Arabia, non autem ex Æthiopia veniſſe ad Salomonem hanc *Reginam Auſtri*: Scriptorum teſtimonia nunc audienda & adducenda ſunt. Rabbini loco ſuperius laudato. lib. Juchaſin *Regina Saba quæ Nicolaa vocabatur, venit ex Regno Jeman ad audiendam ſapientiam Salomonis.* Jeman autem eſt Arabia aromotifera. Aben-ezra, *filia Regis Auſtri eſt Regina Saba: nempe hoc regnum vocatur lingua Iſmaëlitica* (hoc eſt Arabica) *Al ieman.* Chriſtus vocat illam βασίλισσαν νότε *reginam Auſtri.* Hoc eſt reginam *Jeman* vel *Al jeman* ימן Hebræis *Jamin*, Arabibus يمن *Jeman* & cum articulo *Al jeman.* Significat *Auſtrum. Jeman* itaque vel *Al jeman* Arabibus idem quod Hebræis regnum Saba & Romanis ſcriptoribus *Arabia aromatifera.* Nubienſis clim. I. part. VI. בפרינה סבא טואיף מן אהל אלימו *Saba incolæ erant è gente Jeman.* Beniamin. Itinerar. *Omnes eccleſiæ terræ Babyloniæ & Perſidis & Chorazan* וסבא היה אלימן. *Et Saba quæ eſt Al jeman.* Idem Bemamin. דרך מדבר ארץ שבא מנוקא ארץ אלימן *viæ deſerti terra Saba quæ vocatur terra Al jeman.* Juchaſin fol. 14. b. *rex Jeman eſt rex* מלכות הימן *Regni Auſtralis.* Chriſtus itaque qui Reginam *Jeman* vel *Jamin* hoc eſt *auſtri* vocavit cum vulgo eſt locutus, ita ut à quovis intelligi potuerit. Verum eſt, ad Auſtrum Judææ, eſſe tam Æthiopiam quam Sabæorum terram, ſed nuſquam Æthiopia Auſtri nomine indigitatur. His non obſtat quod dicitur Actor. cap. VIII. & quod ex Strabone, Plinio & Dione objici poteſt, in Æthiopia regnaſſe Fœminas, ideoque potius de Æthiopia locum intelligendum, ſed Aben Ezra in Daniel. XI. VI. *Filia Regis Auſtri eſt Regina Saba* itaque teſtatur porro de Sabæis in Alieman דורע היום אשה מולכת עליהם *& uſque in hunc diem mulier illis imperat.* Claudianus in Eutropium lib. I.

— — — *Medis levibusque Sabæis*
Imperat hic sexus, Reginarumque sub armis
Barbariæ pars magna jacet.

Imo si interpreti Chaldæo credendum, qui in hæc verba Hebræa ופתאם שבא *& irruerunt Sabæi*, hoc modo παραφερόμενη ונפלת בתכיף *& derepente irruit Lilith Regina Smargad & Bartinum.* Adeo ut invasionis illius in Jobum fuerit dux Fœmina facti. Cum Saraceni ad fidem Christianam fuerint conversi sub Valentiniano Imperatore, Reginam habebant Mauviam, quæ bellis frequentibus Palæstini & Arabici limitis Provincias devastasse traditur, & Romanorum vires haud parum attrivisse. Notandum etiam quod Jemama, pars Arabiæ, ad mare Persicum è Regione Mechæ nomen habet à *Jemama* Arabum Regina quæ in illis locis imperavit: Geograph: Nubi: Clim. II. part: VI. *Terræ Oman ex parte occidentali declinando ad Septentrionem confinis est terra Jemama, è cujus urbibus est Hagar* (Petra) *nunc diruta, in qua habitavit olim* אלמלכה יממה *Regina Jemama.* Ex his constat & Arabibus mulieres imparasse. Notandum porro Christum dicere ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς è terræ finibus, quos Sabæi multo verius dici possunt insidere quam Meroitæ. Quia cum in Africa ultra Meroën sint Regiones amplissimæ, Sabæi Arabiæ, adeoque terrarum extima occupant ad Oceanum. Unde est quod Pompeius Syria perdomita, tam impense optabat Διὰ τῆς Ἀραβίας ὅθεν τὴν Ἐρυθρὰν ἐλάσας θάλασσαν, ὡς τῷ περιόντι τῷ οἰκουμένῳ πανταχόθεν ὠκεανῷ προσμίξειε νικῶν. *Per Arabiam ad mare Erythræum penetrare, ut victor perveniret ad Oceanum quo undiquaque terra cingitur.* Putabat nimirum, sic futurum ut usque ad extremum orbem Romanorum arma promovisse diceretur. Si etiam respiciamus ad aurum & aromata quibus Regina Saba camelos oneravisse legitur, certum est, dicendum illam venisse è Sabæorum, non Æthiopum solo. Josephus tradit Judæos balsami plantam illi reginæ ferre acceptam. Λέγουσι δ' ὅτι ἡ τῷ τῆ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νυῦ ἡμῶν ἡ χώρα φέρει, δόσης ταύτης τῆς γυναικὸς ἔχομεν. *Aiunt autem ex dono mulieris illius nos habere balsami radicem, cujus nostra Regio hodieque est ferax.* Jam quis nescit balsamum plantam esse Arabicam, non Æthiopicam. Saltem nemo est quod sciam, qui balsami meminerit in Æthiopia nati. At de

de Sabæis ſcribit Agatharcides : παρὰ μὲν γὰρ αὐτῶν πέφυκε τῶν θάλασσαν τότε βάλσαμον πολὺ ἢ κασία. *Etiam ad ipſum mare multum naſcitur balſamum & caſia.* Et Artemidorus apud Strabonem : παρ' οἷς ἢ σμύρνα, ἢ λίβανος, ἢ κινναμώμον, ἐν ᾗ τῇ παραλίᾳ ἢ βάλσαμον *apud quos & myrrha & thus & Cinnamomum, in ora autem maritima etiam balſamum.* Et Diodorus Κατὰ μὲν γὰρ τῶν παραλίαν φύεται τὸ καλούμενον βάλσαμον. *Ad oram enim maritimam naſcitur balſamum quod vocant.* Et Pauſanias in Bœoticis : ἐν ᾗ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀράβων ὅσοι τῶν ἔχεων περὶ τὰ δένδρα τὰ βάλσαμα οἰκοῦσι. *In regione autem Arabum quotquot viperæ circa balſami arbores degunt.* Item ἐπὰν ἓν συλλέγειν τὸ βαλσάμου τὸν ὀπὸν ἀφίκεται τοῖς Ἄραψιν ὥρα. *Cum igitur venit Arabibus legendi opobalſami tempus.* Hiſce rationibus ex Bochar-to petitis & nos ſubſcribimus tanquam maxime probabilibus. Cœterum ſtatuinus & nos inter Sibyllarum numerum haud referendam hanc reginam Saba. Nuſquam legimus de Sibylla quæ Regina etiam fuerit ; quod tamen ſatis vulgatum fuiſſet à Scriptoribus, ſi Sibyllarum quædam ad Regnum evecta fuiſſet. Saltem non quadraret in Sibyllam, quas omnes pagani , virgines eſſe teſtantur , filium peperiſſe ut de hac Regina fabulantur nonnulli. Hieronymus, ut ſupra fuit notatum, donum Prophetiæ , Sibyllis propter Virginitatem fuiſſe conceſſum ſcribit. Nulli quod ſciam ſcriptores Sibyllæ in Arabia aut Æthiopia meminere. Hujus Oracula nullibi inveniuntur. Sacra pagina illius tanquam prophetiſſæ non meminit , ſed tanquam mulieris doctæ quæ obſcuris quæſtionibus Salomonis Sapientiam explorare volebat. Neſcimus quid nonnullis venerit in mentem , & quibus rationibus moti , hanc Auſtri Reginam in Sibyllarum numerum receperunt : ingenue fatemur rationes nullas eſſe vel ſaltem nobis non notas, quibus adduci poſſimus , ut pro Sibylla, hoc eſt, pro muliere diabolico ſpiritu acta & ex illius inſpiratione res futuras prædicente illam habeamus : hoc certe cum laudibus , quas Chriſtus Servator noſter illi dat in Matthæi Euangelio cap. XII. nullo modo quadraret : an Chriſtus laudibus extollat Fœnam quæ idolorum cultum ritusque paganos docet ? quis hoc credere audeat ! ſi vero eam Divino ſpiritu afflatam fuiſſe contendat quiſpiam , illi reſponſum volumus , hoc ne ulla quidem probabilitate , imo ne quidem abſque blasphemia credi aut pronuntiari poſſe, mulierem cultus Idololatricos docentem Divinitus fuiſſe inſpiratam.

Dei Spiritus ſibi non eſt contrarius : atque hæc de Regina Auſtri dixiſſe ſufficiat. Quædam etiam annotata de nonnullis aliis mulieribus fatidicis, quos enthuſiaſmos habuiſſe, credunt nonnulli : eo quod Revelationes ſibi factas affirment, & quod quædam res futuræ ipſis fuerint revelatæ, de quarum eventu prædictionibus ſuis, homines certos reddidere: Doctores Pontificii plurimarum Fœminarum meminere, de quibus mira ſcribuntur ipſisque mirandas Revelation s factas creduntur : has inter numerare licet Johannam Darck, Virginem Aurelianenſem dictam à nonullis Sibyllam Francicum: Hildegardem, Catharinam Senenſem, Eliſabetham Schonaugienſem, Magdalenam de la Cruz, Sibyllam Bohemicam, Brigittam, Peruvianam Sibyllam ab Acoſta memoratam aliasque quam plurimas, quas omnes referre longum foret: Notandum autem quando nos loquimur de Sibyllis, non ita laxe nos accipere vocem ut ſub illa comprehendamus veneficas aut maleficas, uti Delrio paſſim in lib. de Diſquiſitionibus magicis, imo & ſpectris Femineis Sibyllarum nomen impertit idem Delrio lib. II. quæſt XXVII. Nec etiam hoc voce ſimpliciter intelligimus mulierem quæ res futuras nonnullas declaravit: ſed Paganam mulierem aut virginem quæ (ſecundum Paganos loquimur hac vice) Divino Spiritu afflata enthuſiaſmos habuit & Spiritu Divino acta res futuras Romanis prædixit, atque ita mulieres ſupra nominatis Sibyllis proprie dictis, & de quibus tot tantaque Scriptores memoriæ prodiderunt, adcenſendos non eſſe, nemo eſt qui non videat: ſed tamen manet quæſtio, num in Prophetiſſarum numerum ſint recipiendæ, cum multas Divinitus patefactas Viſiones & Revelationes habuerint, & an non improprie & laxiori vocis acceptione Sibyllarum nomen ipſis concedi poſſit : de verbulo diſceptare nolumus, ſi Sibyllarum nomen ipſis dare velint per nos licet, ipſi viderint quomodo hoc nomen dare ipſis poſſint, quo proprie denotatur energumena diabolico ſpiritu acta, & quæ illo agitante & inſpirante res quasdam futuras, ante illarum eventum prænuntiavit. Et quamvis quædam cum Sibyllis (quas multi Scriptores Eccleſiæ Romanæ pro Divinis & veris Dei Prophetiſſis reputant) habeant communia, non tamen concedimus in Prophetiſſarum numerum recipiendas: multa de his mulieribus poſſent referri, ſed rem paucis heic relatam volumus. Et ut ordiamur à Johanna Darck Lotha-

tharingia, ab Hiſtoriographis Gallicis, Virgine Aurelianenſi *la pucelle d'Orleans*, dicta, notandum multa præclare ab ipſa geſta pro liberatione Regni Gallici, tum temporis, hoc eſt anno 1428: ſic aſſerente Delrio ab Anglis magnam partem occupati, ab Hiſtoricis referri: Peculiarem tractatum de hac Virgine Aurelianenſi conſcripſit Anno 1612. Johannes Hordalius conſiliarius Lotharingius, & Juris in Acad: Muſſ: Pont: Anteceſſor, qui amplam hac de puella vult hiſtoriam, multis fabellis refertam, illum legere, (ſi tanti videatur) poterit. Inter alia quæ de illà recitantur, nonnulla etiam memorantur, quæ à materia quam hoc libro tractamus haud adeo aliena: nempe multas ipſi à Deo factas Revelationes ex quibus illa multas res tum abſentes tum futuras prædixit & novit: imo & Spiritu illo, Divino nempe, Regem nunquam antea ſibi viſum agnoviſſe & indicaſſe, quamvis magna hominum ſtipatum caterva: ipſi apparuiſſe ſpeciem humana Auguſtiorem, (angelum Michaelem fuiſſe, ſunt qui affirmant) per quam ipſi mandatum, ut Carolum ſeptimum adiret Regnumque Regi aſſereret, Aureliamque obſidione liberaret: propter res haſce à quodam Fæminarum fortium encomiaſte Jeſuita, *Pierre le Moyne* nomine in tractatu ſuo Gallico *la Galerie des Femmes fortes*, Deboræ æqualis, imo inter prophetiſſas judicatur & habetur, ſed quidquid fabulentur homines creduli, nos pro certo affirmamus illam nec fuiſſe nec habendam pro prophetiſſa aut tali quæ Vaticinari potuerit, aut qui Spiritum Propheticum habuerit: De rebus ab illa fortiter & Heroice geſtis nunc non loquimur: videatur celeb. Voetius diſputat. part. II. de ſignis & miraculis p. m. 1031. Quod ad Revelationes attinet: ex eo non poteſt quispiam argumentari, futura quædam prædixit. Ergo eſt prophetiſſa. Nam primo, etiam à Diabolo multa futura revelantur, & poſſunt revelari, ut ſuo loco demonſtrabitur, ideoque poſſet & de illa dici ex revelatione diabolica quædam futura prædixiſſe & abſentia noviſſe. Notandum etiam ævo illius Johannæ, multas Revelationes confictas ad ſtabiliendam ſuperſtitioſorum falſam Religionem falſis & fictis Miraculis, ut & hoc pacto Johanna ſibi gloriam Sanctitatis acquireret, Religioque nova Pontificiorum, ab hominibus reciperetur aliique in illa magis confirmarentur, præcipue in doctrina Pontificia de merito Virginitatis, quam etiam à Paganis maximi factam ſupra retulimus: verum etiamſi non crederetur à diabolo illam habuiſſe Revelationes ſuas, non tamen ſtatuendum eſſet

à Deo

à Deo proveniſſe: potuerunt enim eſſe conjecturæ, qui multoties conjecturas proponit, nonnunquam rem, ut dicitur, acu tangit. Notandum etiam Spiritum Propheticum aut miracula ipſi non attribui ab Epiſcopis à Papa delegatis ad proceſſus reviſionem, quod ab ipſis non fuiſſet neglectum, ſed divulgatum ſummo ſtudio, imo & in Sanctarum catalogum admiſiſſent: ſolummodo illam à Magiæ crimine liberant, juſtificatio à crimine magiæ non acquirit alicui Prophetiæ donum. Et teſtimonium hoc negativum nihil ponit. Revelationes Divinitus ſibi factas, novimus, ab illis qui hanc pro Muliere Divinitus inſpirata reputant, allegari, ſed ſi hoc admittendum, illam ſuæ cauſæ eſſe poſſe Judicem, tum etiam credendum, Revelationes ipſi factas, nam de ſe hoc illa teſtatur coram Judicibus, qui igni illam tanquam Veneficam adjudicarunt: Scriptores Johannæ coævi aut illius ævo proximi nihil de apparitione Angelica affirmative recitant: ſed ex aliorum relatu quædam commemorant, verbis dubium cuivis relinquentibus: uti ſunt illa. *Fama eſt, ut creditur, vulgus dicit &c.* Imo & hoc probe obſervandum ab Hordalio Virginis hujus Encomiaſte, ad apparitionis & Revelationis Angelicæ confirmationem, duos tantum recentiores, & Johanna poſteriores Scriptores, teſtes citari, *Paſquier*, nempe, *recherches de France &c. & Pierre Matthieu en Louis* XI. *lib.* V. quod teſtimonium quanti ſit pretii lector præjudiciis non occupatus, dijudicet. At Regem ſibi nunquam viſum inter multos agnovit, Verum ſtramentitium plane eſt hoc argumentum, potuit enim conjectura *in* Regem incidiſſe, vel, ut reſpondent, etiam ex ipſis Pontificiis nonnulli, proceres quidam Galliæ hanc ſubornarunt Virginem, eique ſignum, quo Regem ab aliis diſcerneret, dedere & indicarunt, adeo ut non ſit tanti, res illa. Imo ſi omnia illa quæ de puella hac referuntur negaremus, haud adeo eſſemus abſurdi: inter Pontificios enim reperiuntur, qui pro meris fraudibus & fictionibus, habent quæ *de illa* memorantur. Videatur Lipſius in notis ad politic. *lib.* I. cap. III. Concludimus igitur illam in Prophetiſſarum aut Fæminarum Divinitus inſpiratarum numerum minime admittendam: quod & pleniſſime & veriſſime probari poſſe, ex propria Johannæ coram Judicibus confeſſione, contendimus. *Paſquier* ſupra citatus reſponſum Johannæ refert ad quæſtionem, an unquam vidiſſet Feas, ſpectra erant Fœmi-

minarum forma & habitu, de his forte alibi dicendi dabitur locus. Et alteram nempe quinam aut quænam eſſent, quibus cum ſermonem habuiſſe ſe affirmabat: reſpondit ad interrogata illa quod ad arborem Fæarum & apud fontem prope vicum *Dompre*, ſermonem habuiſſet cum Sancta Margareta & Catharina, non autem cum Feis. Quod ſæpe in Carcere Margaretam & Catharinam vidiſſet, tetigiſſet, ac ab illa conſilium accepiſſet, ſeſe ab ætatis anno XIII. cum illis locutam ſuſpectam quidem fuiſſe ſermonis cum Feis habiti, ſed revera nunquam vidiſſe ſe Feas aut cum illis ſe locutam. Hoc tantum ſe ſcire Feas quidem ſuſceptrici, non autem ſibi viſas eſſe. Hoc ſolum reſponſum ſufficit ad refutandum encomiaſtas, pro Divinitus inſpirata hanc habentes. Falſum enim eſt Margaretam & Catharinam ab illa viſas. Sunt Sanctæ quæ à Papicolis in cœlum elevantur, etiamſi hactenus à nemine probatum ſit, unquam fuiſſe in terra inter mortales. Pro fabuloſis Sanctis quæ nunquam in rerum natura fuerunt habendas eſſe opinamur & aſſerimus. Margaretæ enim, quæ ab Olybrio incarcerata & à Dracone devorata fingitur, patria, locus natalis, imo ævum quo vixit hactenus à nemine demonſtrari potuere. Olybrius ille nunquam fuit, inſolens etiam eſt apud Muhammedanos quempiam ad Muhammedis doctrinam carcere aut vi adigere. Catharina autem filia Coſti ſive veri Dei ſive fictitiorum, Regis Alexandriæ, Maxentii Imperatoris ætate vixiſſe, quo tempore, Alexandria, ut pote Romano imperio ſubdita, Regem nullum habuit: fingunt, fabulantur & nugantur Scriptores illi qui ab illa Reginam Fauſtinam cum quinquaginta Philoſophis ad Fidem Chriſtianam converſos fingunt. Nulla enim tum temporis nec apud Ægyptios alias ve gentes Regina nomine Fauſtina extitit. Quomodo à Dei Spiritu mendacia illa procedant? an ex Revelatione Divina quispiam affirmare poteſt, ſe res vidiſſe, de quibus certum eſt nunquam illas fuiſſe, aut in rerum natura exſtitiſſe? ex Diabolico potius hoc promanare ſpiritu affirmandum eſt. Deinde notandum, quod dicat, Feas ad arborem Fearum à ſuſceptrice viſas eſſe, ſed quomodo in alieno negotio fides habenda erit illi, quæ in ſuo tam ſplendide mentitur? ſe enim vidiſſe ea quæ nunquam fuerunt, mendaciter affirmat. Hæc de Johanna illa, Virgine aut puella Aurelianenſi ſufficere heic loci, exiſtimamus. Videamus nunc quid de Hildegarde ſtatuendum ſit, num & illa in earum Mu-

lierum numerum, quæ Divinitus Revelationes habuere rerum futurarum, & hac de cauſa ſenſu laxiori, in Sibyllarum album recipienda ſit. Hanc Hildegarden claruiſſe anno 1180. in Germania, ſcribit Delrio de diſquiſit. Magicis. lib. IV. cap. I. quæſt: III. idemque ibid: ſectione VI. refert Sanctam illam, vix ſuperiorum juſſu induci potuiſſe ut Revelationes ſibi factas conſcriberet, quod tandem conceſſit inſtanter à Papa Eugenio III. rogata, easque deſcripſit, & Papæ tradi curavit, qui illas ut pias, veras & Sanctas approbavit. Poſſevinus de hujus ſcriptis conſulendus. Alii dicunt illam obiiſſe anno 1180. floruiſſe autem anno 1170. Videatur Wolfius lect: memorab. centen. duodecimo, ibique compendio relatam habebit ejus vitam & geſta, præſertim Revelationes quasdam quæ tam fatuæ ac ridiculæ ut retuliſſe illas, ſit refutaſſe. Summa huc redit. Hildegardi propter adverſam valetudinem lecto affixæ, apparuiſſe Fœminam formæ venuſtiſſimæ ac tam elegantis, ut hominis mentem ſuperaret: eam tali proceritate fuiſſe præditam quæ ad cœlum pertingeret. Illum delituiſſe in patris corde auſcultantem, donec hominis filius in Virginis utero conceptus, inde in lucem editus ac poſtmodum ſanguine profuſo è vivorum numero exturbatus eſſet. (Hoc qui dici poſſet ſine blaſphemia, videant illi qui his patrocinantur.) Femina illa illi porro recitavit, quam corrupti eſſent Sacerdotes, multis ac fœdis criminibus maculati. Divinum Numen agere cum pane & vino diluto ſuper altari, quemadmodum cum homine, ſimulac formato ex rudi terra, Deus vitæ indidit ſpiraculum, ſtatim factus eſt caro & ſanguis. Sic etiam recitatis uſitatis verbis ac invocata Sanctiſſima Trinitate, mutantur ilico in veram carnem ac Sanguinem, inquit, ſponſi mei. Nugas reliquas referre piget, cui vacat, adeat & legat Wolf. loco citato. Hoc ſaltem addam, Revelationes illius procurante Bernardo Claræ-vallenſi editas Coloniæ anno 1566. apud Gervinum Calenium. Eliſabetha Schonaugienſis Abbatiſſa coætanea fuit Hildegardis, ſub illius nomine circumferuntur Revelationum libri duo, editore Rogero Ciſtercienſi Anglo, inquit Delrio. Alii dicunt, illam compoſuiſſe Revelationum lib. III. Et unum de 11000. Virginibus. Wolfius 2. vol. memorab. lect: centenario XII. ſcribit Eliſabetham hanc Germanam dictam, floruiſſe circa annum 1150. Hildegardisque fuiſſe familiarem: ſcripta

ejus

ejus Parisiis cum præfatione Fabri, opusculis Hermis, Hildegardis, Fratris Roberti & Mechitldis sunt impressa. Huic Elisabethæ Spiritus Propheticus tribuitur omniaque quæ docuit ex Dei Revelatione cœlitus accepisse. Summa Revelationum à Wolfio loco laudato refertur: Inter alia, Prælatos sic Deus, referente Angelo per os ejus alloquitur. Hæc dicit Dominus, *ecce ego mitto Angelum meum, ut annuntiet vobis qui in sublimi potestate irritatores estis. Dico autem vobis, quod iniquitas terræ, quam absconditis propter aurum & argentum, adscendit coram me, sicut fumus de igne. Nunquid animæ plus sunt quam aurum & argentum, quas suffocatis in ignem æternum, propter avaritiam vestram. Idcirco accusat vos Religio vestra coram me &c. Item Caput Ecclesiæ clamat, & membra illius mortua: quoniam sedes Apostolica obsessa est superbia, & colitur avaritia, & repleta est iniquitate, &c.* Reliqua quæ, inspirante, Spiritu Mulier hæc docuit, corruptionem Ecclesiæ horrendam, ostendunt. Magdalena de la Crus à nonnullis Ecclesiæ Romanæ Doctoribus inter Prophetissas numeratur: ut pote quæ multas habuerit à Deo sibi factas Revelationes. Sic & Sancta Angela referente Delrio lib. 4. cap. I. quæst. III. Sect. IV. fuit filia Regis Bohemiæ, Virgo ordinis Carmelitarum. Scripsit librum Revelationum. Et contemplationes de Christo. Sub Imperat. Henrico VI. & Papa Clemente III. uti à Wolfio notatum deprehendimus Lect: Memor: cent: XII. p. m. 401. Addamus etiam aliqua de Brigitta, fuisse viduam & à Papa Bonifacio IX. canonisatam ac floruisse anno 1363. scribunt qui de vita ac gestis illius retulere. Wolfius lect. memorab. cent: XII. dicit olim fuisse Duciſſam Neritiæ in Suecorum Regno, atque in Patria Monasterium *Wasteen*, cujus prima Abbatissa fuit D. Catharina ipsius filia, erexisse, & floruisse in Suecia, & Romæ, ubi voti causa venit & ut ordinis sui confirmationem à Papa impetraret per aliquot tempus degisse. Fuit & alia Brigitta Scotica quæ vixit circa annum Domini 530. Surius in vitis Sanctorum ad I. Februarii, Sigebertus in Chronico, illam obiisse 518. Baronius vero ex Mariano & Scoto, illam decessisse anno 521. scribit. utraque quæ tanto à sese distant tempore vitiose à Platina & Volaterrano confunditur. Hujus Brigittæ lib. VIII. Revelationum cum extravagantibus recogniti à Cardinali Turrecremata, & anno 1611. Antverpiæ apud Keerbergium editi, vulgo circumferuntur. Hanc Brigittam multi Doctores Ecclesiæ Roma-

næ Prophetiſſam fuiſſe & Divinas Revelationes habuiſſe, credunt & docent. Verum hoc ut credamus, rationibus apodicticis convinci non poſſumus, ut ſtatim de illa aliisque probabimus. Revelationes quæ ipſi à Deo factæ præſumuntur, inveniuntur ſatis ample & copioſe, quamvis compendioſe, apud Wolfium lect: memorabil. 2. vol: centenario decimo quarto. p. m. 670. &c. Quia longiores & prolixiores quam ut heic referantur non addimus. Notandum ſummam eo redire: proponunt nempe Dei, Jeſu Chriſti, Angelorumque querelas de corruptis Eccleſiaſticorum moribus. Papam *vocat animarum interfectorem, ovium Chriſti diſperſorem & laceratorem. Dicit eum eſſe Judæis abominabiliorem, immitiorem Juda, injuſtiorem Pilato, pejorem & deteriorem ipſo Lucifero. Sedem Papæ dicit, demergendam in profundum, ſicut lapidem ponderoſum. Aſſeſſores ejus dicit arſuros in igne ſulphureo & inextinguibili. Clericos dicit convertiſſe Divinam ſapientiam in aliam pravam & vanam. Simplices præcipitant, euntes per viam Domini, odiſſe eos & eſſe leproſos, & mutos. Decem denique præcepta Dei in unicum Verbum commutaſſe, hoc nempe,* Da pecuniam, *id eſt, eos totam veram pietatem lucri cauſa ſubvertiſſe, &c.* Reliqua, quæ & lectu digniſſima, videri poſſunt apud Wolfium loco laudato. Catharinam autem Senenſem quod attinet: notandum ipſam Senis natam, patre Jacobo pannorum tinctore, & Lapa matre. Hanc floruiſſe ſcribunt nonnulli tempore Brigittæ Suecicæ Reginæ. Multas huic factas eſſe revelationes à Deo, Angelorum Miniſterio narrant, legendam ejus qui conſcripſerunt. Sunt quidam qui illam anno 1372. alii anno 1455. cœpiſſe aut vixiſſe ſcribunt, quam diſcrepantiam hoc modo conciliat Wolfius lect. memorab. centenario decimo quarto Catharinam tertium ordinem Prædicatorum ingreſſam, juxta priorem ſententiam anno 1370. vel paulo ante: quia vero ordo conſtabat ex conjugatis quoque, & iis qui non adeo ſtricte viverent, ut cæteri Religioſi: Moniales Catharinam imitari malentes, peculiarem ſibi formam præſcripſerunt, & ejus nomen aſſumpſerunt. Eam Viſione quadam S. Dominico jubente ad hunc ordinem incitatam fuiſſe, ex legenda Reimundi Capuani Generalis Prædicatorum magiſtri, in ejus vita ab Antonino recitata, conſtat anno 1455. juxta Francum, ſecundum alios vero anno 1372. catena ferrea cuti proxima quotidie ſe cinxit: & juxta nugatorum & fabellarum Scriptores quosdam, intra duos

dies

dies dimidiam tantum horam dormiebat. Ex Legenda jam citata. Nugas agit porro Antoninus, narrans: Dominum Jesum sæpe ad eam venisse, & duxisse secum aliquando glorioſissimam suam genitricem, aliquando Dominicum, quandoque Mariam Magdalenam, vel Joannem Evangelistam vel Paulum Apostolum, vel alios, & cum ea familiarissime confabulatos esse. Ejusmodi nugas plures qui de hac Catharina legere volunt, & fabulosas plane esse illas Apparitiones ex earum relatu qui nosse cupiunt, adeundus Wolfius 2. vol. lect. memorib. Centenario Decimo quinto. Ad annum 1455. Revelationum summaria substantia refertur à Wolfio centenario decimo quarto 2. vol. ad annum 1378. Si cuipiam tanti videatur, locum ipsum ibidem consulat: plurimas deprehendet contra pravos mores Clericorum factas querelas, illamque Ecclesiæ Romanæ Reformationem plane esse perneceſſariam judicasse: hujus dialogi in sex tractatus distributi, Latine editi sunt Ingolstadii anno 1583 volumen Epistolarum Italice anno 1500. editum apud Aldum Manutium. Vitam ejus à Raimundo Dominicano ejus confessario descriptam habes apud Surium ad XXIX. Aprilis: ut tandem pseudo-Prophetissarum recensioni finem imponamus, nonnulla de Sibylla Peruviana cujus Acosta meminit, & de qua sententiam suam dixit idem Acosta sunt dicenda: Ipsius verbis rem totam proponemus, ut Pontificii, si forte præjudiciis & partium studio sententiam nostram tueri nos arbitrentur, nihil habeant quod conquerantur. Sic igitur P. Josephus à Costa, de noviſſimis temporibus lib. II. cap. XI. *Fuit in Peruensi Regno vir magni pro illo tempore æstimatus, doctus Theologus, ac Theologiæ professor, idemque Catholicus ac pius diu habitus, ac pene tunc hujus orbis miraculum. Is familiaritate mulierculæ cujuspiam, quæ se edoceri ab Angelo magna quædam mysteria jactabat: quæque extra se interdum rapiebatur, aut rapi simulabat, velut altera olim Philomene aut Maximilla Montani, ita devinctus est, ut illam de summis Theologiæ quæstionibus sæpe consuleret, in omnibus pro Oraculo haberet, magnis Revelationibus plenam & Deo valde charam prædicaret, satis alioqui sordidam, & perexiguo sensu præditam, nisi ad instruenda mendacia. Igitur sive à Diabolo corriperetur, (quod facilius est credere) cum ejusmodi ecstasim pateretur sive callidè eam fabulam simularet, (quod nonnulli viri prudentes existimarunt) ille Theologus: quod à muliercula magna & mira de se audiret ac multo gran-*

diora futura conciperet, libenter ei se discipulum addixit, cujus patrem spiritualem agebat. Quid multa? eo adductus est homo, ut miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet: cum miraculi vestigium ne tenue quidem exstaret. Ob hæc & quod propositiones aliquot ab illa Prophetissa accepisset, à sensu Catholicæ Ecclesiæ alienas, à sanctissimæ inquisitionis Judicibus, toto hoc Regno stupente comprehensus est: ibi per quinqueinnum fere auditus, toleratus, examinatus ac tandem patefactus est homo omnium superbissimus ac insanissimus. Reliqua quæ de professore hoc à Sibylla hæc Peruviana corrupto narrantur, videri possunt apud Delrio lib. 4. de disquisit, magicis. Dictas autem hasce mulierculas in prophetissarum numerum recipiunt Romanæ superstitionis cultores quam plurimi. Sed nos pro Prophetissis Dei non haberi posse probabimus non solum nostris, verum etiam à Pontificiis ipsis adductis rationibus: si pro Sibyllis eas habere velint, per nos licet, demonstabimus enim & illas fuisse diaboli organa & à Dei Spiritu nullo modo actas, Prophetissas autem non posse dici, etiam vel hinc constat, quoniam etiam inter Papistas ipsos disputatur, nunquid Revelationes illæ non sint confictæ, putantque nonnulli, imo disertis verbis affirmant, esse commenta quædam ab otiosis inventa. Notandum est ipsum Delrio citare quosdam ex suis Catholicis, Barthol. à Sibylla in speculo peregrinarum quæstionum decade C. III. quæstionis, quæst. VI. & Henricum de Hassia in Gen. cujus rationes allegantur cur Brigittæ & similium Revelationes non debeant haberi pro indubitanter veris, nec acceptari tanquam à Spiritu Sancto editas. Primo quia illa quæ prædixerunt, possunt aliunde prædici ut ex industria, solo lumine fidei & doctrinæ confortata. 2. quia potuerunt ex illusione Dæmonum nasci, Deo hoc merito permittente, eo quod etiam sine culpa præsumebant facere, quæ Mulieribus illicita, ut concionari & docere. Tertio quia potuerunt provenire ex phantasia nimis debilitata, & ex errore quodam mentis. Quarto, quoniam in illarum dictis quædam occurrunt, minus secundum communem Theologorum sententiam, consentanea rationi & Veritati. Quinto quia Prophetica illarum doctrina supervacua & parum Ecclesiæ videtur necessaria. Hæ rationes apud Delrio loco citato allegantur ex Autoribus laudatis, sed fatetur Delrio quamvis patrocinetur Revelationibus dictarum mulierum, se tamen Revelationes illas tanquam

fidei

fidei Catholicæ assertiones defendere nolle, sed ut reverentia dignas & cœlesti lumine colluſtratis mentibus prolatas venerabiles se defendere: quasi à cœlesti lumine & Revelatione & propositiones possint proficisci quæ non sint fidei Catholicæ conformes, & in quarum defensione sit periculum sustineri assertiones à veritate alienas: sed vidit vir Doctus, si Revelationes harum mulierum defendere vellet tanquam propositiones Catholicas, tum necessario sibi invicem contradictorias esse defendendas. Uti Delrio ipse citat Joannem Franciscum Picum, qui inter multas rationes quas affert, etiam hanc in medium protulit, nempe mulieres hasce habuisse Revelationes sibi mutuo contrarias de uno eodemque fidei articulo, de quo multum inter Pontificios disceptatur: nempe de Virgine Maria, utrum, ut cæteri mortales peccato Originali fuerit infecta, an vero ab illa communi labe fuerit immunis, Brigitta illam ab ea eximit, Catharina Senensis autem eam ut reliquas in peccatis conceptam statuit: hæ Revelationes sibi directe contrariæ quomodo conciliari possint, nos equidem non videmus: & tamen & Brigitta & Catharina Divinas jactitant Revelationes, utramque infallibilis scilicet Papa in Sanctarum numerum recepit: cui nunc credemus? Brigittæ an Catharinæ & cujus Revelationes pro cœlestibus habebimus? Jesuitæ pertinaciter Brigittæ patrocinantur, Dominicani Catharinæ Senensi: Jesuitæ, (& hinc est quod Delrio partium studio inductus Catharinæ Revelationes pro fictis & commentitiis habet) etiamsi nonnumquam scribant, Ecclesiam Romanam nihil hac de quæstione determinasse, cum tamen constet, concilium Basileense pro immunitate Virginis Mariæ à peccato originali determinasse, anno 1439. sessione XXXVI. & Papam Sixtum IV. anno 1483. festum conceptionis Virginis immaculatæ absque peccato originali instituisse, mordicus & magno zelo contra Dominicanos contendunt, Deiparam non fuisse originali late contaminatam. Dominicani non minori fervore contradicunt Jesuitis, an igitur statuendum erit contradictoria à Spiritu Sancto promanare & hoc tempore hoc, alio tempore contrarium plane affirmare: scio equidem eo impietatis provectos scholasticorum nonnullos, qui apud Aliaco quæst: XII. art: III. lib. I. pronuntiare audent blasphemias hasce, *Deum posse revelare falsum & decipere ac fallere creaturam.* O voces diabolis dignas! Deus se ipsum abnegare non potest:

teſt: valde placet B. Auguſtini dictum To: 9. de Symbolo lib. I. c. I. *ſi mentiri ſi falli, ſi fallere ſi inique agere poſſet, non eſſet omnipotens.* Certe non eſt hoc Spiritus Sancti, ſed Diaboli potius mendacis & impoſtoris, Deus ejus que Spiritus unus idemque ſemper, nunquam & nuſquam ſibi contradicit: ne umbra quidem variationis apud illum, ideoque aut illa aut hæc falſas venditat Revelationes. Jeſuitæ ſtatuunt aut Catharinam mentiri aut falſo poſt ejus mortem illam Revelationem ipſi attributam. Dominicani Brigittæ Revelationes falſitatis arguunt: quis litem hanc componet? & quis nos certos reddet Revelationem Brigittæ non eſſe falſam aut illam ſaltem falſam pro vera venditaſſe & accepiſſe? uti Delrio de Catharina Senenſi affirmat ex nonnullorum teſtimonio Aſſerimus autem nos, Catharinæ Revelationem, ſi Revelatio hæc eſt dicenda, eſſe veriſſimam, ac beatæ Virginis conceptionem, non fuiſſe immaculatam. Sacra enim pagina, Sancti Patres & antiqua concilia eam à peccato originali haud immunem, ſed eo à conceptione contaminatam credidere. Ipſa Dei genetrix Jeſum Servatorem ſuum vocavit: atque hoc dicto ſe peccato maculatam contendit docetque. S. Auguſtinus lib. II. de pec. mer. cap. XXIV. *Solus Chriſtus homo factus, manens Deus, Peccatum nullum habuit unquam, neque ſumpſit carnem peccati, quamvis de natura carnis peccati:* Loquitur Auguſtinus de carne matris. Idem in pſ: XXXIV. Serm. II. *Maria ex Adam mortua propter peccatum &c.* Idem lib. de perfect. juſtit. *Quisquis eſſe vel fuiſſe in hac vita aliquem hominem vel aliquos putat excepto uno Mediatore Dei & hominum, quibus neceſſaria non fuerit Remiſſio peccatorum, contrarius eſt divinæ ſcripturæ.* Bernardus acrem ſcripſit ad Canonicos Lugdunenſes reprehenſionem epiſtolarem, eo quod feſtum immaculatæ conceptionis Mariæ inſtituiſſent, illudque tanquam temerariam novitatem damnat: *Nunquid*, inquit, *patribus doctiores aut devotiores ſumus?* dicit porro, *feſtum hoc ritus Eccleſiæ neſcit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio:* longior eſt epiſtola hæc quam ut heic deſcribatur, in hac materia tamen notatu digniſſima eſt, inter Bernardi epiſt. CLXXIV. quare contendimus non eſſe has mulieres Prophetiſſas, nec illarum prætenſas Revelationes ut veras admittendas, de quibusdam ipſi papicolæ affirmant eſſe impoſturas & fallacias, Revelationes ſub illarum nomine confictas. De Brigitta & Catharina jam audivimus Jeſuitas &

Do-

Dominicanos, de Magdalena de la Crus. Delrio illam Cordubæ multis impoſuiſſe teſtatur, ut & de Sibylla Peruviana, addit ibidem exemplum talis impoſturæ, de Religioſa quadam, quæ ſe etiam divinitus Revelationes. accepiſſe jactitabat & eo audaciæ pervenit ut ſacerdotiſſæ munere fungeretur, panes azymos conſecraret ac tanquam verum Domini corpus populo adorandos exponeret: lubet & heic adſcribere exemplum ſimilis impoſturæ ex Nicolai Baſelii additione ad Chronicon Naucleri apud Delrio. lib. IV. de diſquiſit. Magicis adnotatum, *eodem tempore* (inquit Baſelius) *anno Chri.* 1509. *Pridie Kalend: Junii apud Bernam in Helvetia, quatuor Sancti Domini conventus, ibidem fratres, prior, lector, ſubprior & cuſtos, capti per torturam examinati degradati, ad ignem condemnati, miſerabiliter ſunt combuſti propter quasdam doloſas falſas, impias & diabolicas machinationes, quas in odium immaculatiſſimæ Virginis Mariæ conceptionis occaſionaliter excogitarunt. Nam quendam ſimplicem idiotam ſuperſtitioſis quibusdam incantaminibus, diaboli arte dementarunt, ac plurima tam in ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, quam ſculptis imaginibus tentaverunt, quemadmodum facta eorundem in lucem arte Chalcographiæ ſunt impreſſa, ideo præſentibus eorundem conteſtata ſuperfluum duxi. Tandem vero ad inſtantiam Bernenſium, Haimo Lauſannenſis Epiſcopus, loci ordinarius, inquiſitionem contra eos fecit, quo adſtante una cum Matthæo Walenſi Epiſcopo, Achilles Caſtell. Epiſcopus & Apoſtolicæ ſedis Legatus, ad hoc à Papa Julio ſpecialiter miſſus, ab omni gradu & Privilegio clericali depoſitos,* XXIII. *die menſis Maij, poteſtati tradidit ſæculari, atque dehinc ultima die ejusdem menſis, igne ut hæretici, ſunt incinerati, præſentibus ibidem multis hominum millibus.* Si non nunquam, ipſis Pontificiis fatentibus, falſæ Revelationes pro veris hominibus fuere obtruſæ, etiam in illis Revelationibus de quibus ſupra hoc fieri potuit, imo factum eſſe Romanenſes plurimi teſtantur, quomodo tuto illis fides habebitur, & quis ſpondebit pari fallacia non fuiſſe uſos monachos? dicendum ergo eſt fictitias eſſe illarum Revelationes, imo ne quidem Revelationum nomine & titulo decorandas cenſemus: Videantur & conſiderentur Revelationes ipſæ, quas pro talibus Brigitta aliæque venditarunt, conſtabit, querelas quas de curia Romana & de toto clero male vivente propoſuere, non eſſe tales, quæ ipſis ſpeciali & extraordinaria Revelatione debuerint indicari, ex ſacra Scriptura enim eſſe depromptas luce meridiana clarius

videmus. Futura quædam quæ ab ipſis prædicta fuiſſe referuntur, non ſtatim ſtatuendum eorum prædictionem à Spiritu Divino profectam, ſed vel à Dæmone ipſis factam Revelationem, (plurima enim noſſe poſſunt futura Dæmones) vel meras fuiſſe conjecturas, vel potius eſſe plane ſuppoſititias credimus: illo enim vixerunt tempore quo Deus extraordinarios miniſtros Prophetas aut Prophetiſſas non mittebat: nec etiam ipſa Eccleſia, ut recte ab ipſis Pontificiis ſupra laudatis obſervatum, talibus prædictionibus neceſſum habuit: habebat enim, uti & nunc, Dei beneficio, verbum Dei ſcriptum, quod ſolum ſufficit. Notandum etiam ſtilum illarum revelationum fœminis illis adſcriptarum eſſe plane monachalem, adeo ut vel ex hoc diſcernere nullo poſſimus negotio eſſe à monachis confictas. Si ad Dei verbum pſeudo Revelationes illæ, tanquam verum Lydium lapidem, ut aurum ab ære diſcernatur, examinarentur, multæ propoſitiones hæreticæ, & Spiritui Divino in Scriptura loquenti contrariæ deprehenderentur. Spiritus Dei & in verbo & in Revelationibus extraordinariis nunquam ſibi contrarius, ſemper idem ut eſſentia, ſic etiam verbo. Legendas igitur quas de illis Fœminis conſcripſiſſe nonnulli Doctores Pontificii aut monachi otioſi, plane ut fabulas ablegandas cenſemus & pronuntiamus. Imo ut Spiritui Divino injurioſas: nugas enim quam plurimas de illis referunt Scriptores Pontificii, quas ab homine ſpiritu Divino acto procedere poſſe, ſiquis ſuſtinuerit, nos equidem magno contemptu affici Spiritum Dei opinamur: quis non riſu potius quam admiratione aut veneratione excipiat fabellam hanc, quam narraſſe Catharinam Senenſem ſcribit Antoninus ſupra citatus. Jeſum è cœlo cum Genitrice nonnunquam cum Apoſtolo Paulo, vel Johanne Evangeliſta vel Dominico vel Maria Magdalena comitatum ad Catharinam confabulatum veniſſe? an non diſerte Scriptura teſtatur, Act: cap. III. vers. XXI. *Oportet cœli illum capiant uſque ad tempora reſtitutionis omnium &c.* Quomodo ergo tam crebræ Apparitiones corporales Jeſu Chriſti ſalva Scripturæ veritate poſſunt ſtatui: nullibi Deus præſentiam Domini Jeſu Chriſti corporalem pollicetur, nec etiam nobis aut utilis aut neceſſaria, Spiritu ſuo & S. ſuo verbo ſufficienter ſolatur & de rebus ſcitu neceſſariis docet ac certos reddit. Lubet & heic adjicere quæ Doctiſſ: Thomas Bartholinus in de latere Chriſti aperto diſſer-

ſertatione cap. III. p. m. XXV. ſcripta reliquit, ſuper poſteriorum ſeculorum Revelationibus, ex illis enim conſtabit, quæ viri Doctiſſ: fuerit ſententia, nec adeo tuto credi novitiis illis Revelationibus. Brigittianæ, inquit, Revelationes eam non habent ætatem aut veri incorrupti ſpeciem, ut ſcrupuloſis pro Divinis ſe poſſint commendare. Suſpectæ ſunt poſteriorum ſeculorum Revelationes, quia ſæpius Religionis ſpecie credulis impoſuerunt. Non pauca ſane invenies ibi Oracula quæ ab humano ingenio conficta facile divines. Quo titulo apud Chriſtianos omnis generis ſuſpenduntur. Nullum illis tribuiſſe pretium Cardinalem *Bellarminum*, altum ejus indicat ſilentium, quando peculiari opere juxta ſeculorum ſeriem, omnes Veteris & ſuæ Eccleſiæ Scriptores complecteretur, neque apud Cæſarem Baronium, majoris ſunt fidei, præſertim de anima Trajani Revelatio, lib. IV. cap. XIII. contraria videlicet Revelationi *Mathildis* lib. V. cap. VI. Cenſura ejus hæc eſt. *Annal. Eccleſiaſt. ad A.* C. 604. *nec fiat ut credam quid hujusmodi Sanctiſſimis Fœminis, (Brigittæ & Mathildi) Revelatum, vel ab ipſis eſſe conſcriptum, ſed tantum ipſarum nomine ab aliis promulgatum, abeant igitur vana commenta, ſileant, &c.* Superſtitionem non rarò magis redolent, quam illa mulierculæ cuidam Gazæ habitanti facta Revevelatio commentitia, de Euſebii & Neſtabi Martyrum oſſibus inter Camelorum & aſinorum cadavera latentibus, de qua *Sozomenus*, lib. V. cap. IX. *à civibus Magdeburgenſibus* damnata *in centuriis.* Ego quidem neſcio quid ſubſit monſtri, quod aliis Virgo dicatur, aliis Ulphonis principis Vidua, aliis Revelationes ab Angelo habuiſſe, pluribus à B. Virgine Maria fertur. Niſi ejusdem nominis *Brigittæ* plure Fœminæ extiterint, quod verius ſuſpicarer. Sanctorum vero patrum & Chriſtianorum aliorum in excitando populo zelum merito ſuſpicimus, ſeria mortis vulnerumque Chriſti contemplatione, quam pator lateris ad præcordia velut aperta feneſtra non parum augebat. Solent enim ſimilibus rerum Divinarum umbris, compoſitum ad Religionem animum excitare pietatis non fictæ viris, ut per plurima Eccleſiæ decreta percurrenti erit manifeſtum. Hinc varia de extremis proditoris Judæ figmenta ab antiquis recenſentur, non tanquam vera, ſed ut vulgus terrerent, ita referente *Oecumenio. Papias* antiquus ſcriptor Judam carne uſque eo intumuiſſe dixit, ut quum per-

viam per quam plauſtrum facile tranſiret, ire non poſſet, à plauſtro contuſus fuerit. De cujus narrationis fide, merito *Baronius* dubitat. Caſaubonus autem ut commentitium plane rejicit. Alii eodem pietatis inſtituto agrum in quo Judas vitam laqueo finierat, ob fœtorum incultum plane, ad poſterorum ætatem deveniſſe ambigua fide prodiderunt. Pari pacto, quod ad maternum animum oſtentandum, ac Lectorum Religionem aucupandam, ſcripſit poſt *Auctorem Tragœdiæ* Sacræ *Metaphraſtes* de vit. & Don. Mariæ, explicandum cenſeo; Deiparam nempe debita diligentia hauſiſſe ſanguinem & aquam ex filii latere ſcaturientem, data verò occaſione ad eundem acceſſiſſe, intemeratos pedes impreſſasque eis plagas libenter fuiſſe deoſculatam, & cruori lacrymas miſcentem oculos genasque attriviſſe, his perturbati animi motu prolatis verbis: *quid hæc ſunt, O Domine & Deus!* quis noſtrum non credat in plebejorum gratiam ejusmodi eſſe conficta, quos mollis & miſericordiæ plena oratio ſæpicule magis afficit, quam ſuis coloribus proprioque habitu protracta veritas. Eſt hic à longo ſeculorum intervallo repetitus mos, *Pythagora* Samio hominum ſapientiſſimo, & ejus ſectæ addictis olim uſitatus, qui ut à mortalibus obtineret, nequis

— — — Λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε πῇ ἔργῳ
Πρήξῃ, μηδ' εἴπῃ ὅ τι, τοι μὴ βέλτερον εἴῃ.

Neve mentem purgatam nova vitiorum fœditate polluerent, novo μεϱεμψυχώσεως figmento animos, ſua ſponte & ſeculi vitio ad ſolutiora conſilia proclives, facile rexit. Nam triplici ſua animarum migratione ſeu πορείᾳ, hominis in hominem alium frugis melioris vel deterioris, hominis in Beſtiam, & ejusdem in plantas, pœnarum præmiorumque ſpecie vitam noſtram inſtruxit, quorum animæ ſui meriti virtute vel in majora corpora inſinuantur, vel corporibus inferiorum ordinum vera communicatione per vices immittuntur. In qua mutatione à *Druidibus* differebat, qui intra humanum ſe continebant, nec plane Pythagoræam πορείαν habuerunt, ſecus ac *Diodoro Siculo* lib. V. viſum. Pythagoræ autem moralis ratio non defuit. Quemadmodum enim ægris inſalubri cibo aut *medicina* Valetudinem dubiam reſtituimus, ubi ſine effectu ſalutaria ceſſerunt: ita fabulis aliquando animos reprimimus, & in officio con-

continemus, ut ſolita majeſtate de hoc ſcopo loquitur apud *Platonem Timæus*. Et niſi recte monitis pareant, exiſtimat idem cum Pythagora novas & inauditas pœnas eſſe proponendas, ut improborum animæ pro variis vitæ anteactæ vitiis diverſa corpora aſſumant, anima timidi Fœminam ingrediatur, injuſti vel crudelis, feras, libidinoſi ſuem, levis & ſuperbi aves, otioſi & negligentis, piſces, Juſto Judicio induat, propter motuum nempe & ſtudiorum ſimilitudinem. Quo ſenſu optime *Pythagoræ* mentem interpretatur *Jo. Reuchlin* in arte Caballiſtica lib. II. Quum indicta cauſa à *Firmiano Lactantio* in veteres Philoſophos pio æſtu ſæpius injurio, propter fabulas has *ſenex vanus* appelletur cap. XVIII. de falſa Sapientia, & ineptus *Euphorbi* ſucceſſor. Arcanum hoc feliciter veterum ſapientiſſimi aſſequebantur qui mortis contemptum ad magna ſurgentibus impreſſerunt, ſine quo fortitudinem vel patriæ amorem vilem in ignobili pectore experti erant ſtabulari. Hic enim contemptus fortes in hoſtem pariter & ignavos armabat, immortalitatis dulcedine aut vitæ ſequuturæ. ipſe Romanæ conſtantiæ princeps *Cato* in ſui exitium lecto de animarum æternitate Platonis libro permotus, arcanum hoc propria nece aut invexit aut ſtabilivit, eodem exemplo, quod pari animi generoſitate ſequutus eſt *Ambraciotes* ſui lapſus & præcipitii voluntarius Auctor. Occultam hanc cauſſam preſſit magnus *Plato* noſter, dubium majori auſu an conſilio, quum ex Republica, quam ipſe fingebat ad ideam ſuam, *Homerum* juberet exulare, quia plurima de inferis & animarum pœnis poëmati inſperſa, fortitudinem magnis parvisque pectoribus eximebant. Hinc apertius nobis liquet, omnibus omnium ætatum ſapientibus vulgatius nihil, nihil antiquius fuiſſe, quam vel fugere quæ nuſquam erant, vel veris quandam magnitudinis ſpeciem ſuperaddere, quæ ad majorem virtutem ambiguos vulgi animos flecterent. Ex his facile videat quivis cujus pretii ſint aut eſſe debeant Revelationes hæ poſteriorum ſeculorum, cum & primorum reperiantur fucatæ & ſuppoſititiæ plane, ut in ſequentibus, Deo dante, de Sibyllinis Oraculis oſtendemus.

CAPUT XIII.

DE

SIBYLLA TIBURTINA.

BREVIARIUM.

ETymologia vocis Oraculi. Apud Græcos variis nominibus vocatur. S. Scriptura vere Divina Oracula continet. Modi diversi quibus Deus se manifestavit. Primo, voce externa. Postea Visionibus, quæ vel nocturno tempore, vel interdum diurno videbantur. Vel immediate vel mediate Visionibus Deus seſe revelavit. Angelus ille cujus ministerio se Deus revelabat fuit Servator noster Jesus Christus. Cur & unde Videntes sic dicti. Deus etiam, somniis se Revelavit. Quænam sit differentia inter Hæbræorum חלום & חרדמה. *Cur Deus dormientibus potius quam vigilantibus se olim Revelabat. Deus Somniorum Auctor. Dominus somniorum quod significet: quomodo Deus se somniis Revelabat. Olim Revelavit se Deus per Urim & Thummin. Cur sic dicti. an tantum in primo templo extiterint. Quibusnam rebus (secundum nonnullos) templum secundum caruerit.* Urim & Thummim *in secundo templo exstitisse nonnullorum est opinio. Quinque rebus templum secundum fuisse destitutum, fabellam esse à Judeis in odium Christi ejusque Apostolorum ac Religionis Christianorum fabricatam quidam opinantur. Quinque autem illis rebus templum secundum non fuisse privatum ostenditur. Quid fuerint* Urim & Thummim, *& quo pacto Deus illis responsa sua dederit, variant Doctorum virorum sententiæ. An fuerint* XII. *illi lapidos pretiosi, Sacerdotis pectorali inditi. Ex qua materia facta fuerint incertum. D. Spencerı de* Urim & Thummim, *mira opinio. Quid fuerint secundum Spencerum. D. Witii refutatio sententiæ Spencerianæ indicata. Quo pacto Deus per* Urim & Thummim *se hominibus Revelavit. Consulebantur in rebus magni nomenti. De modo interrogandi per* Urim & Thummim, *virorum Doctorum sententiæ. Delrio refellitur. R. Davidis Kimchii opinio de modo quo Deus per* Urim & Thum-

Thummim *olim Oracula ſua reddebat. Numer. cap.* XXVII. *vers.* XXI. *exponitur. An pectorali inſcripta fuerint nomina Patriarcharum. Reſponſum non fuit collectum ex literarum irradiatione. An literæ pectoralis coiverint in dictiones? non potuit hoc fieri. Quo pacto Deus ad interrogata per* Urim & Thummim *reſponderit. Viva voce reſpondiſſe creditur. Quomodo Deus per* Urim & Thummim *ſe Revelarit ignoratur. Joſephi hac de re ſententia. Joſephus explicatus. Incertum eſt quandiu* Urim & Thummim *fuerint aſſervata. Bellarminus refellitur.* Urim & Thummim *nihil pro Papæ infallibilitate faciunt. Sorboniſtæ Papas erroribus fuiſſe obnoxios ſcriptis ſuis teſtantur ac demonſtrant. Oracula ſubinde ſua Deus manifeſtavit per* ברתקול & *quomodo. Locus 1 Reg.* XIX. *vers.* XI. *exponitur. Locus Jobi* IV. *vers.* XVI. *explicatur. Uti & Matthæi cap.* XVII. *vers.* V. III. *vers.* XVII. *Actor.* IX. *vers.* IV. & X. *vers.* XIII. & XV. *diabolus tanquam Dei ſimius ſupradictos Revelationum modos imitari fuit conatus. Ex antris & locis abditis pſeudo-Oracula proferre voluit Satanas aut potius impoſtores ejus organa &c. De Jovis Triphonii antro. De antro Ithacenſi Homeri teſtimonium. De antro Sibyllæ Cumææ. Verbis & ſcriptis ex antris olim reſpondebatur. Plinius in terra latuiſſe numen exiſtimavit. Viſionibus & ſomniis diabolus hominibus ſua pſeudo Oracula manifeſtare voluit. Quo pacto ſomnia fatidica ſubituri ſe præparare tenebantur. De antro Charoneo in quo ægroti remedia contra morbos ſuos addiſcebant. Reſponſa per* Urim & Thummim *imitatus eſt diabolus. Ægyptiorum Sacerdotes quomodo* Urim & Thummim *ſint imitati. Quænam illis nomina fuerint indita. De prima Oraculorum origine: Quænam fuerint antiquiſſima. De Hammonis Oraculo, ut & de Dodonæo: non conſtat quo anno Dodonæum Oraculum fuerit introductum. Belli Trojani temporibus fuit conſultum, teſte Homero. Locus Geneſ.* IV. *vers.* XXVI. *expoſitus. A primis mundi initiis falſa introducta fuerunt Oracula. Cyrillus notatus. Auguſtinus refellitur. An ex cap.* III. *vers.* XI. *poſſint extundi quatuor Sectarum aut Religionum intervalla, prout Patres nonnulli affirmarunt. Epiphanius alique refutantur. Quo præciſe tempore Oracula innotuerint æque incertum, &c. ac Sibyllina Diluvio fuiſſe poſteriora certum eſt.*

Hacte-

HActenus de Sibyllarum numero & unaquaque nominatim egimus, Oracula quæ ſingulis adtribuuntur retulimus, & de nonnullis aliis præter Decem à Varrone, Lactantio aliisque memoratis, mentionem fecimus: reſtat ut ad ipſa Oracula (à Sibyllis, ut volunt, conſcripta) tranſeamus. Primum in genere dicendum de Oraculis, poſteaque de Sibyllinis memorabimus: Oraculum uti volunt Fungerus in Etymologico, & Becmannus in de Originib. Lat: ling: ab *ore* Originem trahit: quaſi ore dictum aut prolatum. Hoc nomine Divina reſponſa & effata ſive veri Dei ſive fictitiorum Deorum κατ' ἐξοχὴν vocata legimus. Eo quod effata oris, mendacia proferre neſcii, præcipue conſideranda, iisque fides ſit habenda: Cicero in Topicis putat Oracula, ex eo eſſe appellata, eo quod iis inſit Deorum oratio: de Etymologia hac, contentionis funem trahere non eſt animus, utramque tolerari poſſe putamus: Oraculum à Græcis vocatur χρησμὸς χρησμῳδία; μάντευμα &c. libris Sibillinis ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ ΧΡΗΣΜΟΙ. Titulus eſt χρησμὸς à χράω Oracula edo, Oraculo reſponſum reddo, Vaticinor. Adeo ut χρησμὸς ſit idem quod τὸ χρηστὲν reſponſum, Oraculum, ut cuivis notum. Sed miſſis illis Grammaticalibus, conſideremus potius, Oracula ſic dicta eſſe, eo quod vel Deus ipſe immediate protulerit ac ſono aliquo in aëre facto auribusque hauſto, audire illa hominibus ſive alio aliquo modo, de quo infra, percipere dederit. Deus cum ſit Spiritus, ſ ore verba ſua non profert, ideoque ſimilitudine ab hominibus ſumpta, Oracula ſua proferre dicitur, quoniam ore verba pronuntiamus. Oracula vere Divina contineri ſacris literis, à Prophetis, Evangeliſtis & Apoſtolis duce Spiritu Sancto exaratis, nulli niſi athei & nullius Religionis homines negabunt: ideoque vera dari Oracula, quibus Deus voluntatem ſuam hominibus Revelavit, quidque in tempore vel faceret ipſe, vel hoc in mundo, & poſt hanc vitam eveniret indicari, pro indubitato aſſerimus & credimus: quoniam autem de Oraculis falſis Paganorum nobis heic erit dicendi locus, exiſtimamus non ingratum fore, ſi de veris Oraculis paucis agamus, quotque modis Deus hominibus ſeſe manifeſtarit expediamus. In mundi principio Deus ſermone ſuo & verbo ſuo, ore (ſi ſic de Deo loqui licet humano

mano more) prolato, hominibus seſe manifeſtavit, uti videmus Moſem referre ſermones à Deo cum Adamo, cum Noacho, Abrahamo aliisque viris Sanctis habitos, adeo ut, ſi notationem nominis proprie reſpicere velimus, hi proprie Oraculorum nomine quippe ex ore Dei profecti, ſint deſignandi. Gentium Apoſtolus Paulus in epiſtola ſua ad Hebræos cap. I. vers. I. dicit Deum olim πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως *ſæpius, multis vicibus & multis modis locutum eſſe patribus veteris Teſtamenti.* De nonnullis & communioribus non nulla heic adjicere libet. Deus qui in principio voce externa auribus hominum percepta ſeſe illis revelavit, ſucceſſu temporis & non multo poſt בְּמַרְאֶה per Viſionem, quæ homines ſcire voluit manifeſtavit: Plerumque Deus peculiariter Prophetis uti Abrahamo, Gen. XV. vers. I. Moſi in rubo Exod: cap. III. vers. II. &c. Samueli 1 Sam. III. vers. XV. collato cum vers. V. Ezechieli cap. I. vers. I. &c. Danieli Dan. cap. II. vers. XIX. & VII. aliisque Prophetis. Non ſolum Prophetis Viſionibus ſeſe Revelavit Deus, verum etiam aliis hominibus ſive piis ſive impiis. Exempla videmus in Agare Gen. XVI. vers. XIII. In Elipha Jobi cap. IV. vers. XIII. In Nebucadnetſare Dan. cap. II. vers. XXVIII. In Zacharia Johannis Baptiſtæ Patre Luc. cap. I. vers. XXII. Plerumque hæ Viſiones nocturno tempore videbantur, ſive à vigilantibus & è ſomno excitatis, ſive à Dormientibus, hoc eſt in ſomno. Hinc ab Elipha loco Jobi cap. IV. ſuperius laudato, Viſiones noctis vocantur. ſic etiam Cicero lib. II. de Nat. Deor: *Deorum ſæpe præſentiæ &c. declarant, ab his & Civitatibus, & ſingulis hominibus conſuli: quod quidem intelligitur etiam ſignificationibus futurarum rerum, quæ tum Dormientibus, tum Vigilantibus portenduntur.* Val: Maximus lib. I. VIII. *multa etiam interdiu & Vigilantibus acciderunt perinde ac tenebrarum ſomniique nube involutis: quæ quia unde manaverint, aut qua ratione conſtiterint dignoſcere arduum eſt, merito miracula vocantur.* Quando autem Deus ſeſe hominibus, hiſce Viſionibus nocturnis manifeſtabat, nonnunquam immediate ſe ipſum Revelabat, hoc modo Dominum vidit Jeſaias cap. VI. & teſte Joanne Evang: cap. XII. vers. XLI. Nonnunquam Deus mediate, Angeli miniſterio ſeſe hominibus manifeſtabat, uti videre eſt in Moſe, cui Dominus dicitur apparuiſſe, Exodi. cap. III. vers. II. ſed S. Ste-

phanus protomartyr dicit Actor: cap. VII. vers XXX. *Visus est ei in deserto montis Sina Angelus Domini in flammeo igne rubi.* Nisi potius cum Tertulliano, Chrysostomo, Ambrosio, Hilario, aliisque Patribus, per Angelum intelligere malimus, Servatorem nostrum Jesum Christum, Angelum Fœderis, uti proculdubio sic intelligere præstat. Ex his apparitionibus per Visiones Prophetis factis, viri illi *Videntes* dicebantur, sic Sadòc appellatur *Videns* eo quod excelleret dono Prophetiæ, 2 Sam. cap. XV. vers. XXVII. Gadus Sam. lib. II. cap. XXIV. vers. XI. Heman 1 Chron. XXV. vers. V. itidem *Videntes* vocantur, quoniam hoc donoà Deo essent decorati. Deus porro hominibus Oracula sua manifestabat, somniis, Vir Sanctus Jobus, vel potius Elihu, libro Jobi cap. XXXIII. vers. XV. & XVI. *per somnium*, (inquit,) *Visionem nocturnam, quum irruit altus sopor in homines, in dormitationibus super cubile tunc Revelat auri hominum, & eruditionem eorum obsignat.* Hoc modo, per somnia Deus se manifastebat nominatim servis suis quos illis modis de sua voluntate, vel de imminentibus malis aut bonis erudiebat: sic Deus olim ad populum suum Mosis ministerio verba faciens dixit, Numer: cap. XII. vers. VI. *Audite nunc verba mea, si est Propheta ex vobis, per Visionem me ipsum Jehovam notum facio ei, aut per somnium alloquor eum.* Sic Deus se patefecit Salomoni. 1 Reg. cap. III. vers. V. *Gibbone apparuit Jehova Schelomoni, per somnium eadem nocte, dixitque Deus, pete quid tibi daturus sum &c.* Ejusmodi exemplum habemus in Daniele cap. VII. sic Deus Josepho Virgini Mariæ desponsato, in somnio Revelavit, è Spiritu Sancto gravidam esse Mariam, illamque mundi Servatorem parituram. Pari modo eundem Josephum de secessu in Ægyptum faciundo, ut Jesus cruentas Herodis in pueruIos sævientis, manus evaderet, deque reditu inde, post Herodis mortem monuit: sic magi somnio jubentur non ad Herodem, sed alia via domum redire. Non solum piis, Deus, somniis, se Revelabat, verum nonnumquam etiam impiis sic Divina manifestabatur voluntas. Exemplum talis Revelationis legitur Gen: cap. XX. vers. III. & VI. *Venit Deus ad Abimelechum in somnio nocturno & dixit ei, ecce tu morituras es illico propter hanc mulierem quam accepisti, cum sit marito juncta.* & vers. VI. *Tunc dixit ei Deus in somnio &c.* Sic in somnio Deus locutus est Labano Gen. cap. XXXI. vers. XXIV.

Ve-

veniens autem Deus ad Labanum Syrum in somnio nocturno, dixerat ei, cave tibi ne loquaris cum Jacobo sive bonum sive malum. sic res futuras tam de abundantia quam de magna rerum penuria manifestavit Deus Pharaoni Ægyptiorum Regi, per somnia: uti videre est Gen. XLI. vers 1. Nebucadnetsaris per somnia a Deo moniti, exemplum, non opus est multis heic referre, ut pote cuivis notum: ex Danielis cap. II. v. I. XXVIII. & XLV. nonnulli inter Hebræorum חלום & תרדמה aliquam quærunt statuuntque differentiam חלום de Somno in genere, sed תרדמה de somno alto & sopore maximo, unde *sopor Domini cecidit super eos*, id est, *magnus* legitur 1 Sam. XXVI. vers XII. & quoniam homines plerumque prima noctis quiete, in principio, postquam decumbunt, altum sternunt & magno sommo tenentur, hinc תרדמה esse nonnulli asserunt somnum illum quo homines prima noctis parte occupantur, verum חלום esse somnum qui dormientes tenet post mediam noctem elapsam. Sed illa tanti non videntur ut scrupulosa & anxia diligentia inquirantur, hæc autem somnia quia Divinitus immittebantur, hinc illa quæ erant σημαντικὰ aliquid significantia & præsagientia, Oraculi vicem tenebant & locum, quandoquidem Deus hoc pacto vel voluntatem suam quid factum vellet, vel rerum eventum significaret ac Revelaret. De talibus aliisque somniorum generibus qui legere plurima cupit, videat quid de illis differat Doctiss: Peucerus in tractatu suo de Divinationum Generibus, Speciatim in lib. de Divinatione ex Somniis. Deus somnia suis immittebat ut tempore quietis, sensibus nullis objectis & avocamentis distractis intellectus tanto majori attentione minorique repugnantia, (ratio enim reluctari aut saltem non tam facile assensum propter corruptionem rebus Divinis præbere suadet.) res significatas perpenderent, comprehenderentque Divinas institutiones infinitum ab humanis distare, homines enim discipulos suos docturi, vigilantes ac ratiocinatione assensum præbentes requirunt, Deus autem absque illis doctrinam cœlestem aut rerum Divinarum cognitionem infundit: hinc Propheta Joël vel Jehova ipse potius, de cognitione ampla electis sub Messiæ Regno danda dicit Joelis cap. II. vers XXVIII. *Seniores vestri somnia somniabunt.* Rationes autem cur Deus Dormientibus potius, non vigilantibus, se Revelaverit, si quis requirit, videat quas doctissime pro more, magnus Spanhemius ὁ μακαρίτης, profert in dubiis Euangelicis parte secunda P. M. 467. &c. Illorum ut supra notatum, somniorum Deus solus erat author, ideoque quando

Geneseos cap. XXXVII. vers XIX. Josephus בַּעַל הַחֲלֹמוֹת vocatur *Dominus somniorum*, interpretantur nonnulli, ad verbum quidem concinne, sed explicatione ambiguitatis non experte, Deus solus somniorum Dominus, ab eo enim immittuntur, בעל החלמות *bagnal hachalomoth*, itaque phrasi Hebræa significat, *somniatorem*. sic apud Danielem cap. VIII. vers VI. הָאַיִל *aries ille* vocatur בַּעַל הַקְּרָנַיִם *Dominus Cornuum* hoc est *cornutus*. hoc sensu Saul 1 Samuelis cap. XXVIII. vers VII. *dicit servis suis*, *quærite mihi Mulierem pythone præditam*, in Hebræo est בַּקְשׁוּ לִי אִשָּׁה בַּעֲלַת אוֹב *quærite mihi Mulierem Dominam pythonis*, hoc est, *possidentem*, *habentem pythonem*. eodem plane sensu Prov. cap. I. vers XVII. בַּעַל כָּנָף *Dominus alæ*, vocatur *avis*, *ales*. itaque *Dominus alæ* idem est ac *ala*. Atque hoc pacto Josephus vocatur a fratribus, *Dominus somniorum*, non quod somniis præsideat, aut quidquam in illis valeat, sed quod *somnia habeat revelanda*, atque inde *Dominus somniorum* hoc est *magnus somniator*, sit dicendus, vel, ut alii volunt, *magister somniator*, *somniandi peritus*, quo sensu vocantur Genes. XLIX. vers XXIII. בַּעֲלֵי חִצִּים *domini sagittarum*, hoc est, sagittarii septuaginta intrepretes בַּעַל הַחֲלֹמוֹת vertunt ἐνυπνιάζης *insomniator*, vir qui *sæpius somniat*, vel *cui sæpius somnia immittuntur*. nostro itaque Judicio haud concinne בעל החלמות *Dominus somniorum*, interpretantur nonnulli, sed Hebraismum hunc, hoc pacto explicandum censemus ut Josephus vocetur a fratribus *somniator*, quando autem Deus in somnio sese cuiquam prophetarum aut fidelium manifestat aut decretum ipsis Revelat, non solum res illorum phantasiæ, verum etiam illorum intellectui indicabantur, adeo ut somniorum scopum & intentionem intelligerent, verum est infidelibus hoc non fuisse datum, uti in Pharaonis exemplo patet. In somnio enim videbat quidem imagines quasdam, sed quid iis Deus vellet ignorabat: Prophetæ autem & imagines in somniis videbant & quid iis significatum vellet Deus, percipiebant: uti patet ex Jobi cap. XXXIII. vers XV. & si immediate Deus ipse non explicabat somnia, Angeli Ministerio illa Revelabat: ut notum iis qui sacras Paginas obiter tantum legerunt: plurima alia de somniis, eorumque inter Divina & diabolica differentiis, essent heic attexenda, si nostri foret instituti, rem prolixe a multis tractatam, denuo referre.

Non solum autem somniis, verum etiam בְּאוּרִים וּבְתֻמִּים *per Urim & Thummim* sese manifestabat Deus. *Urim & Thummim* sic dici putant

tant nonnulli, vel a natura gemmarum quippe quæ *lucidæ perfectæque* fuerint, lapides enim illi pretioſi (tales fuiſſe *Urim* & *Thummim* quorundam eſt opinio.) erant ſplendentes & perfecti, nullo vitio notati. Alii ita vocari dicunt eo quod Oraculum Divinum conſulentes illumina int in rebus dubiis, veraque ac certa Sacerdoti ſummo reſponſa ſuggeſſerint. Rabbi Azarias in Meor Enaiim Capite L. aſſerit lapides vocari *Urim* tum propter lucem naturalem qua radiabant, tum propter fulgorem quo ſplendidiores Dei oratione apparebant tempore illo quo reſponſum optatum & fælicem rerum ſucceſſum dabat ac pollicebatur. *Thummim* autem quaſi תומים *Thomim*, *gemelli*, quia pretio ac quantitate erant æquales ut & inſcriptis Tribuum nominibus. *Urim* illuſtrant res & abſcondita domus Iſrael, *Thummim*, ſignificat perfici opera eorum a Sacerdote magno, qui quærit Doctrinam a facie Domini per illa: vide Buxtorf: exercit: de Urim & Thummim. Hujus uſus tantum fuiſſe in primo templo docent nonnulli: quinque enim ornamentis primum templum præſecundo excelluiſſe ſcribunt Rabbini, David Kimchi, Schelomo Jarchi aliique. narrant autem poſtremum templum caruiſſe hiſce à Judæis habitis rebus pretioſiſſimis in primo, I. *Divina præſentia* quæ ad propitiatorium reſponſa dabat populo ſignificanda, vel quæ rerum eventum prædicebant. II. *Spiritu Sancto*, (prophetiæ ſcilicet) quo Prophetæ corripiebantur & cujus Revelatione futura prædicebant, & cujus motu verbum Dei infallibiliter adnunciabant. III. *igne ſacro* qui cœlitus demiſſus fuerat ad holocauſta conburenda. IV. *Urim & Thummim* de quibus, paucis infra expediendum cenſemus. V. *Arca fœderis* ejusque operculo id eſt propiatorio & Cherubinis propitiotorium illud obumbrantibus. De hiſce plura qui cupit videat quæ Talmud Babylonicum tractatu Joma cap. I. refert. quanquam autem multi reperiantur qui, hiſce privatum fuiſſe templum ſecundum, contendant nonnulli tamen (ut ad *Urim* & *Thummim* revertamur) exiſtimabant templum ſecundum haud caruiſſe rebus illis, ſpeciatim *Urim* & *Thummim* ibidem extitiſſe: putantque opinionem illam firmari poſſe ex Hezræ cap. II. vers LXIII. *edixit eis Regis Legatus ne comederent de re Sancta Sanctarum: donec exſiſteret Sacerdos cum Urim & Thummim.* ſic etiam iiſdem verbis Neh. VII. cap. vers LXV. ad quæ loca nonnulli reſpondendum putant, per Sacerdotem exſiſtentem cum *Urim* & *Thummim*: intelligi poſſe & debere, Sacerdotem, functionem Sacerdotalem obeuntem. Alii cenſent eo modo quo olim *Urim & Thummim* in

priori templo ornamento fuere reipſa hic locis laudatis *Urim & Thummim* mentionem fieri, non quod tum exſiſterent, ſed quod figuris illis ſplendor templi ſecundi ſignificaretur adumbrareturque. Utrum autem Judæi in templô ſecundô privati fuerint quinque illis ſpecialibus ornamentis, ſupra memoratis examinare nunc non vacat: putamus enim cum nonnullis, fabellam eſſe Caballiſtico Judaicam, in odium Chriſti Apoſtolorum, Chriſtianorum eorumque Religionis, fabricatam, quippe qui hoc pactô, palam Servatorem noſtrum, ejuſque Diſcipulos, Apoſtolos, Euangeliſtas Divinitus inſpiratos Scriptores ut vere credimus, nullo modo Sancto Spiritu fuiſſe afflatos, atque hoc pactô ſcripta Euangelica a Sanctis illis viris exarata, nullô modô a Spiritus Sancti inſpiratione promanaſſe ideoque fidem illis nullô modô habendam, tempore enim templi ſecundi non erant homines θεόπνευστοι inquiunt Judæi: ſed quam falſô, patet ex Joelis prophetiâ Cap. II. item Aggæi Vaticiniô Cap. I. v. VIII. etiamſi vero concedamus, in ſecundo templo non fuiſſe *Urim & Thummim*, ibidem etiam non fuiſſe Arcam nec ignem cælitus dimiſſum, hinc tamen non ſequeretur privatam fuiſſe Eccleſiam Judaicam viris θεοπνεύστοις, imo contrarium evinci poſſe putamus: ſi enim tum temporis nulli viri extitiſſent a Deo immediate acti, Spirituque infallibili præditi, velim doceri, quomodo inter fidei canonem, libros veteris Teſtamenti Canonicos admittatur ille qui Nehemiæ vocatur, nulli enim niſi a Deo inſpirati libri, & ab erroribus immunes, pro Canonicis admittendi, quoniam igitur tempore templi ſecundi exaratus ſit liber Nehemiæ Hiſtoricus, pro Canonico receptus, conſtare credimus tum temporis etiam viros Θεοπνεύστους exſtitiſſe: etiamſi enim typis illis privatum fuerit templum ſecundum, non tamen gratiis typis illis ſignificatis caruit. Quid autem fuerint *Urim & Thummim*, quô pactô illis Oracula ſua Deus daret Sacerdotibus, non una eſt Doctorum ſententia. Rabbi Schelomo dicit fuiſſe *Urim & Thummim* ſcripturam nominis Dei. Huic etiam Eugubinus aliique adſtipulantur. Hinc eſt quod Rabbi Abraham Seba, *major pars Sapientum Caballiſtarum conſentit quod fuerint nomina Sancta*, hoc eſt nomen יהוה cum quibusdam per alia Divina nomina explicationibus. Sed notandum illos hanc qui fovent ſententiam intelligere nomina illa Sancta poſteriori parti lapidum fuiſſe inſcripta, quemadmodum anteriori Tribuum nomina fuere inſculpta. Alii putant fuiſſe voces illas *Urim & Thummim* ſummi pontificis Rationali inſcri-

ſcriptas, quemadmodum lameæ aureæ *Sanctitas Domino*. Hæc autem nonnullis diſplicet ſententia, quandoquidem cum agitur de nominibus ornamentorum Pontificalium Spiritus Sanctus ſemper jubet, *ut inſculpantur opere ſigilli*: At verò nulla heic ſculptura nec lapidum quibus verba illa inſculpta leguntur fit mentio quod ab accuratiſſimô Scriptore Moſe neutiquam prætermiſſum fuiſſet, res ita ſi ſe haberet. Putant alii *Urim* & *Thummim* fuiſſe opus divinum a Deô Moſi datum cum lege in monte, vel cum pectorale eſſet perfectum, quoniam Deus Moſi dicat non ut in reliquis, *& facies*, *facient*, *fecerunt*, verum *& pones*, quod ſatis manifeſte indicat, jam ante extitiſſe & factas res illas, antequam Rationali imponerentur, ad quod argumentum tamen ab aliis reſpondetur, Moſem dici poſuiſſe, hoc eſt curaſſe ut ponerentur,) & quod palmarium judicant pro ſuâ ſententiâ Divinum eſſe opus *Urim* & *Thummim*, nullibi mentio fit, ab artificibus compoſita fuiſſe *Urim* & *Thummim*, ſed ſoli Moſi à Deô data, atque in pectorali repoſita, uti videre eſt Levitic: cap. VIII. v. VIII. *Urim* & *Thummim* pectorali inditum, poſtquam Aharoni adpoſuiſſet Rationale ab artificibus, ſecundum præceptum Divinum compoſitum: quam plurimi reperiuntur qui *Urim* & *Thummim* non diſtinguant a duodecim lapidibus pretioſis Pectorali ex mandatô Divinô inditis, præter plures alios, ſententiam hanc tuentur Rabbi Maimonides, Azarias in Meor Enaiim cap. L. Joſephus Antiquit. lib. III. Cap. VIII. Toſtatus, Lyranus, Oleaſter, Ribera, Delrio aliique qui hiſce rationibus nixi, hoc pactô argumentantur, Moſem Exod. Cap. XXXIX. ubi exactiſſimam pectoralis deſcriptionem refert nihil prorſus de *Urim* & *Thummim* meminiſſe, quod procul dubiô factum fuiſſet, ſi ab aliis lapidibus pretioſis diverſi quid fuiſſet, ideoque a Moſe nihil relatum, quoniam omnes illi lapides nomine generali *Urim* & *Thummim* vocabantur, *Urim* a luce quia ad quæſita indicanda, extraordinariam lucem accipiebant & miraculoſè quaſi fulgebant, unde ſummus Pontifex quid reſponſi dandum dignoſcebat. *Thummim*, ideo quod illa quæ ſplendôre pollicebantur eventu certô *complerent* ac *perficerent*, ad hoc argumentum, qui opus Divinum fuiſſe *Urim* & *Thummim* exiſtimant, reſpondent, nempe ideo capite ſupra citatô non meminiſſe Moſem in Pectoralis deſcriptione, quoniam illa tantum refert quæ ab artificibus contexta, ideoque de *Urim* & *Thummim* retuliſſe nihil, quippe a Deô datis. Imò non poſſe pro lapidibus illis pretioſis pectorali inſertis, haberi, quia pectorali jam facto

facto, (at non potuit factum dici absque lapidibus illis jam memoratis, sine quibus pectorale non erat nec pectorale esse poterat,) Moses in pectorali posuisse dicitur אֶת־הָאוּרִים וְאֶת־הַתֻּמִּים *Urim* & *Thummim* Exodi cap. XXVIII. v. XXX. Ex qua materia constarent *Urim & Thummim*, Scriptura non revelavit, nec magis quemquam Divinare posse hoc, quam ex quo lapide factæ fuerint tabulæ quibus Decalogum inscripsit digito suô Deus. Quid igitur fuerint *Urim & Thummim*, hoc distincte ex Sacrâ Scriptura non docemur atque cum Rabbinô Abraham Sebâ in Tseror Itammor, ingenue dicimus אֲנַחְנוּ לֹא יָדַעְנוּ מָה הֵם *nescimus quid sint*: at vero Doctissimus D. Spencerus in librô suô quem de *Urim & Thummim* scripsit, quid fuerint se inveniisse gloriatur. Videat Lector Caput quartum Sectione secundâ ubi τῶν *Urim* descriptionem hanc refert: fuisse nempe instrumentum concavum decore fabricatum, (simulachrum forsan parvulum ad humanam similitudinem formatum) *Teraphim* antiquitus appellatum, fuisse videtur; quod reconditum gestavit Sacerdos, intra concavas Rationalis plicatunas, quo mediante Deus, aut Angelus illius vice & nomine, ad Pontificis interrogata respondit, eumque quid ex usu esset agere, quid non agere, quid præsens quid futurum, voce formatâ docuit. Quandoquidem autem Doctiss. Spencerus existimat Judæorum *Urim* ejusdem cum *Theraphim* Muneris & Figuræ fuisse, sub diverso tamen nomine icunculam, necessum judicamus heic adjicere, quam τῶν *Theraphim* descriptionem fecerit. Erant, inquit, *Theraphim* simulacra quædam parvula, seculis antiquissimis frequenti in usu, in sacris plurimum ædiculis sepositа, quæ Spiritus cujusdam, sæpius impuri, præsentia animata, oracula fundere solebant. Secundum Spencerum itaque *Urim* & *Theraphim* sunt eadem: putatque Mosaici seculi mores suadere, ut existimemus Deum τῶν Theraphim usum paulo emendatum in *Pectorali Urim* Israëlitis conservasse, ne in ulla re sacrorum minores essent Chaldæis a quibus primam traxerunt originem: aut Ægyptiis inter quos per aliquot secula habitaverant, aut etiam Cananæis quorum terras occupare parati stabant. Verum bona cum Doctissimi Spenceri venia, asserimus nos, Deum contumelia haud parva affici, hac opinione qua *Urim* esse *Theraphim* imagunculam parvam intra plicaturas togæ summi pontificis latitantem, & a Spiritu sive puro sive impuro animatam ac loquela præditam, sic enim Deus, summo conatu nobis venerandus, circum foraneis aliisque nebulonibus assimilaretur, illi enim, ut adstantibus risum & attentionem

nem moveant, icunculis parvis, quas loquela præditas fingunt, quidquid volunt ab illis proficiſci ut plebecula credat, impoſtoribus illis inſtrumentis utuntur, quod quam profanum ſit, nemo eſt qui non videat. Quam inſulſa ſit hæc opinio multis demonſtrare poſſemus: Verum quia hoc inſtituti noſtri nunc non eſt, & ne longiores ſimus ſuper hoc Revelationis Divinæ modo, alias forte & alibi plura dicturi, conſulto præterimus. Interim tamen, ut ſedulo lectori aliquo modo fiat ſatis, qui plura vult, videre poterit Doctiſſimi D. Witzii Theologiæ Profeſſoris Ultrajectini Ægyptiaca lib. 2. cap. X. &c. reperietque ibi *Theraphim* olim fuiſſe ſuperſtitionis inſtrumenta, atque inſerviiſſe Divinationi, Idololatriæ & Magiæ, nusquam enim Deus ut cultui ſuo adhiberentur mandavit imo vetuit atque interdixit ſecundo decalogi præcepto, & quod probe notandum, nullo ex Sacris petito exemplo idoneo probari poterit, laudabilem fuiſſe τῶν Theraphim uſum. imo *Urim* nihil minus eſſe quam *Theraphim* docet idem D. Witzius lib. 2. cap. XII. Sed cum illud ex Divinis oraculis conſtet per *Urim* & *Thummim* Deum ſeſe ſacerdoti, & per illum populo Revelaſſe futuros rerum eventus, inquiramus nunc, quo pacto per res illas Deus decretum ſuum Revelaret. Notandum igitur Judæos Revelationem aut reſponſum *per Urim & Thummim* petiiſſe in rebus maximi momenti, ut ex. gr. in Electione Regis, in rebus bellicis, an bellum ſuſcipiendum contra hunc vel illum populum, an prælium eſſet ineundum pro Republica aut pro tribu, aliiſque rebus maximi momenti inquirebant per *Urim & Thummim*, videantur 11 Sam. cap. II. v. I. 11 Sam. cap. V. XXIX. in rebus minoris momenti non conſulebatur Deus per *Urim & Thummim*, ſed juramento interveniente res decidebatur. Exodi Cap. XXII. v. XI. de modo quo Deus Oracula dederit per *Urim & Thummim* cum nunc ſit paucis agendum, in eo conſiderandus primo modus interrogandi & ſciſcitandi; quandoquidem reſponſum datur ad interrogatum: modum autem interrogandi quod attinet Delrio in de magia lib. IV. cap. I. quæſt 11. Sect. I. refert Hugonem Victorinum cenſuiſſe interrogationem per ſortitiones quasdam proponi ſolitam. Rabbini Jarchi & Abenezra docent codicillis inſcripta fuiſſe quæſita, pectoralique appoſita. has opiniones ut commentitias explodit Delrio loco ſupra citato ſuamque ut vulgo receptam adjiciens, nempe Sacerdotem indutum Ephod eique appenſo Rationali clara & viva voce interrogata propoſuiſſe, poſt pre-

ces Deo oblatas, illumque morem doceri nos ab Ezra cap. II. v. LXIII. quod quam immerito, & nullo fundamento dicatur, cuivis locum inſpicienti patebit, nihil enim ibi de viva voce Sacerdotis, nec de interrogato, Deo propoſito, ideoque illam Delrii affertionem ut incertam conjecturam rejicimus. Modum quo Deus Oracula ſua per *Urim* & *Thummim* reddebat, Rabbi David Kinchi exponit in ad X. Cap. Jud. Notis his verbis: *Qui volebat de publico vel alioqui de gravi negotio percontari, veniebat ad Sacerdotem, is indutus Ephod ſtabat coram Arca Domini. In Ephod ſive Pectorali erant incluſi duodecim lapides pretioſi, in quibus nomina duodecim Tribuum erant inſcripta, addebantur nomina Abrahami, Iſaaci & Jacobi, atque ita in illis lapidibus erant omnia elementa alphabeti. Interrogantem oportuit faciem obvertere ad Sacerdotem, & interrogare, non quidem tam aperte, ut vox audiretur, nec ita obſcure, ut tantum in anima cogitaret, quæ peteret, ſed eo modo, ut Hanna legitur precata in primo Samuelis libro, tantum labia moviſſe, nec dixiſſe quidquam. Deinde Sacerdoti hoc pacto reddebatur Oraculum: Spiritus Sancti vi literæ quædam in Pectorali eminebant idque vel loco vel fulgore, in quibus Sacerdos Oraculum & voluntatem Dei legebat, atque hæc ſunt illa Urim & Thummim, quæ Sacerdos ex pectorali gerebat.* Hunc locum Kimchii recte ut intelligamus, primo notandum, Oraculum conſulturos veniſſe aut venire debuiſſe ad Sacerdotem qui indutus Ephod ſtabat coram Arca Domini: ubi obſervandum a Deo illud mandatum fuiſſe, Oraculum conſulturis, uti patet ex Numeror: Cap. XXVII. vers XXI. *is ſcilicet Joſua coram Eleazare ſacerdote ſtato, ut eum conſulat de Judicio Urim coram Jehova.* Verbum לִפְנֵי, non ita intelligendum ac ſi Oraculum conſulturus ante Sacerdotem ſtetiſſet, hoc enim modo locus illi fuiſſet medius inter Arcam & Sacerdotem. ſed placet illorum interpretatio qui לִפְנֵי exponunt *juxta, a latere.* adeo ut Oraculum petens ſteterit a latere Sacerdotis ad Divinum reſponſum attendentis. Notandum etiam non ſemper hoc obtinuiſſe ut Sacerdos Ephod indutus ſteterit coram Arca. Tempore enim quo Arca alio reperiretur in loco quam *Urim & Thummim*, uti factum nonnunquam: nec Tabernaculum nec Arca erant in urbe Tziklag, interim tamen Davidis cauſa Sacerdos Ephod induebat, pro illo Deum conſulturus, ſic etiam 1 Sam. cap. XXII. vers X. dicitur Achimelecus Sacerdos in urbe Nob pro Davide Deum conſuluiſſe: At Nobi non erat Tabernaculum, ibidemque non erat Arca: Ephod tantum apud Pontifi-

tificem reperiebatur. quando igitur coram Arca Deum conſuluiſſe dicitur Sacerdos, intelligendum eſt, nempe quando Arca ac *Urim* & *Thummim* in eodem eſſent loco. Quando autem Arca non erat in illo loco quo *Urim* & *Thummim*, tum Oraculum conſulens faciem ſuam illam Regionem verſus vertebat, in qua exſtaret aut ſtaret Arca. Pectorali autem illi inſcripta erant nomina Tribuum: ut poſt Moſem recte aſſerit R. D. Kcimchi, ſed hoc de ſuo addidit, adjuncta fuiſſe nomina Patriarcharum Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Hæc illum commentum eſſe putamus, ut objectioni obviam iret, quam Jure meritoque proponi poſſe prævidebat. Nam ſi Deus per eminentiam aut fulgorem literarum reſponſum dabat Sacerdoti, oportuit omnes Alphabeti literas repertas fuiſſe in rationali, quod fieri non potuit ſi tantum nomina duodecim Tribuum in illo inſcripta reperirentur, videamus exempla non nulla. David Deum rogans num Kehilæi ipſum Sauli eſſent tradituri, reſponſum fuit קְעִילָה literæ enim hæ omnes potuerunt in Rationali, reperiri. Jod ex *Jehuda*, Samech ex *Joſeph*, Gimel ex *Gad*, Jod ex *Levi*, Reſch & Vau ex *Ruben*, ſed ſi Oraculum redditum Iſralitis Deum conſulentibus quænam Tribus prima ad pugnam deſcenderet, perpendamus, reſpondit enim יְהוּדָה בַּתְּחִלָּה *Jehuda Battechilla*. Jehudæ Tribus prior adſcendet, Judicum cap. XX. vers. XVIII. omnes hæ literæ in Pectorali non reperiebantur ת enim deſiderebatur, patetque quatuor has literas in duodecim Tribuum nominibus non inveniri, nempe חמצץ. Hinc fabellam commenti ſunt nonnulli, de adjectis Patriarcharum nominibus, quod quoniam absque ulla probatione gratis dicitur, plane reiicimus ac improbamus: putamus autem reſponſum non fuiſſe collectum ex literarum irradiatione, imo non potuiſſe colligi, quandoquidem omnes Alphebeti literæ ibidem non extarent, ideoque non poterant eſſe מצטרפות *Mitſtarphoth* hoc eſt in unam coëuntes. Exiſtimant enim nonnulli, ut quid reſponderet Deus, dignoſcere poſſet Sacerdos, literas coiviſſe in dictiones, quod abſurdum eſſe vel hinc conſtet, quoniam una eademque litera ſæpius in diverſis dictionibus reiteratur, ponamus omnes Alphabeti literas extitiſſe in pectorali, & eas quæ in tribuum nominibus deſiderarentur Patriarcharum nominum adjunctione additas, fuiſſe ſuppletas, an ex tam paucorum verborum elementis diverſiſſimæ ac quævis orationes conficiantur? non credimus: exemplo e ſcriptura petito res tota confi-

cietur, David 2 Sam. cap. V. vers XIX. Deum consulit, numquid contra Philistæos adscensurus esset, responsum habuit, עֲלֵה כִּי־נָתֹן אֶתֵּן אֶת־פְּלִשְׁתִּים בְּיָדֶךָ hoc est *ascende quoniam tradidi Philistæos illos in manum* tuam. item vers XXIII. David consuluit Jehovam, לֹא תַעֲלֶה סֹב אֲחֲרֵיהֶם וּבָאתָ לָהֶם מִמּוּל בְּכָאִים וְיִהִי בְּשָׁמְעֲךָ אֶת־קוֹל צְעָדָה בְּרָאשֵׁי הַבְּכָאִים אָז תִּתְחָרֵץ כִּי אָז יָצָא יְהוָה לְפָנֶיךָ לְהַכּוֹת בְּמַחֲנֵה פְלִשְׁתִּים *non ascendito, diverte a persequendis eos, ut aggrediaris eos ex adverso mororum, & esto quum audieris sonum incessus in cacuminibus mororum, tunc enim prodierit Jehova ante te ad percutiendum castra Philistæorum.* Si ex Pectoralis literis etiam additis Patriarcharum nominibus conficiendum esset hoc responsum, multæ deficerent literæ, quamvis enim omnes Alphabeti literæ Patriarcharum nominum additione reperirentur, non tamen tot literæ deprehendentur ut ex illarum coalitione oraculum conficeretur: literæ quæ in Pectorali non extabant, radios emittere non potuerunt, & unde Sacerdos hariolari poterat hanc potius quam illam litteram, omnes enim radios emittebant, esse multiplicandam? Rabbi Abarbanel, ait, unam literam primo luxisse, mox (cessante prioris literæ lumine) aliam rutilasse, donec responsum integrum esset datum, verum hæc quidem sic dicta, sed non probata videmus, simplici affirmationi non adeo faciles assensum præbemus. quare literarum in dictiones coalitionem, aut ex locis suis prominentiam heic rejiciendam esse censemus, eadem enim est ratio literæ ut prominerent, debebant omnes in Pectorali reperiri, & quis unquam credat, hæc si ita contigissent, voluisse Mosem exactissimum Scriptorem reticere, illa admiranda, literas nempe lapidibus incisas prominuisse, atque in dictiones coivisse? quæ certe non exigui momenti fuissent Miracula: silente Scriptura, illa asserere non audemus. Putamus etiam solo fulgore responsa tam varia quæ Deus dedit illum consulentibus, declarari non potuisse. Probabiliorem hanc esse credimus opinionem, Deum nempe certo ritu a Sacerdote *Urim & Thummim* gestante, invocatum, per illuminationem intellectus illius & certam persuasionem menti ipsius inditam, Revelasse quid esset respondendum, uti sentiunt ex nostris Rivetus Weemse aliique: ex Pontificiis Salianus, Delrio, Serrarius & Ribera, &c. Rationale enim, responsum non suppeditabat, sed signum tantum erat Deum Sacerdoti Rationali induto, responsurum ad interrogata, quemadmodum Sampsoni, capilli tantum signum erant, Deum velle

vi-

vires immensas ipsi concedere quam diu illud Capillitium gestaret, non enim vires Samsonis capillitio inerant, ut in causa aut in subjecto, sed in signo: sic etiam in *Urim & Thummim* & *Rationali* responsa non inerant sed tantum signum erat Sacerdoti, Deum quando illud gestaret ad quæsita responsurum: Alia a nonnullis datur responsio, Deum nempe clara ac distincta voce a Sacerdote intellecta ad quæsita respondisse, eo modo quo Mosi olim vox Dei, cum illo sermocinantis, fuit audita Numeror: cap. VII. vers. LXXXIX. Quidam Doctores in Talmude Hierosol. Joma cap. VII. huic sententiæ favent, censemus etiam nos cum magno Buxtorfio, hanc opinionem quamvis in Scriptura non expressam, & a vulgo non receptam, esse omnium maxime probabilem. Sæpius enim Deum viva voce ad interrogata respondisse docet nos sacra Scriptura, ideoque nihil absurdi nos statuere putaremus Hanc si arripiamus opinionem: Deum viva voce a Sacerdote Rationali induto, rogatum, etiam distincta voce respondisse quid absurdi inde extundatur aut elici possit, nos equidem non videmus, gaudeat suo quisque judicio, has postremas sententias cum probabiliissimas judicamus, non tamen asserimus indubitato responsa divina eo modo data: ingenue ut fateamur, putamus neminem exacte nobis Revelationis Divinæ modum *per Urim & Thummim* posse dare, quidquid scriptores affirment. Novi quid Josephus Antiq: lib. III. cap. IX. referat de lapidibus Rationali inditis, nempe illos fulgore ad Sacerdotis quæstionem respondisse: sic Josephus loco citato, *per duodecim gemmas, quas in pectore Pontifex insutas esseni gestat, in bello victoriam pronuntiare Deus solebat. Nam priusquam exercitus se moveret, tantus ex iis fulgor emicabat, ut toti populo facile innotesceret, adesse Deum, opemque & auxilium suum invocantibus esse allaturum. Quapropter Graci qui a nostra Religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita ut negari non possit, essena vocant λόγιον, hoc est, Oraculum.* Sed ad locum illum responderi posse censemus, Josephum non affirmare cuncta Dei responsa ex fulgore percepta, sed tantum in casu particulari, nempe quando Deus Victoriam suis polliceretur tum rutilasse lapides. Ponamus hæc ita se habere, quamvis Josephum non semel hallucinatum esse, pro comperto habeant viri docti, an ex eo sequitur, semper & in omnibus responsis ita obtinuisse? an lapides rutilabant cum auxilium denegabat, hoc sic si se haberet, nulla inter Victoriæ concessionem ac denegatio-

tionem foret differentia, quod plane abſurdum. Multa ālia, quam de victoria, inquirebantur, quare quod de uno caſu aſſerit Joſephus, ad omnes extendi non debere quisvis videt: Quam diu autem *Pectorale Urim & Thummim* in templo primo ſervata fuerint, pro certo affirmare non poſſumus: ſi Joſepho fidem habere quis velit, dicendum ex ejus relatu, Antiquit. lib. III. cap. IX. *deſiit*, inquit, *tam eſſe quam Sardonyx fulgorem emittere annis ducentis antequam hæc commentaremur, irato Deo propter legum ſuarum prævaricationem.* Quidquid ſit nec ex hoc teſtimonio facile quis determinet, quo, præciſe tempore fulgorem emittere deſierint *Urim & Thummim.* nam primo conſtare deberet de tempore Nativitatis Joſephi, quam quidam referunt ad A.C. XXXIX. Alii ad tempus Prophetæ Haggæi. Deinde etiamſi nulla inter Scriptores hac de re foret diſcrepantia, non facile dicat quispiam, quo ætatis anno hiſtoriam hanc Judaicam commentatus ſit Joſephus. Notandum porro quamvis tum temporis a Joſepho indicati radios emittere deſiiſſent lapides Pectoralis, non tamen poterimus ex eo concludere, quid rebus illis ſacris evenerit, num ab inimicis ablatæ, quo facto aut fato perierint, de quibus cum nemine litigare eſt animus. Interim hoc certum eſt, per *Urim & Thummim*, Deum Oracula ſua Revelaſſe. Hoc unum heic in tranſitu obſervandum eſt, nempe ex vocibus אוּרִים וְתֻמִּים Bellarminum argumentari, pro Papæ Romani Infallibilitate, in dijudicatione rerum de fide: quam belle hoc argumentum procedat, oſtendit olim Sixtin: Amama in Antibarbaro Biblico P. M. 567. & ſane derivari אוּרִים a אוֹר *docuit* falſiſſima eſt derivatio, quemadmodum etiam vocis תֻּמִּים ab אָמַן *credidit* prior derivatur ab אוֹר *lux* & poſterior a תָּמַם *perfecit*. dato etiam, ſed non conceſſo, *Urim & Thummim* ſignificent *Doctrinam & Veritatem*, an inde ſequetur Sacerdotem Judæorum in dijudicatione rerum de fide eſſe infallibilem & hoc privilegio etiamſi Sacerdos Judaicus ſit decoratus, an ex eo concludendum, ergo & illud Pontifici Romano attribuendum? quando igitur *Urim & Thummim* Deus in pectorali poni voluit, eo noluit indicare quid eſſet, ſed quid eſſe deberet Pontifex & qualis futurus eſſet Meſſias Servator noſter Jeſus Chriſtus. deinde, ſi ex eo quod Sacerdos *Urim* ferret in Pectorali, ejus Infallibilitas ſit inferenda, ex voce *Thummim* ejus perfecta Sanctitas erit adſtruenda, quod quam vere de Pontificibus Romanis dicatur, teſtes ac Judices voco, e Pontificiis

ficiis ipſos Scriptores qui Paparum vitam deſcribentes, plurimos ut hominum omnium nequiſſimos repræſentarunt. Etiam hoc obſervandum, Doctrinam Sacerdotis non probatam & exploratam fuiſſe per *Urim* & *Thummim*, ſed per legem & teſtimonium. Sin ex his vocibus tam aſſeveranter Bellarminus concludi poſſe putat Pontificis Romani in rebus fidei Infallibilitatem, tum firmiori fundamento verba illa *Urim* & *Thummim* pro Judaici Sacerdotis Infallibilitate militabunt: quod quam nullo fundamento aſſeratur, concludat quivis qui novit Pontifices Judaicos erroribus fuiſſe obnoxios & actualiter erraſſe, uti conſtat exemplo Uriiæ Sacerdotis, II Regum cap. XVI. vers X. &c. *Rex Achas quum vidiſſet altare quod erat Damaſci, miſit Rex ad Uriam Sacerdotem, Similitudinem illius Altaris, & ſtructuram ejus ſecundum totum artificium ejus* v. XI. *Et exſtruxit Uriia Sacerdos Altare omnino pro ut miſerat Rex Achas Damaſco.* Conſenſit etiam hic Uriia Sacerdos in factum Achazi Regis longius amoventis Altare æneum quod fuerat coram Jehova: hoccine eſt absque errore fungi Sacerdotis munere? quid? annon Caïaphas Chriſtum morti adjudicans & innocentem Jeſum condemnans erravit? itaque hinc cuivis patet nullo modo procedere argumentationem hanc, imo uti Judæi Sacerdotes potuere errare erroresque demonſtrarunt, ſic etiam Papas Romanos erraſſe conſtat, uti probatu facillimum foret ſi noſtri eſſet inſtituti: hoc ſolum nunc dicemus, abhinc aliquot annis, theſibus publicis a Sorbonniſtis defenſum fuiſſe Papas erroribus eſſe obnoxios & in nonnullis etiam ſpiſſe erraſſe: ſic loquuntur ipſi Papicolæ, quorum ſcripta cuivis legenda proſtant: attexamus reliqua. Deus etiam ſubinde Oracula ſua manifeſtavit, modo apud Hebræos בַּת־קוֹל *filia vocis* dicto, quod ut rectè intelligatur notandum eſt: in Sacris literis vocabulum קוֹל junctum nomini *Jehovæ* ſignificare *tonitru*, uti conſtat ex lectione Pſ. XXIX. nonnumquam autem immediate ante Revelationem Deus decretum manifeſtare volens, Tonitru in nubibus excitavit uti videre licet Exodi cap. XIX. vers XVI. Tonitrua & fulgura Legis Divinæ promulgationem præcedebant, quando tonitru audiebatur Majeſtatis Divinæ pariter ac præſentiæ erat ſignum. Pſ. LXXXI. vers VIII. *exaudivi te in latebris tonitru:* poſt tonitru audiebatur vox aliqua, quæ ut Echo aures feriebat, & vocabatur בַּת־קוֹל *bath Kol*, *filia vocis*, quoniam vocis repercuſſæ inſtar audiretur. Quando tonitru nulla alia voce aut repercuſſione audiebatur,

tur קול *Kol* ſimpliciter dicebatur, at vero quando ſubmiſſa vox, inſtar echo audiebatur poſt tonitru בת־קול *bath Kol, filia vocis* vocabatur. Vel etiam filia vocis dicebatur, ſic adnotante Doctiſſimo Druſio, reſpectu Oraculi *Urim & Thummim*, quod erat vox ex propitiatorio miſſa, quo ablato ejus loco venit בת קול *bat kol, filia vocis*; ſive *ſucceſſor vocis*. Exiſtimant Rabbini hoc genus Revelationis Divinæ ſive prophetiæ, maxime viguiſſe ſub templo ſecundo, quanquam etiam in uſu fuerit ante illud templum: Rabbi enim Jonatham ejus meminit ad Num. XXI. vers. XXVII. & Deut. XXVIII. vers. XV. De hujusmodi Revelatione & voce intelligunt quam plurimi locum 1 Regum cap. XIX. vers. XI. ubi innuitur poſt ventum & ignem in quibus non erat Jehova, auditam fuiſſe vocem ſilentio tenuem, uti verſio Tremelliana habet, in Hebræo eſt: וְאַחַר הָאֵשׁ קוֹל דְּמָמָה דַקָּה *& poſt ignem vox tacita tenuis.* vel ut alii exponunt, *vox ſilens, gracilis.* Alii vertunt *vox ſilentii* id eſt, *ſubmiſſa.* Syrus habet *poſt ignem vox ſermonis tenuis.* Arabs, *poſt Angelos ignis, vox cantici cum quiete.*

Hoc pacto etiam explicatur a nonnullis Jobi cap. IV. vers. XVI. in Hebræo eſt וְלֹא אַכִּיר מַרְאֵהוּ תְּמוּנָה לְנֶגֶד עֵינָי דְּמָמָה וָקוֹל אֶשְׁמָע hoc eſt verbo ad verbum ſi reddamus locum, *& non agnoſcam adſpectum ejus, imago coram oculis meis, murmur ſilens & vocem audiam:* Vatablus bene hujus loci ſenſum expoſuit, *vocem tenuem, ſubmiſſam ac gracilem audivi.* Huic Druſius adſtipulatur, locum 1 Reg. XIX. ſupra laudatum expoſitioni ſuæ firmandæ adducens Symmach. verti ἡσυχίας φωνῆς ἤκουον *ſilentium vocis audivi.* De modo illo Revelationis per *bath-Kol*, an locus hic accipi explicarique non debeat, non video. ſic etiam Matthæi cap. XVII. vers. V. ubi de Servatoris transfiguratione inter aliam m eminit ſcriptor Sanctus: ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. opinantur nonnulli locum hunc, de manifeſtatione per בת־קול *bath kol* poſſe intelligi: ſcimus quidem aliquos contradicere huic expoſitioni, verum operoſe hæc nunc diſputare non eſt noſtri inſtituti, quoniam brevitati ſtudemus. notandum eſt Doctiſſ: D. Ligtfootum, illa quæ de *bath-Kol* referunt Judæi habere pro fabellis partim Judaicis, partim pro præſtigiis, vel diaboli ut falleret populum, vel magorum diabolica arte, ut res ſuas promoverent. Gens Judæorum & credulitati & magicis artibus ſub templo ſecundo valde erat dedita. de illa revelationis ſpecie ac-

accipit & intelligit, Laurentius Fabricius, (ſic illum citante Georg: Mœbio) loca Matth. cap. III. vers. XVII. ubi de voce e cœlis audita, quando Chriſtus a Johanne præcurſore ſuo baptizaretur. Sic Damaſcum proficiſcenti Paulo fit Revelatio Divina, Actorum Apoſtolicorum cap. IX. vers. IV. etiam talis erat vox ad Petrum facta: *Comede.* Actor. cap. X. vers. XIII. & XV. Ejusmodi vox ſæpe audita fuit poſtquam Prophetiis, hoc eſt prophetarum miſſioni finem impoſuit Deus, & ſub veteri & ſub novo Teſtamento. Deus enim poſt Malachiam nullos ſuſcitavit Prophetas, quandoquidem, ſummum prophetam filium ſuum Jeſum audiri volebat. Ultimo loco dicendum, etiam Oraculum per ſortes æmulatum eſſe diabolum: olim etiam juſſu divino ſortes adhibitæ variis in rebus, in diſtributione terræ Canaan, in delectu uter ex duobus hircis in ſacrificium eſſet offerendus, in explorando quisnam criminis alicujus occulti autor eſſet, etiam in electione Saulis ad munus regium, Matthiæ ad Apoſtolatum, aliisque occaſionibus. Hinc verſipellis & aſtutus hominum impoſtor & deluſor Satanas, etiam ſuas inter miſere deceptos mortales, introduxit, hiſce ſortibus de rerum eventibus, inquirebant, aut ad interrogata reſpondebant. Variarum ſortium ſpecies enumeratas videre ſi quis velit, Caſparum Peucerum legat in de Divinatione, prolixiori tractatu his de rebus ſcribentem. Videbit Deliæ Antiatinæ Geomanticæ, Onomanticæ, Arithmomanticæ &c. exactam enarrationem inſtitui. Hamanum ſorte divinatoria & exploratoria uſum in lib. Heſter legimus, capp. III. vers. VII. & IX. vers. XXIV. ſceleſtus ille homo ſibi revelari petebat quis dies & menſis nefando intento eſſet maxime opportunus, duodecimum menſem, decimum tertium diem illius menſis, indicabat ſors, verum longe alium eventum præter oppreſſoris nequiſſimi exſpectationem ſortiebatur illa ſors. Deus enim pro voluntate ac beneplacito cuncta dirigit ac gubernat. Ejusmodi ſorte explicatoria uſum fuiſſe olim Nebucadnetzarem refert Ezech. cap. XXI. v. XXVI. Sortes autem hæ apud Magnates maximi fiebant, quippe quibus ſæpius de rebus dubiis, ipſis certa prædixerant. Sortibus Domitiano Imperatori mortem indicatam refert Suetonius in Domit. cap. XV. *Prænestina Fortuna toto Imperii ſpatio annum novum commendanti lætam eandemque ſemper ſortem dare aſſueta, extremo triſtiſſimam reddidit: nec ſine ſanguinis mentione.* Sorte etiam de exitu ſuo edoctum, Caium Caligulam apud eundem legimus ſcriptorem. Sorte etiam Tiberium

rium didiciſſe ſe Auguſti Cæſari in Imperio ſucceſſurum, idem nos docet Suetonius, in Vita Tiberii, cap. XIV. non plane eodem modo & ritu ſortes olim a paganis fuere conjectæ, nec ex iisdem rebus diſcernebantur. Tiberius talos aureos in Aponi fontem projecit, qui cum ſummum oſtenderent numerum, ipſi hoc pacto Imperium portendi dixerunt. ex olea quæ mel ſudaſſet factam fuiſſe capſulam in qua ſortes conjicerentur, in de Divinat: refert Cicero. Conjectas etiam fuiſſe nonnullas in ſitula aquæ, & prout quæque prima aut ultima emergeret, ita de rebus inter homines conveniſſe, narratur. Ex argilla etiam factas ſortes, docet Pauſanias in Meſſeniacis ac fraudem factam fuiſſe per ſacerdotem Temenum, qui ut Chreſphonti ager Meſſeniacus cederet, ejus teſſeras igne duraverat, Ariſtodemi autem filiorum teſſeras ad ſolem exſiccaverat, cum autem horum teſſeræ citius in aqua liquefierent quam Chreſphontis, hac arte ager Meſſenius (ſic enim inter partes convenerat, ut quorum teſſeræ priores eſſent liquefactæ illi a petitione deſiſterent) Chreſphonti ceſſit. Darius hinnitu equi pro ſortibus uſus eſt, alii adſpectu exorientis Solis, alii ſurculis ex arbore frugifera exciſis. Tacitus in de Moribus Germanorum p. m. 639. *Auſpicia, ſortesque maxime obſervant. Sortium conſuetudo ſimplex, virgam frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputant, eosque notis quibusdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargunt. Mox ſi publicè conſulatur, Saeerdos Civitatis: ſin privatim, ipſe paterfamiliæ Deos precatus, Cœlumque ſuſpiciens, ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatur.* Alii aliis utuntur rebus, & uti in omnibus ad Dei cultum pertinentibus, Religioſe valde ex mandato Divino erat agendum; ſic impurus ille Spiritus haſce ſortes multis ritibus ſuperſtitioſis tractari ac ad illas accedi ſtatuit, mandavit. Notandum etiam Doctiſſ. Tholoſanum ex Sidonio in Syntagmate Juris lib. XVIII. cap. VI. ſcribere, olim Oracula per ſortes data & facta, in quibus, ne poſt mortem quidem a vaticinandi arte ceſſarit Sibylla. Plura de Divinatione per ſortes heic quidem adderemus, verum quoniam paucis ab hinc menſibus Doct. D. van Dalen fuſius hanc materiam tractavit, actum agere noluimus. Quemadmodum igitur Deus noſter, ſuis Revelare voluit Divinum decretum & voluntatem, ſic etiam diabolus Dei ſimius hæc imitari conatus eſt: falſis & ambiguis oraculis & reſponſis miſeros homines callide fefellit veterator malitioſus. In mundi principio, uti ante notavimus, Deus verbis & ſermone

di-

distinctis, sese Revelavit primis hominibus, hæc etiam impstor diabolus æmulatus ac imitatus fuit, verbis enim e specubus, & antris horrendis, spiritus impuri, vel potius impostores ejus organa hominibus illius erunt, verbis in templis Diis falsis consecratis, sæpissime pseudo-oracula prolata fuisse cuivis constat. Seneca in Thyest. Act. IV. Scen. I.

— — — *Hinc orantibus*
Responsa dantur certa cum ingenti sono
Laxantur adyto fana, & immugit specus
Vocem Deo solvente.

Jovis Trophonii Antrum, ex quo oraculum reddebat cacodæmon in historiis satis celebre: in Lebadia Bœotiæ ab apum examine monstratum Saoni, ex Acrephnii oppidi Legatis natu maximo, perhibent hoc antrum intrare qui volebant in vestibulo bono genio & bonæ fortunæ sacro dies aliquot commorari debebat rebus Sacris intentus. Eo consulturos nudos, aut alba purpureave veste indutos descendere oportebat: de hoc antro & ibidem dato oraculo infra plura. Homerum etiam meminisse Antri sacri Ithacensis, cui bipatens ostium dat, Austrum versus unum, Boream versus alterum, nemo est fere qui non sciat: Homer. Iliad. XIII.

Ἄγχοθι δ' αὐτῆς, ἄντρον ἐπήρατον, ἠερόειδὲς,
Ἱρὸν νυμφάων αἳ Νηϊάδες καλέονται. &c.

Prope autem ipsam antrum amœnum obscurum
Sacrarum Nympharum, quæ Naiades vocantur.

De Sibylla Cumæa, Virgilius, Æneidos lib. VI.

Foliis tantum ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
Ipsa canas, oro, finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates.

Item paulo post.

Ostia jamque Domus patuere ingentia centum
Sponte sua, Vatisque ferunt responsa per auras.

Item:

Talibus ex Adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit.

Ex his Poëtæ versibus videat quivis non solum verbis, sed & scripto, ex specubus & antris horrendis data ab impostore diabolo aut ejus ministris pseudo Oracula. Ab his autem e terra erumpentibus Oraculis, deducit Plinius, occultum in terra numen latuisse, quod futura indicaret: *Alibi*, inquit Plinius: lib. 11. Cap. XCIII. *Fatis dici specus: quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, ut Delphis, nobilissima Oracula. Quibus in rebus quid possit aliud causæ afferre mortalium quispiam, quam diffusæ perenne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens:* sic etiam Cicero lib. 1. de Divinat: *terræ vis Pythiam Delphis incitabat.* Quidquid sit, certissimum est hostem generis humani diabolum aut saltem ejus ministros, etiam verbis & prædictionibus falsis, hominibus, illos ut ad sese pelliceret, imposuisse. Ut autem cum successu bono causam suam promoverent Satanas ejusque sequaces, etiam in hoc Dei oracula fucata æmulatione exprimere & imitari voluit, hinc ut pro Divinitus data doctrina reciperentur ab hominibus pseudo-oracula etiam Sanctas & pie vivendi Regulas subinde dictis suis immiscere voluerunt, quemadmodum monetæ adulterinæ, nonnihil auri aut argenti mixtum, ne fucus statim detegatur. Ejusmodi præcepta quamplurima leguntur apud Scriptores Paganos, tanquam a Diis, ut loquuntur, profecta. Sybaritis fœlices successus pollicetur Oraculum, quamdiu Religio ipsis cordi esset: omnia autem adversa futura, ubi homines Religiose colerentur, minatur & prædicit.

Εὐδαίμων Συβαρῖτα, παναδαίμων σὺ μὲν αἰεὶ
Ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων:
Εὖτ' ἂν δὴ πρότερον θνητὸν θεὸς ἄνδρα σεβήσῃς,
Τηνίκα σοὶ πόλεμος καὶ ἐμφύλιος στάσις ἥξει.

Fœlix omnino felix, Sybarita, futurus,
Dum rebus lætis venerabere numina Divum.
At simul atque illis mortalis homo anteferetur,
Tum veniet bellumque tibi atque domestica turba.

Apud

Apud Opſopœium in oraculis veteribus ad Calcem Oraculorum Sibyllinorum adjectis, Glauco dictum hoc reperio;

Ἀνδρὸς δ' ὀμόρκου γενὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

id eſt.

Viri vero Religioſe jurantis ſtirps poſtea beatior.

Cræſo dicit Oraculum, uti refert Xenophon lib. VII. Cyropæd.

Σαυτὸν γνώσκων, δὐδαίμων Κροῖσε περήσεις.

Cræſe beatus eris, ſi te cognoveris ipſum.

Optima item hæc eſt ſententia, ab Apolline, prolata:

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῶστον δ' ὑγιαίνειν.

Juſtitia eſt pulcherrima res, ſanum optima corpus.

Ne autem veri Numinis cultores aliquo ſupra ſuos adoratores gauderent privilegio, non ſolum vocibus, in templis ad ſpecus pſeudo-Oraculum conſulentibus, verum etiam Viſionibus, ſomniis, &c. futuros rerum eventus hominibus indicavit. Ut enim verus Deus de voluntate ſua aut rerum eventu ſuos, Viſionibus, certos fecit, ſic etiam Spiritus malus ſpectris nonnunquam hominibus quædam Revelavit. Refert Sozomenus Hiſt. lib. VII. cap. XXIII. Spectrum Mulieris horrendum per urbis plateas diſcurrens flagelloque horriſono aërem diverberans noctu Antiochiæ viſum, proximeque inſequenti die exorta eſt ſeditio, qua Imperatoris & Imperatricis ſtatuæ dejectæ ac confractæ fuere. M. Brutum exercitum ex Aſia traducturum, ſpectrum horrendi corporis ad ſe veniens & ſibi aſſiſtens vidiſſe refert Plutarchus in vita Bruti, cui animo imperterrito, *interroganti quisnam aut hominum aut Deorum, aut cujus rei cauſa ad nos venis?* ſpectrum reſpondit, *Tuus ſum, Brute, malus Genius: in Philippis me videbis:* cui nihil attonitus Brutus, *videbo.* Resque eventu comprobata fuit. Somniis etiam nonnumquam ſuis Revelavit futura aliaque quædam diabolus. Hinc in templo Amphiarai, in templo Serapidis ad Canopum, in Paſitheæ & Æſculapii in Pergamo, ubi mor-

tales miſeri ſomnum capere conſuevere, ut de rei futuræeventu certiores redderentur. Amphiarao olim templum erectum propter fatidica conſilia & Divinandi peritiam. Ad quod ex tota Græcia populi erat confluxus maximus, Oraculum conſulturi, quod ſomniis Revelabatur. Somnia illa fatidica qui erant ſubituri, corpus multis ceremoniis luſtrare ex falſi Dei præcepto tenebantur, Diisque Arietem purum immolabant, cujus pelle humi expanſo, poſt ſacra peracta, ſomnum capturi incumbebant, & in ſomnis aut audiebant aut videbant, quæ interrogaſſent, quæ poſtea Sacerdos explicabat & ad quæſita accommodabat: putamus etiam nos cum Doctiſſimo D. van Dalen, omnia illa non a diabolis ſed ab impoſtoribus Sacerdotibus eſſe profecta, ut ſub ficto Deorum nomine homines fallerent: uti hoc ex ejus Doctiſſ. ſcripto de Oraculis Ethnicorum fuſe demonſtratum reperiet lector curioſus, nos enim omnes fallacias ab hominibus impoſtoribus perpetratas miſero diabolo imputare nolumus. Referunt Hiſtoriæ, haud multum antequam ad Plateas Bœotiæ urbem, Græci, Pauſania & Ariſtide Ducibus prælium inituri eſſent cum Perſis, Mardonium Perſici exercitus Ducem, ad Amphiarai templum amandaſſe ſervum ſuum, ſucceſſum pugnæ atque eventum ſciſcitaturum: ſervum autem hunc noctu in victimæ pelle dormientem, vidiſſe adſtantem ſibi ſacrorum Antiſtitem, qui Oraculi præſidem abeſſe referret eumque templo excedere juberet (nb. fraudes) reſponſum nullum exſpectare debere & ni illico diſcederet, illi non bene moram ceſſuram, utpote Barbaro, cui nullo jure ſacro in hoc loco cubare, & Oraculum conſulere liceret: cunctantem autem ſervum manibus protruſiſſe & tergiverſantem ac reluctantem, lapide ita excepiſſe ut mortuus in terram collaberetur. Hoc ſomnio pugnæ eventum depinxit malus Genius, diabolus vel ſi mavis Antiſtes impoſtor. in conflictu enim illo Mardonius ictu ſaxi tactus, ab Arimneſto Spartiata occiſus eſt. Vide Cœl. Rhodigin: lib. XIX. cap. XV. Item Plutarch: in Vita Ariſtidis. Trallibus quoque Aſiæ urbe, inter Mæandrum & Caycum fluvios ſita, antrum fuit Charoneum in quo ægroti, poſt ceremonias ſolemniaque Sacra peracta, loci illius Genio prius invocato, in ſomnis remedia contra morbos neceſſaria & utilia, addiſcebant. Vide hac de re Strabonem lib. XIV. Plura alia hac de re ſi quis requirat legat Peucer. in de Divinat. p.m. CCXXXIX. &c. Supra de Urim & Thummim cum ageremus, oſtendimus duodecim Tribuum nomi-

na

na Pectorali inſcripta, hinc vaſer ille Dei æmulus, diabolus, etiam per certos characteres & literas, ſuis cultoribus Revelavit res occultas, morbos curavit aliaque miranda fecit: quamquam, ut ingenue fateamur id quod illa de re ſentimus, nullo modo res illas factas characterum vi ac efficacia nec figuras ullas quidquam valere poſſe in aliquo negotio peragendo credimus. Figura enim quæ ab hominis voluntate dependet, nullo modo poteſt efficere ut corpus aliquod aut Spiritus ſive bonus ſive malus, ultra vires ſuas præſtare quidquam poſſit. Vide Peuccrum p. m. 330. &c. imo plane in hiſce *Urim* nempe & *Thummim* diabolum, eſſe Dei æmulum conſtat, ſi perpendamus quid olim apud Sacerdotes Ægyptios obtinuerit: ſimulachrum enim quoddam de collo ſcuſpendebant cui *Veritatis* nomen inditum, & ex lapidibus pretioſis confectum erat & conſtabat: Romanæ Eccleſiæ ſectatores verſionem Septuaginta interpretum ſecuti, aut ſaltem eorum ſenſum exprimentes voces אורים ותומים quas LXX. vertunt δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν; cum interprete vulgato reddunt *Doctrinam & Veritatem*, quo fine ita vertant ante indicavimus. Pagani etiam ſimulachro de Sacerdotis collo pendenti *Veritatis* nomen dedere: Diodorus Siculus lib. I. Συντάξεις τῶν ἀναγκαίων παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς μὲν δικασταῖς ἱκανοὶ πρὸς διαφορὰν ἐχορηγοῦντο, τῷ δ' ἀρχιδικαστῇ παρατιθέασι. φέρει δ' ὅτου περὶ τὸ τράχηλον. ἐκ χρυσοῦ λίθοις ἠρτημένοις ζῴδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ καλοῦσιν ἀλήθειαν, hoc eſt, *Salaria ad victum resque alias neceſſarias* à Rege *Judicibus præbebantur, ampliſſima autem ſummo Judici*, (hic erat Sacerdos) *geſtabat is de collo pendens ex aurea Catena ſimulachrum & pretioſis lapidibus, cui nomen* VERITAS. Sacerdotes autem fuiſſe apud Ægyptios ſummos Judices, & tali uti ex Diodoro intelligimus, ſimulacro quod geſtabant nomen fuiſſe inditum, docet nos Ælianus Variar. Hiſt. lib. XIV. Δικασταὶ δὲ τὸ ἀρχαῖον παρ' Αἰγυπτίοις ἱερεῖς ἦσαν. ὧν δὲ τούτων ἄρχων, ὁ πρεσβύτατος· καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας. ἔδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότατον ἀνθρώπων, καὶ ἀφιδέστατον, εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα ἀλήθεια. Hoc eſt, *Judices autem apud Ægyptios iidem quondam fuerunt qui & Sacerdotes. In his Princeps erat ſententiæ, maximus natu, & in omnes ſtatuendi Jus habebat. Eum autem omnium hominum eſſe juſtiſſimum & ſinceriſſimum oportebat. Habebat vero circa collum imaginem ex Sapphiro, vocabaturque imago*, VERITAS.

Cal-

Callide etiam Oracula ſibi vendicavit Dæmon impurus. Nulla enim re magis devinctos homines ſibi reddidit, quam rerum futurarum prædictione aut conſilio in rebus dubiis: cumque autem ſæpius eventus reſponſo eſſet conformis, hinc homines miſeros non ſolum in ſui admirationem rapuit, verum etiam maxime ſibi devotos fecit, adeo ut impuri Spiritus pro Diis adorarentur, ſuſpicerentur. Hinc factum ut templa illis & altaria & ſtatuæ erigerentur, ſpecus conſecrarentur ac Sylvæ, multaque alia ſuperſtitionis inventa cuderentur: hiſce, homines, rerum novarum avidi, multum detulerunt adeo ut verum Deum ſibi faventem & cum illis loquentem exiſtimarent miſerrime decepti homines.

De Oraculis autem quoniam nunc agimus, opportune heic eorum Origo prima eſſet indaganda, & quo tempore inſtituta auctaque fuere ab impoſtore diabolo. Diodorus Siculus lib. XVI. hoc modo Oracula gentibus innotuiſſe putat: Paſcebantur, inquit, capræ non longe a ſpecu, una earum proxime ad ſpecum acceſſit, ſtatim illa quaſi lymphata cœpit rotari, diſcurrere, cernuari. Paſtor (*corætam* vocat Plutarchus) admiratus, ſpecum ipſe adiit, atque ebrio ſimilis, cœpit fundere Vaticinia. Accidit & hoc aliis, qui in ſpecum ſeſe præcipitarunt, omnium conſenſu Virgo deligitur quæ tripodem conſcenderet & futura, conſulentibus Oraculum, prædiceret. Hæc vera ſi eſſent, non tamen tempus, quo Oracula conſuli cœperunt, indicaret. De origine Oraculorum nonnulla adnotavit D. Caſpar: Peucerus in tractatu de Oraculis p. m. 221. qui videri poteſt, interim fatendum eſt tempus, quo Oracula diabolica & ſuperſtitioſa conſuli cœperunt, & quodnam omnium primum fuerit, putamus neminem certo definire poſſe. Multi multas attulere conjecturas, ſed claras demonſtrationes non exhibent. omnium antiquiſſima Oracula reputantur apud Paganos Hammonis & Dodonæum: puto pro antiquiſſimis haberi, non quod revera nulla ante exſtiterint, hoc probatu foret difficillimum, ſed quod de antiquis oribus apud Hiſtoricos altum ſit ſilentium. Probabile enim putamus diabolum Dei Opt. Max. æmulatorem, in principio quando homines ad cultus ſuperſtitioſos deducere laboravit, ut pro voto res ſuccederet, ſtatim imitatum fuiſſe Dei ſummi modum & normam hominibus ſeſe manifeſtandi: cum autem ab mundi incunabulis, etiam poſt hominis Lapſum, Deus viva voce, aliisque uti ante oſtendimus modis, ſe-

ſeſe cultoribus ſuis manifeſtaret, probabile, cenſendum eſſe exiſtimamus, illico etiam malignum Spiritum Oracula illa ſuo modo, hoc eſt, fallaci, hominum animos a Deo ut averteret atque ad ſeſe alliceret, imitari conatum fuiſſe: hinc factum eſſe putamus, quemadmodum *corruptio unius, generatio eſt alterius*, ſtatim poſt lapſum hominis ejuſque corruptionem introductam a diabolo Revelationum Divinarum adulterationem: de Hammonis Oraculo meminit Funcius in Chronol: ad Mundi annum 1902. de Dodonæo Oraculo Herodotus lib. II cap. LII. teſtatur quod νενόμιϛο ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηϛηρίων εἶναι, *Oraculorum, quæ apud Græcos ſunt vetuſtiſſimum habetur*. Quo autem anno ejus uſus in mundum introductus fuerit hariolari potius quam exacte determinare quiſquam poſſet, Trojanis temporibus floruiſſe aut ſaltem conſultum fuiſſe teſtatur Homerus Iliad. π.

Σοῦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελαϛγικὲ

An putandum Satanam, μισάνθρωπον, tot ſeculis poſt generis humani corruptionem, nihil tentaſſe ut falſis Oraculis miſeris imponeret, & fallacibus verbis, boni ſpeciem pollicentibus, ad ſuos cultus profanos & ſuperſtitioſos pelliceret? nos equidem non ſuſpicamur. A Cainitis nomen Domini profanatum fuiſſe ante Enoſchi tempora ſtatuit Doctiſſ. Owenus, in de nat. ortu, progreſſu &c. Theologiæ p. m. 141. ut hinc concludat, locum Gen. IV. vers. XXVI. non intelligi debere de profanatione, ſed de publica invocatione nominis Dominici, Hinc itaque haud improbabile judicandum, etiam Caini ejuſque ſequacium temporibus, diabolum homines profanos, variis Oraculis aliisque fallacibus artibus fefelliſſe ac detinuiſſe. Etiam ante Diluvii tempus extitiſſe homines quam maxime profanos & impios, teſtis eſt S. Moſes, qui & propter illorum pravos mores, a Deo κατακλυσμὸν immiſſum ſtatuit. ſic etiam ex loco Gen. IV. vers. XXVI. ſuperius laudato, argumentari nos poſſe contendimus, pro ſententia noſtra, probabile nempe eſſe, etiam primis temporibus ſtatim poſt puri cultus per Caïnitas corruptionem, & idololatriæ in mundum introductionem etiam à diabolo introducta fuiſſe Oracula: locum autem paucis perpendamus, ſic autem in Hebræo eſt אז הוחל לקרא בשם יהוה hoc eſt, uti & nos poſt multos alios exponimus, *tunc profanatum eſt in invocando nomen Jehovæ*: חלל pro *profanare*, ſæpius ſumi, multis poſſet demonſtrari, paucis ex his locis quivis id videat. ſic Levitici cap. XVIII. vers.

XXI. לֹא תְחַלֵּל אֶת־שֵׁם אֱלֹהֶיךָ *non prophanabis nomen Dei tui.* ſic etiam שָׁלַח יָדָיו בְּשֶׁלְמָיו חִלֵּל בְּרִיתוֹ *Iniecit manus ſuas in colentes pacem ſecum, & profanavit fœdus ſuum* .Pſalmo LV. vers. XXI. Item Pſalmo LXXXIX. vers. XXXV. לֹא אֲחַלֵּל בְּרִיתִי *non prophanabo fœdus meum.* Et plurimis aliis in locis uti notum eſt quibus vis, vel leviter tantum in Hebraicis verſatis: facile, uti opinamur, huic opinioni aſſenſum præbebit quivis, חלל etiam *prophanare*, ſignificare, ſed tota difficultas eſt, an heic loci ſic debeat explicari, quod conſtare putamus ex eo quod Moſes intendit indicare cauſas immiſſi Diluvii, vitam prophanam nempe hominum impiorum. Oſtenderat enim accuratus Hiſtoricus Moſes, defectionem Caïnitarum a Deo, ſcelera ab ipſis perpetrata recenſuerat, ſic viam ſibi ſternens ad enarrationem Hiſtoriæ de Diluvio, propter ſcelera mundo immiſſo: finis itaque Capitis quarti cum ſexti initio copulandus, enumeratio autem Adami poſterorum quæ cap. V. recenſetur, tanquam per parentheſim, Hiſtoriæ inſeritur: quis ergo non videat, Moſem, quia de hominum impietate mentionem amplam injeciſſet, haud concinne Hiſtoriam pertexere, ſi de Reformatione Eccleſiæ, de qua nihil innuerat, ageret, filum Hiſtoriæ haud bene cohæreret, ſi ita ex abrupto & dum verſatur adhuc in hominum impietate enarranda, de Eccleſiæ Reformatione innueret, Hiſtoriæ contextum interrumpens. Opinioni autem noſtræ non adverſatur quod nonnulli objiciunt, non poſſe de profanatione textum hunc explicari, quandoquidem conſtet non tum primum incepiſſe homines profanare nomen Dei, ſed a Caïno ejusque impia poſteritate longe ante id factum fuiſſe. Facili enim negotio ad argumentum hoc reſpondetur, verum eſt ante natum Enoſchum profanatum nomen Domini ab impio Caïno ejusque ſequacibus, ſed Moſes intendens demonſtrare cauſas juſtiſſimas immiſſi Diluvii, quo Deus totum genus humanum, paucis exceptis, deleret, exſtirparet, primum narravit hominum pravorum a Deo defectionem, ut cum indies impietas illa accreſceret, ita etiam ut filii Dei, illi ſcilicet qui Setho oriundi pro talibus ſeſe venditarent, imo & eſſent propter profeſſionem externam, cum impia Caini poſteritate ſeſe miſcerent, tum Deum maximis & ingraveſcentibus hominum ſceleribus, ad vindictam provocatum, de genere humano perdendo conſilium Noacho communicaſſe, & quandoquidem incorrigibiles illos deprehenderet funditus delendos ſtatuiſſe, quamvis igitur ante natum Enoſchum impietas nonnul-

nullorum imo multorum innoteſceret, poſt nativitatem Enoſchi magis invaluit & majori cum Dei contumelia perpetrata: tunc enim publice, cultu Idololatrico, Deum irritarunt, honorem ſummi Dei ac noſtri Creatoris, in creaturas, in Solem, lunam aliaque, ut docent nonnulli, transferentes: Caïni tempore ut & poſterorum ejus, ævo, magna erat homirum pravitas & in Deum contumelioſa prophanatio, ſed Enoſchi ævo omnium maxima adeo ut non ſolum de terræ propter homines impios maledicendo, uti Caïnitarum ævo, ſed toto genere humano perdendo, pœna priori graviore, decerneret, ſummum numen. Propter exorbitantem tum temporis hominum impietatem putant nonnulli, pium ac Sanctum virum Sethum filio, corrupto illo ſeculo nato אנוש *Enoſch* impoſuiſſe nomen, ab אנש *ægrotavit*, *calamitoſus fuit*. Miſerrima, & maxime calamitoſa tunc temporis erat Eccleſiæ conditio: adeo ut miſer futurus eſſet ejus filius qui ſceleſtiſſimos illos inter homines verſaretur: & maximo exponeretur periculo peſſimis illis exemplis ad impietatem deviandi. Hic Sancti viri ſcopus in illa ὀνοματοθεσία, opinioni noſtræ firmandæ quadrat: quippe qui illo nomine ſeculi miſeriam commemorare volens, non intendit de Eccleſiæ Reformatione, ſed deformatione mentionem injicere. Locum hunc a multis hoc pacto explicari docet nos D. Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis: *Plerique Hebræorum arbitrantur quod tunc primum in nomine Domini & in ſimilitudine ejus fabricata ſunt idola.* Sic locum hunc intellectum fuiſſe a Paraphraſte Chaldæo, qui Rabbi Jonatham Ben-vziel eſſe putatur, teſtantur hæc ejus verba. הוא דרא דבי ומוהיך ש״יאו ועבדו להון טעון וטבנין לטעותהון בשום מימרא דיי *Illa ætas in cujus diebus incœperunt errare & fecerunt ſibi idola, & cognominabant idola ſua nomine Sermonis Domini*, indicare vult idola, Deos fuiſſe vocata. Item Chaldæus Onkelos בכין ביומרהו חלד בני אנשא מצלאה בשמא דיי *in diebus illis profani fuerunt homines, ut non precarentur in nomine Domini.* Notandum antem quod in editione Complut. hoc modo verba hæc interpolata inveniuntur: בכן שריאח בני אנשא לצלאה בשמא דיי *tunc cœperunt filii hominis precari in nomine Domini.* Maimonides etiam hoc pacto locum interpretatur. בימי אנוש טעו בניה אדם טעות גדולה וגבינדת עצת הכמי אותר הדור ואנוש יצמו מן הטועים היה וזו היתה טעותם: אמרו הואיל והאל ברא מכבים אלו וגלגלים להנהיג את העולם ונתנם במרום וחלק להם כבוד והם שמשים המשמשים כפנל ראויים הם לשהבם ולפארם ולחלוק להם כבוד

hoc est: *in diebus Enosch magnum errorem errarunt filii hominum, & obstupuerunt animi sapientum illius generationis, etiam ipse Enosch ex errantibus erat, atque hic fuit error eorum, dicebant cum Deus ipse creavit stellas & sphæras ad regendum mundum eosque in alto collocavit, & gloriam eis dedit, & illis ministris utitur, merito celebremus eas, & extollamus, & gloriam eis impertiamur.* Ex quibus verbis patet, virum Doctum verba illa Gen. IV. vers. ultimo de hominum depravatione intellexisse. Audiamus etiam R. Schelomonem Jarchium, אז הוחל לקרא את שמות האדם ואת שמות העצבים בשמו של הקבה לעשותן אלילים ולקרותן אלוהות Hoc est: *tunc profanatum est, invocando scilicet nomina hominum & nomina imaginum, cum nomine Sancti illius, qui benedictus sit, Dei, adeo ut facerent idola, & vocarent ea Deos.* Sed notandum est, in citatione horum verborum D. Andream Beyerum in ad Seldeni de DIs Syris syntagmata additamentis, secutum esse editionem Buxtorfianam & Bombergianam, quæ utraque pro אלילים habet עון quod idem est ac עבדה זרה, *cultus extraneus.* Sic etiam R. D. Kimchi in voce חלל locum hinc interpretatur בימי אנוש טעו אחר עבודה זרה וקריאה בשם יי אז הוחלו: ויש מפרשים אוהו מעניך הת הלה: ופירושו אז הוחלו בני אדם לקרא שמות הגלולים והעצבים בשם יי: hoc est, *in diebus Enosch erraverunt post idololatriam, & invocatio nominis Divini tunc profanata fuit, sunt autem qui illud interpretantur hoc modo, tunc inceperunt homines vocare nomina simulachrorum & idolorum nomine Dei:* sic etiam versio Arabica editionis Erpenianæ, non de cultus divini restauratione, sed depravatione locum hunc intelligi vult. sic enim habet حينيذ ابتدا الناس يضلوا عن طاعة الله id est: *hinc incepere homines deficere a cultu Dei.* hic locus in Arabica versione Bibliorum Londinensium hoc modo effertur *tunc cœptum fuit invocari nomen Dei* حينيذ ابتدى ان يقال على راس الله

Vetustum autem Pentateuchi M. S. à clariss. Seldeno citatum sic habet, *tunc inceperunt* لان يدعوا باس الرب *non invocare nomen Domini.* hoc modo, quo supra, locum hunc Gen. IV. vers. XXVI. explicandum esse censet Doctiss. Danæus in de prima mundi ætate, cap. I. pag. mihi 259. Vide de hoc loco amplius differentem eundem Danæum, eodem libro. p. 282. Notandum autem, Cyrillum lib. IX. contra Julianum, sect. I. errasse quando scripsit, hic a Mose indicari Enoschum ab hominibus tum tempotis viventibus, Deum fuisse vocatum, honoris & pietatis, quam præ se ferebat, ergo. Nullo etiam modo approbamus D. Augustini sententiam, quando lib. XV. de C. D.

cap.

cap. XVIII. de Enoſcho diſſerens, dicit: *quid ſibi hoc vult*, ſperavit invocare nomen Domini Dei? *niſi quia prophetia eſt, exorturum populum, qui ſecundum Electionem gratiæ invocaret nomen Domini* Dei. Profecto nihil tale in textu apparere credimus, ſimpliciter enim dicit, *tunc cæptum eſt profanari nomen Domini.* Et ſi Auguſtini opineo pro vera ſit habenda tum non a חלל ſed a יחל quod *ſperare, exſpectare* ſignificat, eſſet derivandum חחל quod plane eſt abſurdum. Ex dictis conſpicitur evidentiſſime, non eſſe prophetiam ſed meram Hiſtoriam, uti ante fuſe probatum fuit. Modum autem & peccata, quibus Caïnitæ nomen Domini profanarunt, reperiet Lector, apud eundem Danæum loco ſupra laudato. Locum autem ipſum ex Doct. Danæo heic adſcribere lubet, notatu enim eſt digniſſimus, ac noſtram expoſitionem valde confirmat. ſic Danæus. Cæterum ipſe Davidis Kimchi ſententiæ atque interpretationi ſubſcribo, eamque ſequor. Hic enim de publica nominis cultuſque Divini profanatione & contemptu (qui tunc popularis inter homines eſſe cœpit) agit Moſes, & gradus deſcribit, tum quibus ad tam horribile ſcelus perventum eſt. tum etiam quibus tandem omnis caro corrupit viam ſuam, ac propterea diluvium illud, atque tremendum Dei judicium in Mundum univerſum eſt effuſum, Gen. VI. Sunt autem hi, Primus quidem, Peccatum ipſum primum primi hominis: Secundus, Fœtura, quam in ſingulorum hominum animis & cordibus clam & privatim ſemel concepta corruptio & infuſa vitioſitas ex primo illo Adami peccato pariebat: Tertius, Publicum Caïni fratricidium: Quartus, Stuprum, violatioque conjugii publice à Lemecho (qui fuit unus ex Caïni poſteris) inducta: Quintus, Ipſa publica jam negletio omnis veri cultus Dei, &, pro eo, impia profanatio contemptioque nominis ipſius publica, ergo & alterius, quam veri Dei invocatio, Divinique cultus nova inſtitutio ab hominibus facta eſt. De quibus vide Epiphanium initio lib. I. contra 80. Hæreſes. His enim tot gradibus ad immane iſtud flagitium deventum eſt, ut Dei nomen ab hominibus populariter ac publice contemneretur, quum tot improbitatis, & quidem inultæ, publica exempla viderent homines in mundo, quum in tota Caïni familia (poſtquam ipſe à Dei facie fugiſſet, Geneſ. IV. vers. XVI.) ac proinde in ejus poſteris jam ceſſaſſet, ac intermiſſus eſſet verus Dei cultus. Ergo qui inter iſtos homines, nimirum Caïni poſteros, ſupererat ex veteribus humanæ mentis & lucis reliquiis metus Dei,

& illius Majeſtatis ſenſus, honor & tremor, ex hominum iſtorum animis deletus & extinctus eſt. Quæ fuerunt triſtiſſima peccati primi hominis effecta: & ad ſequentem hominum omnium, (pauciſſimis omnino exceptis) corruptelam teterrimam, depravationemque fœdiſſimam certiſſimus gradus, & procliviſſimus facillimusque lapſus, denique juſtæ Dei in univerſum Mundum iræ cauſſæ. Nam in verum Deum impietas eſt ſcelerum omnium fons: contraque vera fides & religio mater, ut ait Auguſtinus, omnium virtutum. Quum igitur Caïni poſteri (necdum enim alii in Mundo erant, nec ulla alia adhuc familia creverat) & homicidia in domo ſua, & adulteria publica, atque ab hominibus impunita cernerent: quum nulli communi ac potentiori, quam ipſi ſinguli eſſent, Magiſtratui parerent: quum voluptatibus omnis generis laſciviſque cantionibus dediti eſſent: quum arma, prout cujuſque ferebat audacia, tractarent: quum denique inter eos, maximeque in avita illa Caïni domo (in quam omnes illius poſteri oculos coniiciebant) verus Dei cultus jam ceſſaſſet, quomodo in publicam nominis Dei profanationem illi iidem homines non facile ruerent, aut laberentur? Improbitatis enim & nequitiæ ſeu licentiæ hominum coërcendæ frænum ac vinculum proculdubio ſummum, eſt veri Dei metus, & cultus, qui ubi ceſſat, omnia in pejus ruunt: ubi retinetur, virtus viget, vitium decreſcit. Præclare enim in Ageſilao Xenophon, Ὅπου γὰρ ἄνδρες θεὸν μὲν σέβοιεν, πολεμικὰ δ' ἀσκοῖεν, πειθαρχίαν δ' μελεθῶεν, πῶς οὐκ εἰκὸς ἐνταῦθα πάντα μετὰ ἐλπίδων ἀγαθῶν εἶναι. *i. Ubi enim Deum colunt homines, arma tractant, Magiſtratibus parent, quomodo non credibile eſt illic omnia bona ſpe plena eſſe?* Quod vero ſtabilitam tunc demum nominis Dei invocationem nonnulli ex eo loco exiſtimant, idque à Moſe dici, fruſtra eſt. Nam & Deus antea invocabatur, & ipſe cultum ſuum hominibus præſcripſerat, & declararat, eumque retinebat Adami familia. Sed ordo hiſtoriæ ipſius poſtulabat, ut quibus de cauſſis Deus diluvium in terram immiſiſſet, hominesque (quos ad ſui imaginem condiderat) prorſus deleviſſet, explicaretur à Moſe. Id quod ille fecit. Itaque gradus, quibus ſenſim omnes homines ad ſummam primum impietatem in Deum: deinde Injuſtitiam in proximos pervenerunt, ordine recitat, & proponit. Atque hæc quidem eſt mea de hoc loco ſententia. pergit porro D. Danæus, rogatque.

Inter quos tunc cœpit hæc publica Nominis Dei profanatio?

R. Qui-

R. Quidam existimant etiam inter Sethi posteros cœptum esse profanari nomen Dei, propterea quod tota Caïni familia jam vero Deo servire desierat, eiusque cultum (quum Caïnus pater à facie Dei ejectus esset, & extra Ecclesiam) sequi, & retinere. Quamobrem hoc de Sethi posteris, qui nondum Dei cultum violarant, dictum malunt. Ego vero de solis Caïni posteris ista sumenda judico. Quum enim cœpit nomen Dei profanari, nulli dum erant posteri Sethi, ut pote quum illa profanatio cœperit sub tempus nativitatis Enoschi, quemadmodum ait & quidem diserte Moses, Genes. IV. vers. XXVI. Fuit autem hic Enoschus, ut antea demonstravimus, primogenitus Sethi. Quanquam autem Caïni posteri verum Dei cultum non retinebant, publicam tamen illam nominis, cultusque Dei profanationem adhuc nec excogitarant, nec admiserant, quam sequenti tempore tamen, ut hic docet Moses, sequi, & amplecti cœperunt. Itaque tunc demum manifeste publice & populariter profanari inter eos cœpit nomen, veneratioque veri Dei, quod antea non fiebat. Hoc autem publicæ impietatis à Caïni familia primum introductæ, & postea in ea sola diu retentæ exercitæque exemplum secuti sunt postea & suo tempore posteri Sethi, nempe postquam ipsi multiplicati essent in terra, & filias hominum in uxores accepissent, non autem prius, meo judicio, Genes. VI. vers. II. IV. Tunc enim (exceptis omnino paucis) & illi quoque posteri Sethi plerique fere omnes defectores à Deo fuerunt, quum antea tales non essent. Ergo multis antea seculis in Caïni familia ea profanatio nominis Dei contigit, ut ordo serieſque conscriptæ à Mose historiæ docet. Fere enim inter hanc profanationem publicam, illiusque inter Caïni posteros initium, & eandem ad posteros Sethi derivatam intercedunt anni 287. ut colligi potest ex Gen. cap. V. Eam enim derivationem colloco in tempus Jaredi id est, nati quidem, sed non translati adhuc Chanochi. Translatus enim est à Deo, ut defectores ex Dei familia potissimum percellerentur metu, & ut boni, qui in Dei cultu perstabant in eadem familia, confirmarentur, ac recrearentur. Atque hanc meam sententiam confirmat Epiphanius lib. I. contra hæreses his verbis, Ἀδὰμ ὁ παῖς Σὴθ, υἱὸς ὁ τούτου Ἐνὼς ᾗ καθὰ διαδοχὴν Καϊνὰν, Μαλελεὴλ, Ἰαρέδ· ὡς ὁ ἡ παράδοσις ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα ἐντεῦθεν ἤρξατο ἡ κακομηχανία ἐν κόσμῳ γίνεσθαι, id est, *Adami filius Seth, filius autem hujus Enos, & per successionem Kainan, Malaleel, Jared. Ut vero majorum traditio, quæ*

ad

ad nos pervenit, habet, tunc cœpit illa famosa nequitia in mundo esse. Hæc Ephiphanius. Verum Josephus lib. I. Antiquit. cap. IV. videtur demum septimæ generationis Sethi tempori hoc attribuere, quasi sub Mathusale patre pii Lemechi: non sub Jaredo patre pii Chanochi hæc evenerint. Ego vero potius Epiphanio assentior eumque sequor. Addit porro Danæus.

Q. Qualis fuerit ista nominis Dei Profanatio, & quid significet? R. Synecdochica est locutio in voce *Nominis* & verbo *Invocare*, Nec enim Nomen ipsum Dei duntaxat, id est, ipsius appellatio fuit profanata, velut, quod Dei nomen in vanum sumeretur, per Deum temere & juraretur ab istis hominibus, & pejeraretur, & denique sanctum illud Dei benedicti Nomen (quod prius sacrosanctum inter homines fuerat) blasphemaretur: verum etiam quod Dei Potentia, majestas, justitia, sapientia, misericordia contemneretur, sperneretur, irrideretur, negaretur. Nec id quidem solum, dum in publicis cœtibus aderant homines ad Deum colendum & invocandum, (nec enim gens ulla religione aliqua caruit) verum ubique, & quoties vel conscientia contemptores istos arguebat: vel ipsius Nominis Dei appellati, interpositi, invocative ab aliis hominibus reverentia & obtestatio istis profanis proponebantur, Dei nomen isti impudenter & impie profanabant. Ergo in universum Dei contemptus, præsertim in ipso Deo colendo & venerando invaluit inter illius seculi homines, id est, Caïni posteros, quæ postea tamen etiam ad posteros Sethi quoque dimanavit. Ergo idola tunc pro vero Deo culta sunt, ut scribit Philo in Antiquit. & verus legitimusque cultus Deo præstari inter eos desiit, quemadmodum ait Josephus lib. I. cap. V. Antiquit. Denique Epiphanius his verbis illam Profanationem describit, quibus intelligatur ipsa fuisse tristissimum peccati effectum, quod Dei metum omnem & verum cultum inter homines extingueret, & quæ Profanatio impietatem pro pietate, infidelitatem pro fide in Deum doceret, ac proveheret: quanquam idem Epiphanius censet post Diluvium demum idola & Tharæ temporibus introducta in mundum: hoc vero tempore nondum fuisse recepta. Contra, Tertullianus in lib. de Idololat. ea tunc in Mundum putat inducta. Nec enim, ait idem Epiphanius, Adamus fuit idololatra, *nec* simulacra vel aliud quicquam, præter verum Deum, adoravit. Imo etiam Propheta fuit Adamus, sciebatque Patrem dixisse Filio: *Faciamus homi-*

hominem ad imaginem noſtram Gen. I. Ego Tertulliano non aſſentior. Hanc etiam loci hujus expoſitionem, placere deprehendo Doctiſſ. Marshamo in chron. Canone pag. 54. Notandum etiam eundem Marshamum obſervaſſe, ex Epiphanii Hæres. lib. I. §. 8. Chriſtianorum Patrum nonnullos ex Apoſt. Pauli verbis Coloſſ. cap. III. vers. II. ἀ Βάρβαρ@, ἀ Σκύθης, ἀχ Ἕλλην, ἀκ Ἰουδαῖ@, deducere totidem Religionum vel ſectarum intervalla, adeo ut Βαρβαρισμὸς duraverit a principio mundi uſque ad Diluvium, Σκυθισμὸς a diluvio ad tempus Serug; deinde, Ἑλληνισμὸς, ad Abrahami tempora ſe extenderit, a cujus circumciſione Ἰουδαϊσμός. Sed putamus hanc conjecturam nullo niti fundamento imo veritati contrariam: hunc Apoſtoli non fuiſſe ſcopum cuivis textum inſpicienti patebit, deinde quis illos Patres docuit Barbarismum a creatione mundi usque ad Dilivium Regnaſſe, Adamum, Abelem, Sethum, Enoſchum aliosque Diluvio anteriores, Barbaris non eſſe adcenſendos, utpote vera Dei cognitione ad ſalutem ſufficienti præditos fuiſſe credimus, deinde Σκυθισμὸς male, ſequeretur Babarismum: quia Σκύθαι omnium nationum Babariſſimi apud Scriptores reputantur & talem eſſe ipſius Apoſtoli ſcopum ex contextu patet. Heic autem ex mente Epiphanii pro politiori ſtatu quam barbariſmus σκυθισμὸς habendus, quod quam abſurdum ſit, cuivis Hiſtoriarum lectione vel leviſſime tincto patet. Male etiam ab Epiphanio Ἑλληνισμὸς Abrahamo antiquior habetur. Phoroneus enim qui Græcorum omnium antiquiſſimus reputatur, Abrahamo eſt poſterior. Abrahamus enim ſecundum Calviſium anno mundi 2023. profectus eſt ex Harran, peregrinatusque eſt in locis ignotis in Canaan & Ægypto cum Sara uxore, & Lotho fratris ſui filio, Phoroneus autem Argivorum Rex II. Inachi filius anno Mundi 2143. Regnavit. Teſtatur etiam Plato in Timeo, nullum aliquod vetuſtius Phoronei Niobesque ætate tempus innotuiſſe. Hinc Syncellus οὐδὲν πρὸ Ἰνάχου, ἢ Φορωνέως παιδὸς τ πρώτως Ἄργους βασιλευσάντων Ἕλλησιν Ἱστόρηται, *nihil in Hiſtoriis Græcis continetur ante Inachum ejusque filium Phoroneum qui primum Regnarunt Argis.* Ex hiſce cuivis conſtet Ἑλληνισμὸν male ab Epiphanio Abrahamo anteriorem conſtitui. Imo etiam ab eodem Epiphanio male initium Idololatriæ ad Serugi tempora referri, ex ſuperius enim dictis conſtare putamus, etiam ante illa tempora homines Idololatriæ fuiſſe deditos. Ut autem e diverticulo in viam redeamus, puta-

mus ex dictis, saltem probabiliter posse concludi, etiam ante diluvium homines Idololatriæ deditos, & derelicto veri Dei cultu, ad diaboli partes defeciſſe, atque ut illos ſibi devotos retineret, fallacibus Oraculis illis illuſiſſe probabile eſſe credimus. Præciſe autem originem Oraculorum, quo anno primum innotuerint & quodnam illud, & quomodo conſultum fuerit, indicare nos non poſſe ingenue fatemur. Oracula autem Sibyllina Diluvio poſteriora ant ſaltem non anteriora eſſe fatetur ipſa pſeudo-Sibylla, niſi etiam, ante ingreſſum in Arcam, Vaticinatam fuiſſe ſuſtinere quis velit: ſin vero Diluvio priora ſint reputanda Sibyllina Oracula, conſtabit ergo etiam a mundi primordio diabolum Oraculis falſis, homines a vero Dei cultu abalienaſſe. Oracula enim illa apud Paganos tam celebria, a Mulieribus, Spiritu diabolico actis eſſe data, in confeſſo eſt, quoniam ille homines ad idololatriam obligarent, uti conſtat ex illis quæ a Livio, Cicerone, Plutarcho, Pauſania, Luciano, Solino, Suetonio, Spartiano, Zozimo aliisque de illis referuntur & ab illis conſulta leguntur. Hæc autem quæ hodie pro Sibyllinis habentur, eſſe tota quanta, ſpuria & ſuppoſititia, infra, Deo dante probabimus. Ut ergo Satanas ſupradictis Oraculorum ſpeciebus Divina imitari conatus eſt, ſic etiam illum Sibyllinis Paganis anniſum eſſe pro indubitato tenemus ac pro certo: Sibyllinis apud Gentiles celebribus Oraculis, hoc intendiſſe Dæmonem callidum, non ſolum credimus verum etiam pſeudo Sibyllinis hodie exſtantibus, (vere enim aliqua a Sibyllis olim ſpiritu diabolico actis, aut ſaltem ab impoſtoribus data Oracula & a Paganis in caſibus extraordinariis conſulta, certo certius eſſe contendimus) hominibus imponere & Religionem Chriſtianam ſuſpectam reddere conatum eſſe, pronuntiamus. Uti enim olim in Capitolio Romano aliqua aſſervabantur poſtea incendio conſumpta, quæ revera a Sibyllis proficiſcebantur, tam falſa eſſe illa quæ nunc circumferuntur infra patebit. ad quæ antequam accedamus nonnulla alia de Sibyllis earumque Oraculis in genere præmittenda eſſe, conſultum ducimus.

CAPUT XIV.

DE

HONORIBUS, SIBYLLIS, A GENTILIBUS DELATIS

BREVIARIUM.

TEmpla illis fuere consecrata. Simulachro Augusti templum fuit consecratum & quotidie illi sacra fiebant. Sacrificia Sibyllis offerebantur. Etiam statuæ illis fuere erectæ. Lactantius emendatus. Viris & Fœminis clarioribus, statuæ erigebantur. Sibylla Tiburtina olim uti Dea fuit culta. De antro Sibyllæ Tiburtinæ ejusque templum. quod nonnulli Herculi Sarano sacrum fuisse existimant. Templum Cumanum in nummis suis Gergithii in Sibyllæ memoriam imprimi curarant. Tres statuæ olim Sibyllis fuere erectæ. An recte Sibyllarum imagines in templis Christianorum erigantur? De more adeundi Sibyllarum templa tractandique illarum Oracula. Summa cum veneratione, Sibyllarum Oracula consulturi illarum templa adibant. Non ultra limen procedebant. Virgilii interpretes nonnulli refelluntur. In limine templi preces erant fundendæ Oraculum consulturis. Limina templorum Paganorum erant sacra ac proinde non licebat illa calcare aut attingere. Atque hinc factum ut qui Idolorum templa intrare volebant, limen transilirent. Novæ nuptæ non licebat mariti limen tangere, & cur? Limini etiam olim oscula figebantur. Non solum templorum sed & Curiæ liminibus. Velatis manibus, olim Oracula Sibyllina tractabantur. Vopiscus emendatus. Casaubonus refutatur. Precantes velatis manibus orabant. Salmasius notatus. Res sacræ olim velatis manibus peragebantur, & quo modo. Virgilius expositus. Vittæ non solum

capiti verum etiam manibus aptabantur. Ramus oleæ in precibus adhibebatur. Homerus expositus ut & Tertullianus. Euripidis scholiastes explicatur, uti & Sophoclis. Appianus exponitur. Apud Gentiles illi qui sacra tractabant caput velabant. Cur velatis manibus Sibyllarum Oracula inspiciebantur. In principio duobus viris custodiendi Oracula Sibyllarum cura fuit demandata. Illis postea duo ministri fuere adjuncti. Quot annos durarit numerus duorum virorum servandis Oraculis Sibyllinis praefectorum. Quando duorum virorum numerus in denarium fuerit mutatus & quot annis mos ille decemvirorum obtinuerit. Decemviri ex Illustrissimorum numero eligebantur. Quænam illorum privilegia. A quibus post ejectos Reges eligebantur Decemviri. Cur servi illis adjuncti sine quibus illis non licebat inspicere aut adire Oracula. Decemviri partim ex plebe, partim ex Patribus eligebantur. Quam diu Denarius hic numerus durarit. Quindecimvirorum numerus quando fuerit introductus. Quomodo XV. viri post exusta priora cum Capitolio Oracula, illa potuerint adire & inspicere. XV. virorum apud Historicos & Antiquarios crebra fit mentio. A collegis nonnumquam & a plebe postea fuerunt electi. Onuphrius & Schmidius notati. Quindenarius numerus postea mutatus fuit in quadragenarium. Oracula Sibyllina, sub Honorio concremata & plane ablata fuerunt. Cur istud factum fuit, Quando XV. virorum officio finis fuerit impositus. Quibus occasionibus inspicerentur Oracula Sibyllina. Occasione seditionis. Cladis in bello acceptæ. Etiam belli tempore. Ostentorum & prodigiorum causa. Etiam pestis tempore & ad valetudinem recuperandam. Item Terræ motus occasione & monstrorum. Quando respublica in magno periculo versabatur. Casaubonus refutatus. Clemens Alexandrinus refutatus. D. Paulus non commendavit Oracula Sibyllina. Vossius refutatus. Clementis Alexandrini errores notati. Quo pacto Clemens Alexandrinus inciderit in illum errorem, ut statuerit B. Paulum auditoribus suis lectionem Oraculorum Sibyllinorum commendavisse. Quo in pretio apud S. S. Patres fuerint Oracula Sibyllina, & an recte fidei dogmata talibus testimoniis fuerint confirmata. Jesuita Crassetus refutatus. Oracula Sibyllina Paganorum nihil de mysteriis Christianorum innuerunt. Falsa a Crasseto allegata testimonia refutantur. Quis operis CXLVI. *quæstionum ad orthodoxos fuerit Author, saltem non fuit Justinus Martyr quamvis Crassetus illas ei at-*

attribuat. Quo tempore quæstiones illæ fuerint conscriptæ. sunt Ecclesiæ Romanæ doctrinæ contrariæ.

MUlieres olim aliquas apud Paganos extitisse quæ Sibyllarum nomen sunt sortitæ, eo quod a Deo actæ crederentur, numine afflari (Σιβυλλαίνειν dicitur, teste Diodoro Siculo lib. IV. cap. LXVIII.) in dubium vocari posse a nemine, nisi qui constantibus Historicorum Testimoniis nullo fundamento, contradicere velit, contendimus. Hac de re quandoquidem nunc constet, videndum porro quæ qualesve extiterint Sibyllæ, an fuerint Divino an vero diabolico Spiritu actæ, numquid Divinæ possint appellari aut diabolicæ sint dicendæ, num Scriptoribus Fidelibus & Sanctis an θεόφλοις Prophetissis, sed non Divinis, sint accensendæ, sententiæ virorum doctorum heic mire variant, de Sibyllis apud Paganos celebribus heic nunc agimus, de Autore Oraculorum quæ nunc exstant Sibyllinorum, postea dicendi erit locus. Statuimus enim hæc a Sibyllis Paganis nullo modo esse profecta, sed a Christiano, si Christianum vocare licet conficta, uti postea evidenter demonstrabimus. Hæc autem antequam pertexamus, alia quædam de Sibyllis in genere, sunt dicenda: & primo quidem, libet heic inquirere de honore ipsis delato: pagani qui illas pro Divinitus inspiratis habebant, maximos, etiam Divinos honores ipsis deferebant, summa cum veneratione ipsarum Oracula tractantes & consulentes. Templa olim Diis tantum, principibusque viris fuisse consecrata nemo est qui non sciat, templa alicui igitur dicare & consecrare est magno illum honore velle afficere. *Cum enim*, ait Tranquillus & post illum Isidorus, *exuta feritate, rationem vitæ habere cæpissent, seque ac Deos suos nosse: cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque Magnificentiam ad* Religionem *Deorum suorum excogitaverunt. Igitur ut templa illis domibus pulchriora, & simulachra corporibus ampliora faciebant: ita etiam eloquio etiam quasi augustiore honorandos Deos putavere, laudesque eorum & verbis illustrioribus, & jucundioribus numeris extollere.* Sic etiam de Augusto Cæsare legimus, templum ipsi erectum, Divinosque honores illi delatos. Prudentius lib. I. p. m. 267. de simulachro Augusti.

Hunc morem veterum docili jam ætate secuta
Posteritas, mense atque adytis & flamine & Aris

Auguſtum coluit, vitulo placavit & agno,
Strata ad pulvinar jacuit, reſponſa popoſcit.
Teſtantur tituli, prodeunt conſulta Senatus,
Cæſareum Jovis ad ſpeciem ſtatuentia templum.

Atque hinc factum eſt ut honoris cauſa, Cæſares vivos colerent, Deosque appellarent, Seneca de Tranquillitate Animi Cap. XV. p. m. 115. *nec jam procul erat tumulus, in quo Cæſari Deo noſtro fiebat quotidianum Sacrum.* Hinc illis etiam ſacrificia oblata, ut ex jam dictis patet: imo & illorum reſcripta, Oracula vocabantur. Claudian: paneg: de conſul. Manlii Theodori.

— — — *Terris edicta daturus*
Supplicibus reſponſa venis Oracula Regis
Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam
Majeſtas meminit ſeſe Romana locatam.

Immo & ſtatuæ illis erigebantur, aliique honores ab hominibus vanis excogitabantur, ut vel amoris, gratitudinis, aut potius adulationis teſtominium poſteritati relinquerent, lubet heic elegantiſſimi Scriptoris, Lactantii, locum, totum hoc negotium expedientem & explicantem, (ut omnia hæc Sibyllis demonſtrata oſtendamus poſtea,) deſcribere ex lib. I. de falſa Religione cap. XV. *ſi enim nulli Reges ante Saturnum vel Uranium fuerunt propter hominum raritatem, qui agreſtem vitam ſine ullo Rectore vivebant: non eſt dubium, quin illis temporibus homines Regem ipſum, totamque gentem ſummis laudibus ac novis honoribus jactare,* (forte legendum & *mactare*, & melius quidem meo judicio.) *cæperint, ut etiam Deos appellarent, ſive ob miraculum virtutis* (*hoc vere putabant rudes adhuc & ſimplices ſive*) *ut fieri ſolet in adulationem præſentis potentiæ: ſive ob beneficia quibus erant ad humanitatem compoſiti: deinde ipſi Reges, cum chari eſſent ipſis, quorum vitam compoſuerant: magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt: Itaque homines eorum ſimulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Progreſſique longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere cæperant; ut & gratiam referre benemeritis viderentur, & ſucceſſores illorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem, quod Cicero de nat. Deorum docet, dicens, ſuſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis ut beneficiis excellentes*

viros

viros in cœlum fama, ac voluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Æſculapius, hinc Liber & alio loco, atque adeo in plerisque Civitatibus intelligi poteſt, acuendæ virtutis gratia, aut quo lubentius rei publicæ cauſa periculum adiret optimus quisque virorum fortium, memoriam honore Deorum immortalium conſecratam hac ſcilicet ratione Romani Cæſares ſuos conſecraverunt, & Mauri Reges ſuos. Sic paulatim Religiones eſſe cœpere dum illi primi, qui eos noverant, eo ritu ſuos liberos, ac nepotes, deinde omnes poſteros imbuerunt. Et hi tamen ſummi Reges ob celebritatem nominis in Provinciis omnibus colebantur: privatim vero ſinguli populi gentis aut urbis ſuæ conditores, ſeu viri fortitudine inſignes erant, ſeu fœminæ caſtitate mirabiles, ſumma veneratione coluerum ut Ægyptii Iſidem, Mauri Jubam, Macedones Cabyrum, Pœni Uranium, Latini Faunum, Sabini Sancum, Romani Quirinum. Eodem utique modo Athenæ Minervam, Samos Junonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi. ſic per populos, atque Regiones varia Sacra ſuſcepta ſunt; dum grati homines in Principes eſſe cupiunt &, quos alios honores vita carentibus deferant, invenire non poſſunt. Flavius Vopiſcus in Tacit. Imperat. cap. IX. *In eadem oratione Aureliano ſtatuam auream ponendam in Capitolio decrevit.* Et paulo poſt. *Divorum templum fieri juſſit in quo eſſent ſtatuæ Principum bonorum ita ut iisdem natalibus ſuis & paribus, & Kalend. Januariis & votis libamia ponerentur.* Plura ſi quis ad hanc rem pertinentia velit, adeat Gruteri inſcriptiones, quam plurima exempla ſtatuarum & templorum, Imperatoribus Diisque conſecratorum, inveniet: tales autem Sibyllis vel ſaltem illarum nonnullis honores fuiſſe delatos, omnibus in confeſſo eſt. De Sibylla Tiburtina teſtatur Lactantius lib. I. de falſa Religione cap. VI. illam *Tiburi cultam ut Deam, juxta ripas amnis Anienis: cujus in gurgite ſimulachrum ejus inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum cujus ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit.* Sic etiam Virgilius Æneid. lib. VII.

At Rex ſollicitus monſtris, Oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosque ſub alta
Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat, ſævamque exhalat opaca Mephitim.
Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus
In dubiis reſponſa petunt.

Et

Et libro VI.

Tum Phœbo & Triviæ ſolido de marmore templo
Inſtituam, feſtosque dies de nomine Phœbi.
Te quoque magna manent Regnis penetralia noſtris:
Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata
Dicta meæ gentis ponam: lectosque ſacrabo
Alma viros.

Jacobus Spon in Itinerarii ſui parte prima p. m. 37. teſtatur *Tivoli*, antiquis *Tibur*, ſe vidiſſe rupes de fluxu continuo aquarum excavatas, antrumque illud immane ab incolis haberi pro antro Sibyllino, ex quo Vates Oracula reddidiſſe credita eſt. Refert idem Jacobus Spon loco laudato, prope illum locum hodie adhuc exſtare partem aliquam exigui templi olim Sibyllæ Tiburtinæ Sacri. Nonnullos tamen reperiri affirmat qui templum illud Herculi Saxano olim fuiſſe dedicatum aſſerant, aut exiſtiment. Virgilius etiam lib. VI. Æneid. deſcribit templum Cumanum, ex quo Sibylla Oracula reddebat, fere eundem in modum ut templum de quo ſupra.

— — — *Vocat alto in templa Sacerdos*
Excuſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum,
Unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ.

Imo & Gergithii qui in Phrygia minori ſunt, Sibyllæ Imaginem, quod inde eſſet oriunda, ad perpetuum honorem, nummis ſuis imprimi curarunt, teſte Alexandro ab Alexandro dierum genialium lib. IV. Cap. XV. tres ſtatuas Sibyllæ erectas fuiſſe teſtatur Plinius lib. XXXIV. Cap. V. *equidem & Sibyllæ juxta roſtra eſſe non miror, tres ſint licet: una quam Sex: Pacuvius Taurus Ædilis plebis reſtituit: duæ: quas M. Meſſala.* Templa itaque & Simulachra Sibyllis dedicata ut & ipſarum dicta, Oraculorum nomine venditata fuiſſe nemo eſt qui hoc non ſciat, titulus operum Sibyllinorum clariſſime hoc prædicat: imo ſic & omnibus Doctis in more eſt, ſcripta Sibyllina Oraculorum nomine inſignire. Antequam autem ulterius progrediamur, lubet heic inquirere, utrum recte

recte in templis Christianorum erigantur Sibyllarum statuæ uti in templo Senensi erectas legimus, atque ex eo ad vivum expressimus ante, figuris æneis ex Italia ad nos allatis. Nolumus heic disputare, numquid licitum sit, Imagines statuasque Deum repræsentantes vel Angelos, Sanctos Sanctasve in templis Religionis ergo collocare, hoc enim abundantissime a Theologis nostris fuit ostensum, plane esse illicitum, ne itaque actum agamus, tantum de Sibyllarum statuis nunc loquimur, ac fatemur ingenue nos satis non posse hominum stultitiam mirari, muliercularum paganarum ne nunc dicamus diabolico spiritu actarum, reperiri inter statuas & Imagines Deo, Angelis & Sanctis, erectas, an non certe ridendos se Papistæ propinant, paganas mulierculas Sanctis suis æquales constituendo? quis cultus illarum Sibyllarum statuis deferetur? an idem qui Sanctarum imaginibus, Latriæ, Duliæ, vel Hyperduliæ, qualem Romanistæ illis deferendum judicant? hoc pacto miseræ gentiles mulieres fœdere Dei exclusæ, pari in loco constituentur cum Christianis, cur Infallibilis Papa illas non canonizavit? quid eveniet si ab illis plebecula cœca remissionem peccatorum, & apud Deum illarum intercessionem imploret, numquid tales preces exaudientur? certe nos valde inconcinne hoc factum fuisse pronuntiamus, ac dementiam sapere quod etiam Christiani Prophetissis diabolicis statuas erexerint: numquid & hæ imagines sunt laïcorum libri? quid ex illis addiscent miseri mortales? an illarum recordatio tanti facienda, ut etiam in cultu solemni & publico earum meminisse Romano-Catholicis sit necesse. credant hoc Papistæ quantum velint, nos saltem nunquam credemus. Verum ut ulterius de honore Sibyllis earumque scriptis delato, inquirere lubet, consideremus, tantum quid de more adeundi Sibyllarum templa, tractandique earum Oracula retulerint scriptores quanta cum veneratione templum adierint, Sibyllæ Oraculum consulturi docet nos poëtarum Princeps Virgilius Maro, qui pluribus in locis testatur Oraculum consulturos non ulterius quàm ad limen templi processisse, ibique substitisse, venerationis ac Religionis causa. lib. III. Æneid.

Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente.
Liminaque, Laurusque Dei.

Illis non assentior Interpretibus qui, per limina totum Phœbi templum intelligunt, partem pro toto capientibus. Puto enim Poëtam

conſulto ſic ſcripſiſſe, ut exprimeret morem conſulentium Deorum aut Dearum Oraculum, utpote quibus non liceret ulterius progredi niſi ad limen, ſed ad illud ipſis ſubſiſtendum eſſet: teſtatur Æneas ſe liminis ſenſiſſe tremorem, quippe qui in illo ſtabat Religionis ergo. Idem Poëta eodem libro, paulo inferius:

Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,
Hic canit: & tua nos en ultro ad limina mittit.

Et paulo poſt, idem.

Hic Helenus cæſis primum de more juvencis,
Exorat pacem Divum: vittasque reſolvit
Sacrati capitis: meque ad tua limina Phœbe
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit:

Ænid. lib. VI.

Ventum erat ad limen, cum virgo poſcere fata
Tempus ait, Deus, ecce Deus cui talia fanti
Ante fores. ſubito non vultus, non color unus, &c.

Oracula conſulturis & in limine venerationis cauſa ſtantibus preces erant fundendæ, quas dum funderent, Sibylla ſive Deus aut Dea ad templi interiora ſe recipiebat, ad antrum ex quo reſponſa dabat & pronuntiabat: ſic Virgilius hoc eodem Lib. VI paulo ante.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates.

Item inferius.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit.

Quando autem de conſulturo Oraculum eſt ſermo, tum hoc modo idem Poëta,

Dum conſulta petis noſtroque in limine pendes.

Hinc

Hinc itaque luce meridiana clarius conſtat, ſtudio optimum Poëtam ſcripſiſſe *limina*, & non Templa aut Domos, ut venerationem & honorem quem Oracula conſulentes, Divinitati debebant, exprimeret, moremque antiquum Oracula conſulendi referret: hoc etiam alii Scriptores abunde teſtantur: Herodotus Halicar: lib. I. in fine Cap. XC. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουε Κροῖσος, πέμπων τοὺς Λυδῶν ἐς Δελφοὺς, ἐνετέλλετο, πυθέντας τοὺς πέδας εἰ ἐπὶ τῇ νηῷ τὸ χρεὸν εἴρωτᾶν, &c. *Ubi hæc audivit Cræſus, Delphos mittens quosdam Lydos, juſſit, cum ad limen Templi vincula depoſuiſſent, interrogare*, &c. Hæc de cauſa quia ad limen Templi reſponſum eſſent accepturi. Hinc Poëta Æneid. lib. II. vocat Relligoſa Deorum limina,

Plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora, perque domos, & Relligioſa Deorum
Limina. — — —

Religioſa limina, quia in limine vel ad limen Religionis cauſa ſubſiſtebant Deorum Oracula & reſponſa exſpectantes, imo notandum etiam olim limina tanquam res ſacras fuiſſe habita. Hinc mores illi nati, vel limen non calcandi aut non attingendi, vel etiam Religionis cauſa deoſculandi. hinc Philiſtæi limen Templi Dagonis non calcant, uti videre eſt I Samuelis Cap. V. vers V. & Sophoniæ Cap. I. commate IX. *dicuntur limen tranſilire*, ne pedibus rem Diis ſacram conculcarent. Hinc etiam obtinuit, ut novæ nuptæ mariti limen tangere non licuerit, ne, ut Servius ait, à ſacrilegio inchoaret: ſi Virginitatem depoſitura, calcaret rem Veſtæ, hoc eſt Numini caſtiſſimo conſecratam. Oſcula etiam limini, utpote rei Sacræ, figebant. Hinc Juvenalis alicubi:

— — — *Tarpeium limen adora.*

quod ſic non expono ac ſi cultus adorationis limini deferrent, ſed quod os limini, illud oſculaturi, admoverent. Arnobius lib. primo p. m. 29. *cum per omnia ſupplices irent templa, cum Deorum ante ora proſtrati limina ipſa converrerent oſculis.* Gentiles enim ſtatim quum templa ingrederentur, conſpectis Deorum ſtatuis aut ſimulachris in terram ſe proſternebant & limini Oſculum figebant. Lucanus lib. II.

— — — Cultus matrona priores
Depoſuit mœſtæque tenent delubra catervæ.
Hæ lachrymas ſparſere Deos hæ pectora duro
Afflixere ſolo, laceraſque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas.

Sic etiam lib. I.

ELEGIA II.

Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis
Et dare ſacratis oſcula liminibus.

Titus Livius teſtatur de Pruſia Rege, aſſentante Romanis, etiam curiæ limini oſculum dediſſe. lib. XLV. *Romæ quoque cum veniret in Curiam, ſummiſiſſe ſe, & oſculo limen Curiæ contigiſſe, & Deos Servatores ſuos, Senatum, appellaſſe.* Etiam hoc ad Sibyllarum honorem pertinet, quod nunquam illarum Oracula, niſi velatis manibus tractarent: de hoc ritu optimus exſtat locus apud Flavium Vopiſcum de Divo Aureliano Cap. XIX. *Agite igitur Pontifices, qua puri, qua mundi, qua Sancti, qua veſtitu animiſque Sacris commodi, templum adſcendite, ſubſellia laureata conſtituite, veteranis manibus libros evolvite, fata Reipublicæ quæ ſunt æterna perquirite.* Locus hic quem putamus intentioni noſtræ accommodum, emendatione opus habet, *Veteranis manibus libros evolvite*, magnus Caſaubonus dicit ad locum ſupra laudatum, *veteranas manus*, ſic appellari, eo quod illi, qui in librorum Sibyllinorum inſpectione diu eſſent verſati, in illo Pontificatu conſenuiſſent: ſed cum bona tanta viri venia, exiſtimamus cum nobiliſſimo Salmaſio ad eundem locum, non ſolis majoribus Pontificibus, munus illud, Oracula Sibyllina inſpiciendi incubuiſſe, imo etiam nec minoribus ut locus hoc velle indicare videtur, ſed *Veteranis manibus* poſitum eſſe pro *vetanis manibus* quod etiam noſtro quidem judico male, & tranſpoſitas eſſe literas vocis *vetanis*, proprie legendum fuiſſe *venatis manibus* quod pro *velatis manibus* ſcriptum fuiſſe, cum ſupra laudato Salmaſio putamus. N. & L. ſæpe permutantur. Sic prænum pro prælum in veteribus gloſſis, hoc modo heic loci, *Venatis manibus* pro velatis manibus legendum eſſe, cenſemus: ſupplices enim qui Deos precibus

ſuis

ſuis invocarent, *velatis manibus*, hoc peregiſſe certiſſimum eſt: antequam autem hunc ritum teſtimoniis confirmemus: ἐν πρῳώδῳ notari velim, locum illum quem Nob. Salmaſius ex Plauti Amphitryone cita *velatis manibus Orare*, ibidem non reperiri, nec de velatis manibus loqui Poëtam, locus enim ſic ſonat, Plautus in Amphitryone actus V. ſcena I.

Invocat Deos immortales, ut ſibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto. — —

Caput quidem fuiſſe opertum, ſed fuiſſe velatas manus non teſtatur Scriptor optimus: *velatis* autem *manibus* olim res Sacras peractas fuiſſe abunde teſtantur Scriptores. Euripides in Supplicibus.

Ἀλλ' ὦ γεραιὰ, στεμν' ἀφαιρεῖτε πέφη
Μητρὸς πρὸς οἴκους νιν Αἰγέως ἄγω
Φίλιον προσάψας χεῖρα.

Sed ô anus, auferte Sacra velamenta
A matre, ut eam ducam ad domum Ægei
Attingens charam manum.

Vult oſtendere velamenta impediviſſe manuum contrectationem: ſic etiam apud Virgilium Æneid. lib. VII.

Præferimus manibus vittas.

Ubi per *vittas* non intelligenda vincula illa quibus fluentes religantur capilli: ſed in genere vincula talia quibus manus ligabantur ſupplicum: manibus, Diis ſupplicaturi ramum Oleæ ferebant: ramus autem ille lana erat obvolutus, lanam hanc Virgilius vocat *vittas* à vinciendo & ut loquitur Capella, quod vinciant, &c. Sic vittas non ſolum capiti, verum etiam manibus aptamus, Statius Thebaïd. 12.

Ipſe manu, ramoſque oleæ, vittaſque precante
Tradit. — — —

Sic etiam Euripides in ſupplicibus:

Τί δ' πρὸς ἡμᾶς ἦλθον ἱκεσίᾳ χερί.

Cur enim ad nos venerunt ſupplici manu.

Manus ſupplices ſunt *manus velatæ*. Sic Ovidius Metamorph. II.

Velamenta manu prætendens ſupplice — —

Sic etiam Æſchylus, ἐν ἱκετ': loquitur de ἐγχειρίοις κλάδοισι, quia rami illi manibus geſtarentur. Idem ibidem vocat ramos illos ἱεροστέπτους & λευκοστεφεῖς. Euripidi dicti ſunt ἱκέσιοι κλάδοι, *rami ſupplices*. Velamenta illa manuum στέμματα vocantur à Græcis: atque hinc factum eſt ut quidam de Coronis capiti impoſitis ſomniarint, exiſtimantes ſupplices nonnunquam oraſſe, corona cinctos, vel manu geſtantes: ſic nonnulli Interpretantur Homeri verſum

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν,

in manibus habens Coronas, male quidem meo judicio: quum vertendum ſit, velamenta habens in manibus: Gloſſar. *velamentum* Στέμμα vocat. Hinc Ovidius:

Audierat laurumque manu, vittasque ferentem
Pro nata Chryſen non valuiſſe ſua.

Hinc plurimis Scriptoribus lux & vera Interpretatio accerſenda. Tertullianus de Corona Militis: *erant enim ſupplices coronarii apud veteres*: quod non de corona capiti impoſita intelligendum, uti putant nonnulli, decepti voce στέμμα & στέφανος, pro corona capiti impoſita voces illas accipientes, cum de manuum velamentis debeant intelligi: hoc ſi non concedatur quomodo locus hic Scholiaſtis Euripidis, commode explicati poterit? ſic enim ſcribit, in laudati Scriptoris Oreſt: εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ, ὅτε ἱκέτευον τὸς ὑπερέχοντας, φέρειν ἐν χερσὶν στέφανον, verſio communis ſic ſonat, *mos fuit apud veteres ut ſupplicaturi majores, ferrent in manibus coronam*. Ego *velamentum* exponendum eſſe cenſeo. Quid *Coronæ* in Orationibus? gloriæ inſignia male ſupplicationibus aptantur, uti ſunt Coronæ. Sic etiam explicanda eſſe verba Scholiaſtis Sophoclis in OEdyp. Tyran. ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐστεφανωμένους πρὸς ἱκέτειαν χωρεῖν ἵνα αἰδέσιμοι δοκῶσιν τοῖς ὡς ἱκέτευον, vulgo ſic exponunt, *moris erat veteribus Coronatos venire ad ſupplicationem, ut venerabi-*

rabiliores viderentur illis, quibus ſupplicabant. pro *Coronatos*, ſcribendum *velatos*. Eodem modo explicandum eſſe locum hunc Appiani in Hiſpanicis putamus, οἱ πρεσβύτατοι στεφανωσάμενοί τε, καὶ φέροντες ἱκετηρίας τὰς Λευκάλλου ἱκέτας. *Seniores* (non Coronarii ut vulgo perperam) *velati & ferentes ramos Oleæ à Lucullo quærebant.* Si de velamentorum in Sacris peragendis uſu, diſſerendi eſſet animus, plura heic adnectere poſſemus: unum aut alterum locum lubet afferre, quo conſtet velare capita in uſu fuiſſe, tum apud Græcos cum apud Romanos Sacra tractantes. Apud Herodotum Halic. lib. VI. quidam Sacra facturus, & Jovi bovem immolaturus, inducitur καταπαλυψάμενος *velatus*. Plautus in Amphitryone loco ſuperius allegato, *invocat Deos immortales, ut ſibi auxilium ferant, manibus puris, capite operto.* Livius lib. X. de Augure loquens, ait: *capite velato victimam cædat, Auguriumque ex arce capiat.* Sic etiam Virgilius Æneidos lib. III.

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Propertius lib. II. Eleg. XIX.

Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit.

Plura ſiquis velit adeat Barnabam Briſſonium in de formulis lib. I. p. m. 36. ex his evidentiſſime demonſtratum opinamur, velatis manibus, vel etiam nonnunquam operto capite, res Sacras peractas fuiſſe, ſed ſi quis rogat, quorſum hæc & quid hæc ad Sibyllas? reſpondemus morem illum Oracula Sibyllina velatis manibus inſpiciendi, oſtendere Divinos honores Sibyllis earumque Oraculis delatos fuiſſe, vel ſaltem ſummo in honore habitas Sibyllas. Neque etiam abs re talibus ceremoniis inſpecta fuerunt Oracula, ſcilicet *velatis manibus*, quandoquidem aditio iſta & inſpectio, librorum Sibyllinorum, non fiebat citra ſupplicationem, ſupplices autem, uti jam oſtenſum fuit, *velatis manibus* Deos adibant illiſque ſupplicabant: per inſpectionem Sibyllinorum librorum, Deorum auxilium implorabant, & piacula petebant quibus Dii irati poſſent placari, imo & locus, quem ſupra ex Flavio Vopiſco citavimus, abunde teſtatur, maxima cum veneratione & honore fuiſſe tractata non ſolum Oracula, verum etiam in illis ritibus & ceremoniis Sibyllas. Iccirco petit ut Sacerdotes *velatis manibus* templum adſcendant mundi,

puri,

puri, Sancti, laureata subsellia constituant, & sic libros evolvant: quæ certe omnia in unaquaque librorum Sibyllinorum inspectione, apud veteres in usu non fuerunt. Senatus enim tantum, uti postea latius, jubebat ut Decemviri vel XV viri libros illos adirent, quid facto opus esset renuntiarent, libris autem aditis supplicationes decernebantur & lectisternia indicebantur, aliaque ejusmodi plura ad Religionem pertinentia. Videamus etiam à quibus & quo modo, quaque cum Veneratione adibantur ista Sibyllarum Oracula, & à quibus & quot viris. Primo dicendum est in principio cum Oracula asservarentur, curam illam custodiendi illa Carmina fuisse demandatam duobus viris, Sacerdotum titulo ornatis. Erant autem illi ex Civium numero maxime illustres viri. Livius Dec. I. lib. III. p. m. 93. *Inter alia prodigia & carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur; quod intercidit, sparsum jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. Libri per Duumviros Sacrorum aditi. Pericula à conventu alienigenarum prædicta, ne qui in loca summa urbis impetus cædesque inde fierent.* Idem lib. IV. p. 149. *Observatio itaque à populo Duumviris præeuntibus est facta* & p. m. 151. *Multa Duumviri ex libris, placandæ Deum iræ, avertendæque à populo pestis causa, fecere.* Item lib. V. p. 186. *Libri Sibyllini ex Senatusconsulto aditi sunt, Duumviris Sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus quam amplissime tum apparari poterat stratis lectis placavere.* Hinc itaque constat Duumviros Sacris faciendis tum temporis cum hæc aguntur, delectos fuisse. Hinc etiam crebra in inscriptionibus Antiquis mentio de Duumviris Sacris faciendis, ex Grutero proferre lubet. p. XLIII. hanc unam.

M. TVRPILIVS. M. F. L. TVRPILIVS. P. F.
DVOMVIREI. DE. SENATVS SENTENTIA.
ÆDEM. HERCVLI
FACIENDAM. COERAVERE. ISDEMQVE PROBAVERE

His Duumviris Sacris faciundis, eo ipso anno quo Tarquinius à Sibylla emerat libros Sibyllinos adjuncti fuere duo ministri publici, qui non solum ipsis inservirent, verum etiam ipsorum fidem in servandis Oracu-

Oraculis obſervarent: neque enim fas erat abſque juſſu Senatus, ulli, ne Duum viris quidem, libros Sacros arcæ lapideæ incluſos in cella quadam ſubterranea quæ erat in templo Jovis Capitolini, adire, vel inſpicere aut aliis legendos exhibere: nihil autem Romani neque Sanctum neque Sacrum ita cuſtodiebant quemadmodum hæc, ut putabant, divinitus miſſa Oracula: ut teſtatur Dionyſius Halicarnaſſ. lib. IV. Hinc factum eſt, ut M. Attilius, qui libros Sibyllinos Petronio cuidam deſcribendos, contra fidem datam, tradiderat, non ſolum capitis, verum etiam Parricidæ pœna crimen expiarit, culeo enim inſutum in mare projici voluit Tarquinius. Hunc numerum duorum virorum ut & illorum officium, Schmidius putat duraſſe non multum ultra LXXII annos, verum magis arridet Blondelli ſententia, per ducentos & tredecim annos dualem numerum obtinuiſſe aſſerentis, & anno ab U. C. 388. dualem numerum in denarium fuiſſe converſum, collegiumque illud decemvirorum vocatum, *Decem viri Sacris faciundis*, vel *Sacrorum Decem viri*, duravitque ille per Decemviros Oracula Sibyllina inſpiciendimos, per ducentos octuaginta tres annos, uti obſervavit hoc Doctiſſ. Blondellus, uſque ad Capitolii incendium, quod incidit in annum 671. ab U. C. anno ſecundo Olympiadis CXLVII. & LXXXIII. ante natum Jeſum Chriſtum, Scipione & Norbano Coſſ. Hinc etiam apud Livium ſæpe Decemvirorum mentio: Dec. IV. lib. I. *ſicut proxime C. Claudio & M. Livio Coſſ. deportatus ſimilis prodigii fœtus erat, nihilominus Decemviros adire libros de portento eo juſſerunt. Decemviri ex libris res Divinas eaſdem, quæ proxime ſecundum id prodigium factæ eſſent, imperarunt: carmen præterea ab ter novenis Virginibus cani per urbem juſſerunt, Donumque Junoni Reginæ ferri. Ea, uti fierent, Cajus Aurelius Coſ. ex Decemvirorum reſponſo curavit:* & Dec. IV. lib. VI. p. 928. *Eorum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos ex S. C. Decemviri cum adiſſent, renuntiarunt jejunium inſtituendum Cereri eſſe & id quinto quoque anno ſervandum & ut Novendiale Sacrum fieret, & unum diem ſupplicatio eſſet coronati ſupplicarent:* & Coſſ. *P. Cornelius quibus Diis quibuſque hoſtiis edidiſſent Decemviri, ſacrificaret.* Ejuſdem Dec. lib. VII. p. 935. *Supplicatio quoque earum Religionum cauſſa fuit. Quibus Diis Decemviri ex libris ut fieret, ediderunt. Decem Ingenui, Decem Virgines, Patrimi omnes matrimique ad id Sacrificium adhibiti, & Decemviri nocte lactantibus rem Divinam fecerunt.* Ut &

lib. VIII. p. 996. *Priusquam in Provincias novi Magistratus, proficiscerentur, supplicatio in triduum pro collegio Decemvirorum imperata fuit, in omnibus compitis : quod inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerunt, & Novendiale Sacrificium indictum est, quod in Aventino lapidibus pluisset.* Sic etiam ejusdem Dec. lib. X. p. 1061. *His prodigiis cladibusque anxii Patres decreverunt, ut & Consules, quibus Diis videretur, hostiis majoribus sacrificarent, & Decemviri libros adirent. Eorum decreto, supplicatio circa omnia pulvinaria Romæ in diem unum indicta est.* Extat etiam insignis locus apud eundem Livium Dec. III. lib. II. *Consul de Religione patres consulit. Decretum, ut ea prodigia partim majoribus hostiis partim lactantibus procurarentur, & uti supplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cætera cum decemviri libros inspexissent, ut ita fierent quemadmodum cordi esse Divi carminibus præfarentur, in Decemvirorum monitu decretum est, Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret : Junoni Minervæque ex argento daretur : & Junoni Reginæ in Aventino, Junonique hospitæ Lanuvii majoribus hostiis sacrificaretur : Matronæque pecunia collata, quantum conferre cuique commodum esset, donum Junoni Reginæ in Aventinum ferrent, lectisterniumque fieret : qui & Libertinæ, & ipsæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus suis conferrent. Hæc ubi facta, Decemviri Ardeæ in foro majoribus hostiis sacrificarunt, postremo ex libris, Decembri jam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum (etenim lectum Senatores straverunt) & convivium publicum, ac per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum jussus.* Et Dec. III. lib. I. p. 427. *Ob cætera prodigia, libros adire Decemviri jussi.* Macrob. Saturnal. lib. I. cap. XVII. *bello Punico ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum sunt instituti, suadente Cornelio Rufo Decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est.* Decemviri autem hi, ex maxime Illustrium virorum numero eligebantur, hoc nos docente Dionysio Halicarnassæo lib. IV. qui ibidem etiam notat illorum privilegia, & inter alia quod & servos publicis sumptibus haberent. locus autem sic sonat : Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων ἡ πόλις ἀναλαβοῦσα τὴν τῶν χρησμῶν θεωρίαν, ἄνδρας τοὺς ἐπιφανεστάτους ἀποδείκνυσιν αὐτῶν φύλακας, οἳ μετὰ βίου ταύτην ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν, σταλεῖσῶν ἀφειμένοι καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν πόλιν λειτουργιῶν. Καὶ δημοσίᾳ αὐτοῖς τροφὰς δίδωσιν, ὧν χωρὶς οὐκ ἐπιτρέπεται ἐπισκέψεις

τ' χρησμῶν τοῖς ἀνδράσι ποιεῖσθ', ῥωμελόντι δ' εἰπεῖν, ὅδεν ὅτω Ρωμαῖοι, φυλάττουσιν ὅτε ὅσιον κλῆμα ὅτε ἱερὸν, ὡς τὰ Σιβύλλεια θεσπίσματα. Χρῶν) ὅ αὐτοῖς ὅταν ἡ βουλὴ ψηφίσῃ), στάσεως καταλαβούσης τὴν πόλιν, ἢ δυσχέρειας τινὸς μεγάλης, συμπεσούσης ἢ πόλεμον, ἢ τεράτων τινῶν ἢ φασμάτων μεγάλων, ἢ διοδρέτων αὐτοῖς φανέντων, οἷα πολλὰ συνέβη. ἔστι δὲ μένειναν οἱ χρησμοὶ μέχρι τοῦ Μαρσικοῦ κληθέντος πολέμου, κείμενοι ἐν γῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Καπιτωλίνου Διὸς, ἐν λιθίνῃ λάρνακι, ὑπ' ἀνδρῶν δέκα φυλαττόμενοι. *Expulsis autem Regibus, Civitas ſuſcepta Sibyllinorum cura, clariſſimos viros cuſtodes eorum creat: qui per totum vitæ tempus funguntur eo munere, liberi ab omnibus militaribus atque civilibus muniis: & publice illis addit,* alios *ſine quibus Sibyllinos libros ab illis inſpici non ſinit, & ut compendio dicam, nihil Romani, ſeu Religioſum ſeu Sacrum, tam diligenter cuſtodiunt quam Sibyllina Oracula. Utuntur autem eis ex S. C. ſi quando ſeditione turbetur ſtatus Reipub. aut in bello inſignis aliqua clades, accepta ſit. Aut prodigia & oſtenta, quæ difficili conjectura magnum aliquid portendant, apparuerint: qualia multa contigere. Hi libri manſerunt in columes uſque ad bellum Marſicum, in templo Jovis Capitolini ſub terra, in arca lapidea, aſſervati à Decemviris.* Hos Decemviros, à Civitate ipſa poſt ejectos Reges, fuiſſe creatos locus hic abunde teſtatur, ſervi autem hi quorum etiam heic mentio injicitur, illis fuere adjuncti, eo quod Cives memores perfidiæ Attilianæ, verebantur ne aliis deſcribenda aut legenda poſſent exhiberi, atque hinc diſſidia & tumultus inter Cives, novitatum amantes orirentur. Abſque his autem, nulli Decemvirorum Oracula vel conſulere vel inſpicere, licitum erat, etiamſi S.C. Autoritate muniti eſſent illa adire vel inſpicere. Decemviri autem hi partim ex plebe partim ex patribus eligebantur. Teſtatur enim Livius Dec. I. lib. 6. in fine *Sextium & Licinium tribunos, legem pertuliſſe de creandis* Decemviris *Sacrorum, quinque ex patribus & quinque ex plebe*, & eadem Decade lib. X. p. 355. *Decemviros ſacris faciundis, Carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes, Antiſtites eoſdem Apollinaris ſacri ceremoniarumque aliorum plebeios videmus: nec tum patriciis ulla injuria facta eſt, cum Duumviris Sacris faciundis adjectus eſt propter plebeios numerus.* Hi ad diſtinctionem aliorum Decemvirorum, *Decemviri Sacrorum vel Sacris faciundis vocabantur.* Duravit autem hic denarius numerus uſque ad bellum Marſicum & Sociale, hoc eſt, uſque ad tempora Syllana, quibus Capitolium conflagravit, ibique

cum libri Sibyllini una cum Capitolio incendio essent absumpti, etiam Decemvirorum Sacris faciundis officium cessavit, exspiravit. Horum Decemvirorum idem erat officium quod Duumvirorum antea: notandum autem intra annum 671. U. C. quo Capitolium conflagravit, & 675. quo L. Cornelius Sylla dictatoris munere se abdicavit, Quindecimviros Sacris faciundis fuisse delectos, ab ipso Sylla, ut plurimorum est opinio, quorum officium erat idem quod præcedentium, libros Sibyllinos sedulo custodire, & ex S. C. adire & quid facto opus esset, renuntiare. Si quis autem roget quomodo XV viri libros igne absumptos potuerunt inspicere ac consulere, notandum esse, respondemus, sic notante Lactantio nostro, Cap. VI. lib. I. de falsa Religione, ex Fenestella Scriptore diligentissimo, *restituto Capitolio retulisse ad Senatum C. Curionem Cos. ut legati Erythras mitterentur; qui Carmina Sibyllæ conquisita, Romam deportarent; itaque missos P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium: qui descriptos à privatis versus circa mille, Romam deportarunt.* Testatur idem Lactantius eodem Cap. *libros Sibyllinos à Tarquinio emptos Capitolio refecto, auctos, quod ex omnibus Civitatibus & Italicis & Græcis & præcipue Erythræis coacti, allatique sunt Romam, cujuscunque Sibyllæ nomine fuerunt.* Hinc etiam Dionysius Halicarnassæus lib. IV. testatur eandem referens Historiam, libros Sibyllinos post crematum Capitolium, undequaque fuisse conquisitos Romamque deportatos. Μετὰ ἢ τὴν τελίτην ἀπὸ τῆς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάσιν ἐμπεπτωκότι ἢ ναῷ, εἴτ' ἐξ ἐπιβουλῆς, ὡς οἴονταί τινες, εἴτ' ἀπὸ ταυτομάτου, σὺν τοῖς ἄλλοις ἀναθήμασι τοῦ θεοῦ καὶ αὐτοὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τοῦ πυρός. οἱ ἢ νῦν, ὄντες, ἐκ πολλῶν εἰσι σύμφοροι τῶν τόπων· οἱ μὲν ἐκ τῆς ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων κομισθέντες. οἱ ἢ ἐξ Ἐρυθρῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ, καὶ δόγμα βουλῆς ἀποσταλέντων πρεσβευτῶν ἀπὶ τὴν ἀντιγραφήν· οἱ ἢ, ἐξ ἄλλων πόλεων, καὶ παρ' ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγεγραμμένοι· ἐν οἷς δ' εἰσκομίζουσί τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις, ἐλέγχονται ἢ τῶν καλουμένων ἀκροστίχων· λέγω ἢ ἃ Τερέντιος Οὐάρρων ἱστόρηκεν ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ. hoc est, *post exactam vero tertiam supra centesimam & septuagesimam Olympiadem, cremato Capitolio, sive per insidias ut quidam putant, sive fortuito incendio, cum aliis donariis Jovis hi quoque absumpti sunt: nam qui nunc exstant* ex multis locis *comportati sunt, partim allati ex Italicis urbibus, partim ex Erythris Asiæ, ex S. C. legatis illuc ad transscribendum missis, partim ex aliis urbibus, & à privatis hominibus descripti: in quibus inveniuntur quædam*

dam ſuppoſititia, quæ deprehenduntur ex iis que Acbroſtichides vocantur diſcrimine. Sequor autem hic Terentii Varronis Auctoritatem, qui iſta prodidit in libris rerum Divinarum. Horum Quindecimvirorum apud antiquos Hiſtoricos crebra eſt mentio facta: ut & in monumentis antiquis: Tacitus Annal. lib. VI. p. 195. *relatum inde ad patres à Quinctiliano Tribuno plebi de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus Quindecimvir recipi inter cæteros ejuſdem Vatis, & ea de re Senatus Conſultum poſtulaverat.* Et lib. XI. p. 225. *is quoque ludos edidit ſeculares, iiſque intentius affui Sacerdotio quindecimvirali præditus, ac tum prætor. quod non jactantia refero, ſed quia collegis Quindecimvirum antiquitas ea cura, & Magiſtratus potiſſimum exſequebantur officia cæremoniarum.* Sueton. in Julio Cæſare cap. LXXIX. *proximo autem Senatu L. Cottam Quindecimvirum ſententiam dicturum: ut, quoniam fatalibus libris contineretur, Parthos, niſi à Rege, non poſſe vinci.* A. Gellius Noct. Attic. lib. I. cap. XIX. *libri tres in ſacrarium conditi Sibyllini appellati, ad eos quaſi ad Oraculum Quindecimviri adeunt quum Dii immortales publice conſulendi ſunt.* Gruterus in inſcriptionibus p. CCCVII.

DIS. MANIBVS
MVRRHINI. DOMITIANI
PVBLICI A COMMEN.
TARIIS. XV. VIR. S. F.
ARRVNTIÆ. DOLICHE
FECIT. CONJVGI CARIS
SIMO. ET LIBERTIS. LIBER
TABVSQ SVIS. POSTERISQ
EORVM.

Et ibidem

M. NONIO M. F.
FAB. ARRIO
PAVLINO AFRO CL.
XV. VIR. SAC. FAC.
CVLTORES
LARVM. EJVS

Lubet & heic adscribere Inscriptiones quas apud Onuphrium Panvinium repperi:

HERCVLI. INVICTO
M. CASSIVS
HORTENSIVS
PAVLINVS. PR. VRB
XV. VIR. SACRIS
FACIVNDIS
DONVM DEDIT.

Item:

AVRELIO. VICTORI
XV. VIR. SACR. FAC.
LEG. AVGG. PRO. PR
PROV. PAN. INF.
PATRON. R. P. H. V
D. D.

Ut &.

JVNIO. POSTVMIANO. V. C. P.P
DEI. SOLIS. INVICTI. MITHRÆ
XV. VIRO. S. F. PONTIFICI
DEI. SOLIS. ORDO. SACER
DOTVM. MAGISTRO. SVO
CVRANTE. ET. DEDICANTE
FLAVIO. HERCVLEO. VIRO
RELIGIOSISSIMO.

Item:

PHOSPHORII.
LVCIO. AVR. AVIANO. SYMMACHO. V. C.
PRÆFECTO. VRBI. CONSVLI. PRO. PRÆFECTIS
PRÆTORIO. IN. VRBE. ROMA. FINITIMISQVE
PROVINCIIS. PRÆFECTO. ANNONÆ. VR
BIS. ROMÆ. PONTIFICI. MAIORI. QVINDE

CEM-

CEMVIRO. S. F. MVLTIS LEGATIONIBVS
PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESIDERIIS
APVD. DIVOS. PRINCIPES. FVNCTO. QVI
PRIMVS. IN. SENATV. SENTENTIAM ROGA
RI SOLITVS. AVCTORITATE. PRVDENTIA. ATQVE
ELOQVENTIA. PRO. DIGNITATE. TANTI. ORDI
NIS. MAGNITVDINEM. LOCI. EJVS. IMPLEVE
RIT. AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM
A. DOMINIS. AVGVSTISQ. NOSTRIS. SENATVS
AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQVENTIBVS. IN
PETRABIT. IDEM. TRIVMPHATORES. PRINCIPES
NOSTRI. CONSTITVI. ADPOSITA. ORATIONE. JVS
SERVNT. QVÆ. MERITORVM. EJVS. ORDINEM
AC. SERIEM. CONTINERET. QVORVM. PERENNE
JVDICIVM. TANTO MVNERI. HOC. QVOQVE. AD
DIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PARI. SPLEN
DORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM
CONLOCARET.

In Siniſtro Baſis latere:

DEDICATA. III. KAL. MAIAS
DN. GATIANO. IIII. ET. MERAVDE. COS.

Hi autem *quindecimviri* à *Sylla* inſtituti, aliquandiu poſtea à collegis ipſis pro arbitrio *cooptabantur*, Livio hoc docente, quando in defunctorum Sacerdotum locum alios ſuffectos narrat. Ex quam plurimis locis quos heic in medium proferre poſſemus, unum hunc tantum, nunc nos notabimus. Decad. XIV. lib. X. p. m. 1074. *exitu anni & C. Servilius Geminus Pon. Max. deceſſit. idem Decemvir ſacrorum fuit, Pontifex in locum ejus à collegio cooptatus eſt Q. Fulvius Flaccus.* Plura loca paſſim occurrunt apud Livium. Dicit autem Onuphrius Panvinius, & poſt illum Eraſmus Schmidius, poſt aliquot annos, Lege Domitia, populi ſuffragiis XV viros librorum Sibyllinorum cuſtodes fuiſſe electos, putatque hoc conſtare ex Cœlii ad Ciceronem epiſtola 4. lib. 8. epiſt. ad Familiares, ubi Cœlium ſcribentem introducit, P. Dolabellam plebiſcito XV virum factum, verum in epiſto-

epiſtola illa nihil tale quid apparet, uti cuivis illam legénti patebit. Quindenarius autem hic numerus tandem etiam auctus fuit: poſtea enim XL. viris officium librorum Sibyllinorum cuſtodiendorum fut demandatum: hoc docente Servio in VI Æneid. Verum ſemper illis Quindecimvirorum manſit nomen idemque ſemper fuit illorum officium: etiam ſub Imperatorum Chriſtianorum Dominio uſque ad Honorii & Theodoſii Junioris, Imperatorum tempora, quibus Stilico Imperatoris Honorii ſocer, quum ab eo defectionem moliretur, Imperiumque in Eucharium filium ſuum transferre adniteretur, verſus omnes Sibyllinos cremavit, uti teſtatur Rutilius Claudius Numantianus, Itinerarii lib. II.

Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremavit Opis.

Vel ut etiam alibi legitur:

Ne tantum patriis ſæviret proditor armis,
Sancta Sibyllinæ fata cremavit Opis.

Hanc fatorum Sibyllinorum exuſtionem Stiliconi Rutilius Claudius exprobrat, ſed Honorii mandato illud factum fuiſſe conſtat: illa de re autem accuſare non auſus fuit, Rutilius Claudius, Imperatorem: ideoque culpam illam in Stiliconem transfert. Honorius autem in vindictam quorundam nebulonum malevolorum & Chriſtanæ Religionis hoſtium, qui, teſte Auguſtino in de C. D. lib. XVIII. cap. LIII. *quum viderent, nec tot tantisque perſecutionibus eam* (Religionem Chriſtianam intelligit) *potuiſſe conſumi, ſed his potius mira ſumpſiſſe incrementa, excogitaverunt neſcio quos verſus Græcos tanquam conſulenti cuidam Divino Oraculo effuſo, ubi Chriſtum quidem ab hujus tanquam ſacrilegii crimine faciunt innocentem: Petrum autem maleficia feciſſe ſubjungunt, ut coleretur Chriſti nomen per* 365 *annos: deinde completo memorato numero annorum, ſine mora ſumeret finem.* In vindictam, inquam, illorum hominum qui nova Oracula commenti erant, vel ex Sibyllinis hauſiſſe profitebantur, quidquid erat Oraculorum Sibyllinorum *comburi* juſſit, præſertim etiam hac de cauſa quod audacter effrænati homines Sacræ Imperatoris Religioni ogganirent, & intra 365 annorum ſpatium illam

illam esse perituram ausi fuissent pronuntiare : quod incideret vel potius finiret in annum consulatus sui cum Eutychiano quartum, anno D. N. J. C. 398. hinc anno sequenti, hoc est, anno 399. *Consule Manlio Theodoro quando jam secundum illud Oraculum denorum aut figmentum hominum, nulla esse debuit Religio Christiana*, verba sunt Divi Augustini in de C. D. lib. XVIII. cap. LIV. *quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, non fuit necesse perquirere : interim quod scimus, in Civitate notissima, & eminentissima Carthagine Aphricæ Claudentius & Jovius Comites Imperatoris Honorii, quartodecimo Kalendas Aprilis, falsorum Deorum Templa everterunt, & simulachra fregerunt.* Hinc autem factum ut cum combustione Oraculorum Sibyllinorum etiam interierit officium XV virorum. Hisce sic præmissis, videamus nunc quibus occasionibus adirentur vel inspicerentur, & à quibus, certe nunquam nisi ex S. C. adibantur nec, nisi in gravissimo rerum discrimine à custodibus consulebantur : quod haud parvo honori cessit Sibyllis, ex illis enim malis medendis se certissima remedia inventuros confidebant, & tanquam ad unicum & ultimum remedium confugiebant. Manifeste hoc patebit historias profanas consulentibus, & ut nonnulla impræsentiarum exempla rei elucidandæ proferamus, audiamus quid nobis dicat Dionysius Halicarnassæus lib. IV. χρῶνται δ' αὐτοῖς ὅταν ἡ βουλὴ ψηφίσηται, σάσεως καταλαβούσης τὴν πόλιν, ἢ δυσχέρειας τινὸς μεγάλης συμπεσούσης πρὸς πόλεμον, ἢ τεράτων τινῶν, καὶ φαντασμάτων μεγάλων καὶ δισσῶν αὐτοῖς φανέντων, οἷα πολλὰ συμβέβηκε. *Utuntur autem eis ex Senatusconsulto, si quando seditionibus turbetur status reipublicæ, aut in bello insignis aliqua clades accepta sit, aut prodigia & ostenta, quæ conjectura magnum aliquid portendant, apparuerint : qualia multa contigerunt.* Varro de re rustica lib. I. Cap. I. *ad cujus* (Sibyllæ) *libros tot annis post publice solemus redire, cum desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento.* Eo ordine quo Dionysius Halicarnassæus loco jam laudato recenset occasiones consulendi Sibyllina Oracula, testimonia super unaquaque etiam proferemus. Primo, dicit consultos libros sacros, siquando turbaretur status Reipublicæ seditionibus : testatur hoc Dionysius Halic. lib. X. antiqu. Πολλὰ δὴ Οὐαλερίαι πολιτικὰ, καὶ Γαΐου Κλαυδίου Σαβίνου τοῦ Ὑπατικοῦ ἐξουσίαν πολυπλασίονα κινδύνου, ὅσου ἔπω τοῦ Ῥώμῃ κατέσχεν ἐξ ἀλλοεθνοῦς πολέμου· ὃν παρήγαγεν ἡ πολιτικὴ στάσις ἐντὸς τείχους, ὡς οἵ τε Σιβύλλειοι χρησμοὶ πρέλεγον, καὶ τὰ ἐκ τοῦ Δαιμονίου φανέντα

φανέντα προεθέσπισεν πυρελθόντι ἐνιαυτῷ. *Ubi vero Publius Valerius poplicola, C. Claudius Sabinis consules magistratum inierunt, periculum quale nunquam ante, ab externis gentibus in urbem incubuit, per intestinas seditiones intra mœnia adscitum, ut & Sibyllini libri præmonebant & signa Divinitus edita superiori anno portenderant.* Flavius Vopiscus in Aureliano cap. XVIII. *in illo autem timore, quo Marcomanni vastabant, ingentes Romæ seditiones motæ sunt, paventibus cunctis, ne eadem quæ sub Gallieno fuerant, provenirent. Quare etiam libri Sibyllini noti beneficiis publicis inspecti sunt, inventumque ut in certis locis Sacrificia fierent quæ barbari transire non possent. Facta denique sunt ea quæ præcepta fuerunt in diverso ceremoniarum genere: atque ita barbari restiterunt, quos omnes Aurelianus carptim vagantes occidit. Libet ipsius Senatusconsulti formam, quo libros inspici clarissimi ordinis jussit autoritas. Die tertio idus Jan. Fulvius Sabinus prætor urbanus dixit: referimus ad vos P. C. Pontificum suggestionem & Aureliani Principis litteras, quibus jubetur ut inspiciantur fatales libri quibus spes belli terminandi sacrato Deorum Imperio continetur. Scitis enim ipsi, quotiescunque gravior aliquis extitit motus, eos semper inspectos: neque prius mala publica esse finita, quam ex iis sacrificiorum processit autoritas.* Tunc surrexit primæ sententiæ Ulpius Syllanus, atque ita locutus est: *Sero nimis P. C. de reip. salute consulimus, sero ad fatalia jussa respicimus, more languentium qui ad summos medicos nisi in summa desperatione non mittunt: perinde quasi peritioribus major faciendæ sit cura, quum omnibus morbis occurri sit melius. Meministis enim P. C. me in hoc ordine sæpe dixisse, jam tum quum primum nuntiatum est Marcomannos erupisse, consulenda Sibyllæ decreta, utendum Apollinis beneficiis, inserviendum Deorum Immortalium præceptis, recusasse vero quosdam, & cum ingenti calumnia recusasse, quum adulando dicerent, tantam principis esse virtutem, ut opus non sit Deos consuli, proinde quasi & ipse vir magnus non Deos colat, non de Diis immortalibus speret. quid plura? audivimus literas quibus rogavit Deorum opem, quæ nunquam cuiquam turpis est, ut vir fortissimus adjuvetur. Agite igitur pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua vestitu animisque sacris commodi, templum adscendite, subsellia laureata constituite, veteranis* (ego legerem Velatis) *manibus libros evolvite, fata reip. quæ sunt æterna perquirite, patrimis matrimisque pueris carmen indicite, nos sumptum sacris, nos apparatum sacrificiis, nos agris ambarvalia indicemus.* Post hæc interrogati, plerique Senatores sententias dixerunt, quas longum

esset

eſſet innectere Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententias euntibus, plerisque verbo conſentientibus, conditum eſt S.C. itum deinde ad templum, inſpecti libri, proditi verſus, luſtrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promiſſa: atque ita ſolemnitas, quæ jubebatur expleta eſt. Eſt epiſtola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipſam quoque indidi ad rerum fidem. *Miror vos patres ſancti tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & caſtimonia pontificum, ceremoniisque ſolemnibus juvate principem neceſſitate publica laborantem. inſpiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur quemlibet ſumptum, cujuslibet gentis captivos, quælibet animalia regia non ab uno, ſed libens offero: neque enim indecorum eſt Diis juvantibus vincere: ſic apud majores noſtros finita ſunt bella, ſic cœpta. Si quid eſt ſumptuum, datis ad præfectum ærarii litteris decerni juſſi, eſt præterea veſtræ auctoritatis arca publica, quam magis refertam eſſe reperio quam cupio.* Refert porro Dionyſius Halic. conſultos fuiſſe libros Sibyllinos ſi quando in bello inſignis aliqua clades accepta ſit. docet & hoc Livius Dec. III. lib. II. p. 436. *Q. Fabius Maximus dictator, quo die magiſtratum iniit, vocato Senatu, ab Diis orſus, cum edocuiſſet, patres plus negligentia ceremoniarum, auſpiciorumque, quam temeritate atque inſcitia peccatum à C. Flaminio Coſ. eſſe: quæque piacula iræ Deum eſſent, ipſos Deos conſulendos eſſe: pervicit ut (quod non ferme decernitur, niſi cum tetra prodigia nuntiata ſunt) decemviri libros Sibyllinos adire juberentur: qui inſpectis fatalibus libris retulerunt patribus, quod ejus belli cauſa Marti votum foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum eſſet & Jovi ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendas eſſe & ſupplicationem lectiſterniumque habendum, & ver Sacrum vovendum.* Etiam belli tempore inſpectos libros Sibyllinos legimus apud quam plurimos Scriptores; Ammianus Marcellinus lib. XXIII. *iisdem diebus nuntiatum eſt per litteras, Romæ ſuper bello libros Sibyllæ conſultos, ut juſſerat, Imperatorem eo anno diſcedere à limitibus ſuis aperto prohibuiſſe reſponſo.* item libro XXII. *A quo oppido* (Peſſinunte) *bello Punico ſecundo, carmine Cumano monente, per Scipionem Naſicam ſimulacrum tranſlatum eſt Romam.* Livius Dec. III. p. 709. *Civitatem eo tempore repente religio invaſerat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cælo lapidatum inſpectis.* Illo tempore Romani partim

ab Hannibale, partim à Philippo Macedone non illo Alexandri, ſed Demetrii patre, infeſtabantur, Sacerdotes ex libris Sibyllinis reſponderunt, pelli ab Italia poſſe hoſtem alienigenam, ſi Mater Idæa Romam deportaretur ſequente anno, poſt matrem Idæam Romam deportatam pax inita cum Philippo, Hannibal vero victus diſceſſit. Etiam prodigiorum & oſtentorum occaſione conſultos libros Sibyllinos legimus ſic notante Dionyſio Halic. loco ſupra laudato. Cicero in Verrina ultima: *Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili Reipublicæ tempore, cum Tib. Graccho occiſo magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur. P. Mucico L. Calpurnio Coſſ. Aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inventum eſt, Cererem Antiquiſſimam placari oportere.* Livius lib. I. Decad. III. *Ob cætera prodigia libros adire Decemviri juſſi*, &c. *hæc procurata votaque ex libris Sibyllinis magna ex parte levaverunt animum Religione.* ibidem. p. 427. *in fine. Romæ autem & circa urbem multa ea hyeme prodigia facta: aut (quod evenire ſolet motis ſemel in Religionem animis) multa nuntiata, & multa temere credita ſunt. In queis ingenuum infantem ſemeſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe: & foro boario bovem in tertiam contignationem ſua ſponte ſcandiſſe, atque inde tumultu habitatorum territum ſeſe dejeciſſe, & navium ſpeciem de cœlo effulſiſſe: & ædem Spei, quæ in foro olitorio eſt, fulmine ictam: & Lavirii haſtam ſe commoviſſe: & corvum in ædem Junonis devolaſſe, atque in ipſo pulvinario conſediſſe: & in agro Amiternio multis locis hominum ſpecies procul candida veſte viſas, nec tamen illis congreſſos: & in Piceno lapidibus pluiſſe, & Cære ſortes extenuatas: & in Gallia lupum vigili gladium è vagina raptum abſtuliſſe. Ob cætera prodigia libros adire juſſi. Quod autem lapidibus pluiſſet in Piceno, novendiale Sacrum edictum, & ſubinde aliis procurandis prope civitas operata fuit: jam primum omnium urbs luſtrata eſt: hoſtiæque majores quibus edictam eſt Diis cæſæ, & donum auri pondo XL. Lavinium portatum eſt: & ſignum æneum matronæ Junoni in Aventino ædificaverunt, & lectiſternium Cære, ubi ſortes extenuatæ erant, imperatum, & ſupplicatio Fortunæ in Algido*, &c. Et lib. II. Decad. III. *Decretum, ut ea prodigia partim majoribus hoſtiis, partim lactantibus procurarentur: & uti ſupplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cætera cum decemviri libros inſpexiſſent, ut ita fierent, quemadmodum cordi eſſe divi carminibus præfarentur.* Ibidem. *Q. Fabius Maximus dictator, quo die magiſtratum iniit, vocato Senatu, ab Diis orſus, cum edocuiſſet*

pa-

patres, plus negligentia ceremoniarum auſpiciorumque, quam temeritate atque inſcitia, peccatum à C. Flaminio Coſ eſſe: quæque piacula iræ Deum eſſent, ipſos Deos conſulendos eſſe: pervicit ut (quod non ferme decernitur, niſi cum tetra prodigia nunciata ſunt) decemviri libros Sibyllinos adire juberentur, qui inſpectis fatalibus libris, retulerunt patribus, quod ejus belli cauſa votum fieret Marti, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum eſſe, & Jovi Ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendos eſſe, & ſupplicationem lectiſterniumque habendum, & verſacrum vovendum: ſi bellatum proſpere eſſet, reſque publica in eodem quo ante bellum fuiſſet, ſtatu permanſiſſet. Et paulo poſt ibidem. *Cæterum priusquam ſigna ab urbe novæ legiones moverent, decemviri libros adire atque inſpicere juſſi, propter territos vulgo homines novis prodigiis.* eodem libro *Territi ſuper tantas clades cum cæteris prodigiis, tunc quod duæ Veſtales eo anno, Opimia atque Floronia, ſtupri compertæ: & altera ſub terram, ut mos eſt, ad portam Collinam necata fuerat, altera ſibimet ipſa mortem conſciverat, L. Cantilius ſcriba pontificum, quos nunc Minores Pontifices appellant, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, à Pontifice Maximo, eouſque virgis in comitio cæſus erat, ut inter verbera exſpiraret. Hoc nefas, cum inter tot, ut fit, clades in prodigium verſum eſſet, Decemviri libros adire juſſi ſunt. & Q. Fabius Delphos ad Oraculum miſſus eſt ſciſcitatum, quibus precibus ſupplicationibusque Deos poſſent placare: & quisnam futurus finis factis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro boario, ſub terra vivi demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum, ibi ante hoſtiis humanis minime Romano ſacro imbutum.* Et Decad. IV. lib. V. p. 880. *Horum prodigiorum cauſſa decemviri libros adire juſſi, & novendiale Sacrum factum, & ſupplicatio indicta eſt, atque urbs luſtrata.* Et lib. VI. p 938. *Eorum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos ex S. C. Decemviri cum adiſſent, renuntiarunt Jejunium inſtituendum eſſe Cereri, & id quinto quoque anno ſervandum, & novendiale Sacrum fieret, & unum diem ſupplicatio eſſet coronati ſupplicarent: & Coſ. P. Cornelius quibus Diis quibusque hoſtiis edidiſſent Decemviri, ſacrificaret.* Et libro X. ejusdem Decad. p. 1061. *his prodigiis cladibuſque anxii Patres decreverunt, ut, & conſules, quibus Diis videretur hoſtiis majoribus ſacrificarent, & Decemviri libros adirent, eorum decreto ſupplicatio circa omnia pulvinaria Romæ in diem unum indicta eſt. iisdem Auctoribus & Senatus cenſuit, & conſules edixerunt ut per totam*

Italiam triduum ſupplicatio & feriæ eſſent. Item. Ibidem p. 1077. *Ob ea, (prodigia) Decemviri juſſi adire libros, ediderunt quibus Diis, & quot hoſtiis ſacrificaretur, & ab fulminibus complura loca deformata, ad ædem Jovis ut ſupplicatio diem unum eſſet.* Videatur & idem Livius Decad. V. lib. II. in principio. p. 1104. *cum bellum Macedonicum in exſpectatione eſſet, priusquam id ſuſciperetur, prodigia expiari, pacemque Deum peti precationibus quæ editæ ex fatalibus libris eſſent, placuit. Lanuvii claſſis magnæ ſpecies in cælo viſæ dicebantur, & Priverni lana pulla terra enata, & in Veienti apud Rementem lapidatum: Pomptinum omne velut nubibus locuſtarum coopertum eſſe: in Gallico agro, qua induceretur aratrum ſub exſiſtentibus glebis piſces emerſiſſe. Ob hæc prodigia libri fatales inſpecti, editumque ab Decemviris eſt, & quibus Diis, quibusque hoſtiis ſacrificaretur, & ut ſupplicatio expiandis prodigiis fieret.* & p. 1113. *ea res prodigii loco habita, ad Senatum relata eſt. Patres ad Aruſpices referre, & XV viros adire libros juſſerunt: X viri luſtrandum oppidum, ſupplicationem obſecrationemque habendam, victimis majoribus ſacrificandum, & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Minervæ promontorium renuntiarunt: ludos per decem dies Jovi O. M. primo quoque die faciendos.* Et ejuſdem Decadis libro III. *publicorum prodigiorum cauſſa, libri à Decemviris adiri XL majoribus hoſtiis, quibus Diis Coſſ. ſacrificarent, & addiderunt uti ſupplicatio fieret, cunctique magiſtratus circa omnia pulvinaria victimis majoribus ſacrificarent, populusque coronatus eſſet.* Narrant etiam Hiſtorici peſtis tempore inſpectos conſultosque fuiſſe libros Sibyllinos. abunde Livius hoc teſtatur: vide ſis Decad. I. lib. V. *triſtem hyemem ſive ex intemperie Cæli raptim mutatione in contrarium facta, ſive alia qua de cauſſa gravis, peſtilensque omnibus animalibus æſtas excepit. Cujus inſanabili pernicie quando nec cauſſa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex Senatusconſulto aditi ſunt. Duumviri ſacris faciundis, lectiſternio tunc primum in Urbe Romana facto, per dies octo Apollinem Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus quam ampliſſime tum apparari poterat, ſtratis lectis placavere.* & eadem: Dec. lib. VII. p. m. 266. *peſtilentia Civitatem adorta, coëgit Senatum imperare Decemviris, ut libros Sibyllinos inſpicerent: eorumque monitu lectiſternium fuit.* Et libro X. in fine. *Multis rebus lætus annus vix ad ſolatium unius mali, peſtilentiæ urentis ſimul urbem atque agros, ſuffecit. Portentoque jam ſimilis clades erat. Et libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur, inven-*

tum

tum in libris: Æſculapium ab Epidauro Romam accerſendum. & Dec. V. lib. I. p. 1097. *Cum peſtilentiæ finis non fieret, Senatus decrevit, uti Decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum diem unum ſupplicatio fuit.* Hinc etiam ad Valetudinem recuperandam aditi conſultique fuere libri Sibyllini, teſte eodem Livio Decad. IV. lib. X. p. 1072. C. *Servilius Pontifex Maximus piacula iræ Deum conquirere juſſus: Decemviri libros inſpicere conſul Apollini, Æſculapio, Saluti dona vovere & dare ſigna inaurata, quæ vovit deditque. Decemviri ſupplicationem in biduum Valetudinis cauſa in urbe, & per omnia fora, conciliabulaque edixerunt.* Valerius Maximus lib. I. Cap. VIII. *triennio continuo vexata peſtilentia Civitas noſtra, cum finem tanti & tam diuturni mali, neque Divina miſericordia, neque humano auxilio, imponi videret, cum Sacerdotum, inſpectis Sibyllinis libris, animadvertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro Æſculapius eſſet accerſitus.* Etiam, terræ motus occaſione, inſpectos libros Sibyllinos legimus apud Julium Capitolinum in Gordiano tertio p. m. 118. *fuit terræ motus eo uſque gravis Imperante Gordiano, ut Civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ, ſacrificia per totam urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata ſunt.* Et Cordus quidem dicit, *inſpectis libris Sibyllinis, celebratisque omnibus quæ illic juſſa videbantur, mundanum malum eſſe ſedatum.* Etiam cum monſtra monſtroſique partus gignerentur, moris fuiſſe, libros Sibyllinos conſulere, & inſpicere legimus apud Plutarchum in Poplicola: Τῷ ἢ ἐξῆς ἔτει πόλιν, ὑπάτευε Ποπλικόλας τὸ τέταρτον· ἐν ᾗ ὑποψία, Σαβίνων καὶ Λατίνων συνισαμένων, καί τις ἅμα δεισιδαιμονία τὴν πόλεως ἔσχε· πᾶσαι γὰρ αἱ κυοῦσαι τότε γυναῖκες ἐξέβαλλον ἀνέπηρα, καὶ τέλος ἀδημία γένεσις ἔσχεν. ὅθεν καὶ τὴν Σιβυλλείων ὁ Ποπλικόλας ἐπανόρθωσε τῷ ἄδῃ, καὶ τινας ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀνελάβετο καὶ τὴν ἐλπίσι πρὸς τὸ θεῖον ἱδρύσας τὴν πόλιν ἤδη τοῖς ἀπ' ἀνθρώπων φοβεροῖς προσεῖχε. *Proximo anno Poplicola quartum conſul factus eſt: quia Sabini & Latini conſpiraverant, erat belli ſuſpicio. Religionem inſuper Civitati attulerat, quod omnes mulieres, quæ tunc prægnantes erant, partus imperfectos ejicerent, neque eſſet ſuo tempore nullus editus. Itaque Poplicola, ex libris Sibyllinis, placatis Diis inferis, ludisque ex Oraculo Apollinis inſtauratis, & fiducia Divini numinis erecta Civitate, jam ad hominum ſe convertit minas.* Sic etiam obtinuit mos, ut cum magno in periculo Reipublicæ ſtatus verſaretur, libri Sibyllini inſpicerentur, teſte Dionyſio

sio Halicarnassæo lib. IV. Antiquitat: Ναὸν καταπελθὰς ἐξεμίσθωσε ὁ Ποστόμιος Δήμητρι καὶ Διονύσῳ, καὶ Κόρῃ, κατ' εὐχήν. ἐπανίσωσι γὰρ αἱ τροφαὶ ἐκ πολέμου καταρχὰς καὶ πολλὴ αὐτοῖς παρέκρουσε φόβος ὡς ἐπιλείψουσι, τῆς τε γῆς ἀκάρπου γενομένης καὶ τῆς ἔξωθεν ἀγορᾶς ἔτι πολεμουμένης ἀφ' ἑτέρου πολέμου, ἀφ' ἑτέρου δὲ ἀναπέφανθαι τὰ Σιβύλλεια τὰς φύλακας αὐτῶν κελεύσας, ὡς ἔμαθεν ὅτι τούτοις ἐξιλάσασθαι, τοὺς θεοὺς οἱ χρησμοὶ κελεύουσιν, εὐχὰς ἐποιήσατο, μέλλων ἐξάγειν τὸ στρατὸν, ἐὰν διατηρῇ καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τῆς ἰδίας ἀρχῆς, οἷα πρότερον ἦν, ναοίς τε αὐτοῖς καθιδρύσεσθαι, καὶ θυσίας καθαγίσεσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. *Ædem Cereri, Libero, & Liberæ faciendam Postumius locavit ex voto. Nam initio belli laboratum est victus inopia, & magnus erat metus ne in totum deficeret, terra fructus negante, & bello ne commeatus aliunde subveheretur vetante. In quo metu cum libros Sibyllinos à suis custodibus inspici jussisset, & ex Oraculorum monitis cognovisset placanda esse hæc numina, votum fecit priusquam exercitum educeret, si Imperii sui tempore benigna urbi esset annona, ut antea, templa se illis constructurum & instituturum in singulos annos sacrificia.* Item apud eundem, lib. X. Πολίου δὲ Οὐαλερίου Πολιτόλα, καὶ Γαΐου Κλαυδίου Σαβίνου τοῦ ὑπάτικοῦ ἐξουσίαν παραλαβόντων, κίνδυνος ὅσος ἄπω τοῦ Ῥώμης κατέσχεν ἐξ ἀλλοεθνοῦς πολέμου· ὃν παρήγγελλε ἡ πυθικὴ φάσις ἐντὸς τείχους, ὡς οἵ τε, Σιβύλλειοι χρησμοὶ προὔλεγον, καὶ τὰ ἐκ δαιμονίου φανέντα προεθέσπισεν τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ. *Ubi vero Publius Valerius Poplicola, Cajus Claudius Sabinus Conss. magistratum inierunt, periculum quale nunquam ante, ab externis gentibus in Romam incubuit, per intestinas seditiones intra mœnia adscitum, ut & Sibyllini libri præmonebant, & signa divinitus edita superiori anno portenderant.* testatur etiam hæc Livius Decad. I. lib. III. *Libri per Duumviros sacrorum aditi, pericula à conventu alienigenarum prædicta, ne qui in loca summa urbis impetus cædesque inde fierent inter cætera monitum, ut seditionibus abstineretur.* Exhis omnibus cuique constare putamus maximo in honore fuisse habitas Sibyllas, utpote ad quarum Oracula confugerent Pagani inveniendis remediis adversus quævis Reipublicæ mala. Nunc etiam explicasse nos existimamus, à quibus & quibus occasionibus inspecta & consulta illa fuerint Oracula. Verum antequam hujus materiæ finem faciamus, notandum est Doctiss. Casaubonum in notis ad Flavium Vopiscum asserere Sibyllinos libros non ab omnibus Pontificibus XV viris, sed ab illis tantum qui ætate & meritis cæteris præstarent, fuisse

lectos

lectos & inspectos. Sed cum bona tanti viri venia, dicendum putamus rem ita sese non habere, nec illud idoneo aliquo testimonio probari posse, à quibusdam tantum, dignioribus nempe, consultos libros, nulli, ne ipsis quidem Decemviris aut XV viris sacrorum, licebat adire, ac inspicere fatales libros absque speciali Senatus mandato. Hinc toties apud Livium aliosque, Senatus consulto Decemviri libros Sibyllinos adire, inspicere, consulere, jussi sunt: verum nusquam apparet, Veteranos & digniores inter Decemviros ad id delectos, sed promiscue toti XV virorum collégio illud inspiciendi libros, munus injunctum fuisse existimamus. Nec obstat Flavii Vopisci locus, *Veteranis manibus libros evolvite:* locum enim supra emendavimus, atque illum esse corruptum, etiam alii viderunt ante Doctiss. Salmasium. Notat enim magnus Casaubonus acutissimum Josephum Scaligerum emendasse hoc modo: *Veteris anus Cumanæ libros evolvite.* Verum magis arridet Nobiliss. Salmasii pro *veteranis*, *Venatis*, *& Venatis*, *pro Velatis*, legentis, correctio. Ad Honores Sibyllis delatos nonnulli referunt quod D. Paulus, Apostolus Jesu Christi, commendarit suis auditoribus scripta Sibyllina, eosque ad lectionem illorum Oraculorum sit hortatus: certe libentissime fateor ad Sibyllarum honorem haud parum facere quod Apostolum θεόπνευστον habuerit commendatorem, si modo verum esset quod narratur, putem ego esse purum putum figmentum ab hominibus ad libitum inventum, nullisque idoneis testimoniis hoc probari posse certus affirmo ac pronuntio. Scio equidem nonnullos recurrere ad libros Apocryphos, & D. Paulum multa dixisse quæ scriptis non consignarit, affirmare, inter quos numerandi Baronius, Sixtus Senensis in Biblioth. Possevinus in apparatu, &, quod valde miror, Doctiss. Isaacus Vossius in tractatu de Sibyllis anno 1680. edito. ut & Jesuita J. Crassetus in dissertatione de Sibyllis contra Doctiss. Blondellum, dictatorie affirmans absque ulla probatione, Divum Paulum Sibyllas auditoribus suis commendasse & in concionibus allegasse. Videamus autem quibus nitantur rationibus, hanc qui fovent opinionem: primum citant testimonium Clementis Alexandrini, qui libro VI. Stromat. p. m. 458. & 459. inquit, δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρῳ κηρύγματι, ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος. Λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους, ἀπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι καὶ τὴν ὑποσπλω λαβόντες, ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον

τ ὑιον ℔ θεȣ̃, ϗ καθὼς παρὰ τάξιν ποιήσȣσι τῷ Χριςῷ παῖδοι βασιλεῖς, μισȣ̃ντες αὐτὸν ϗ τȣ̀ς φορȣ̃ντας τὸ ὄνομα αὐτȣ́, ϗ τȣ̀ς πιςȣ̀ς αὐτȣ́, ϗ τλὼ ὑπομονλὼ ϗ τὴν παρȣσίαν αὐτȣ́. *Præter Petri prædicationem declarabit Apoſtolus Paulus, dicens libros quoque Græcos ſumite, agnoſcite Sibyllam quomodo unum Deum ſignificet, & ea quæ ſunt futura: & Hyſtaſpem ſumentes legite, & invenietis Dei filium multo clarius & apertius eſſe ſcriptum, & quemadmodum adverſus Chriſtum multi Reges inſtruent aciem, qui eum habent odio, & eos qui nomen ejus geſtant, & ejus fideles, & ejus tolerantiam & adventum.* Sed bona cum venia Doctorum illorum virorum, putamus Paulum tale quid, nunquam nec docuiſſe nec dixiſſe, imo ne quidem potuiſſe tale perhiberi de D. Paulo teſtimonium. Maxima Deo ejusque Oraculis fit injuria, quando proſtibuli & ſcorti infamis ſcriptis, Divina Oracula æquiparantur, quis non indignetur hypochondriacas imo diabolicas Prophetiſſas Sanctis Dei Prophetis aſſimilari? quis æquo ferat animo, futiles quisquilias & ineptias Sacro-Sanctis Divini numinis effatis præferri, & in illis Dæmoniacis prædictionibus clariores reperiri Prophetias de communi noſtro Redemptore, quam apud Dei ipſius Vates Divinitus inſpiratos? traducendi potius illi ſunt qui, absque ullo veritatis debito examine, B. Paulo affingunt talia quæ nunquam nec dixit nec ſomniavit, quam quod traducendos exiſtimenus illos, qui Patrum credulitatem taxant, *quaſi incredulitatem ex inſcitia ortam prudentiæ & judicii loco obtrudere conentur*: ipſi potius talia aſſeverantes, traducendi, & pro, in Deum ejuſque ſervos θεοπνεύςȣς injuriis habendi, quod Divinis pagana anteponenda velint. Nemo certe Deum vere timens hoc aſſerere audebit. Rationes noſtras, cum Clariſſimo Blondello communes, velim expendant: an Sancto Dei Martyri in mentem venire potuerit, talia auditores ſuos docere, quibus ſibi ipſi contradicat non ſolum, verum etiam toti Sanctorum Prophetarum choro Divinitus inſpiratorum: idque eo fine ut libidinum carnalium victimis autoritatem conciliet, dixit olim Pſalmiſta Vates David, Pſ. LXXVI. vers II. נוֹדַע בִּיהוּדָה אֱלֹהִים, &c. *notus eſt in Jehuda Deus*, &c. & Pſ. CXLVII. vers XIX. & XX. מַגִּיד דְּבָרָו לְיַעֲקֹב חֻקָּיו וּמִשְׁפָּטָיו לְיִשְׂרָאֵל: לֹא עָשָׂה כֵן לְכָל־גּוֹי וּמִשְׁפָּטִים בַּל יְדָעוּם *indicat verba ſua Jahakobo, ſtatuta ſua & Jura ſua Iſraëli, non fecit ita ulli genti; ideoque Jura illa non noverunt.* Quid Sancti Davidis his verbis fiet, ſi Clementis teſtimonio fides ſit habenda? dicit Prophe-

ta

ta Dei populo Oracula Divina manifestata, aliis autem Gentibus non ita factum, imo illas Dei Jura non noviſſe, his aperte contradicit Clemens, affirmans non ſolum Dei populo manifeſtatum fuiſſe unum Deum Deique filium, verum etiam clarius & apertius in Sibyllarum & Hyſtaſpis libris revelari, ideoque paganis magis, quam Jahakobo nota fuiſſe hæc myſteria: quomodo autem hæc quadrabunt cum ipſius Divi Pauli aſſertionibus, Actorum Apoſtolicorum Cap. XIV. vers. XVI. ὃς ἐν τῇ παρωχημένῃ γενεᾷ εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, *qui præteritis ætatibus ſivit omnes gentes ſuis ipſarum viis incedere.* Et ibidem Cap. XVII. vers. XXX. ubi tempora prædicationem Evangelii præcedentia vocat χρόνους τῆς ἀγνοίας *tempora ignorantiæ*, & quando in epiſtola quam ad Romanos ſcripſit, cap. III. vers I. II. Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; πολύ, κατὰ πάντα τρόπον. πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, *quæ eſt igitur præſtantia Judæi? aut quæ utilitas circumciſionis? multa per omnem modum, primarium enim eſt illud, quod eis credita ſunt eloquia Dei.* Et Cap. IX. vers IV. ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα καὶ αἱ διαθῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι. *Quorum eſt adoptio, & gloria, & pacta & legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones.* & ad Rom. X. vers XIX. vocans Gentiles *non gentem quæ non eſt gens. & Gentem intelligentiæ expertem.* Ex his omnibus luce meridiana clarius patet, S. Paulum non potuiſſe futilia illa Sibyllarum Oracula populo ſuo commendare. Quomodo enim auditores ſuos B. Paulus in concionibus ſuis ſit hortatus ad Sibyllinorum Oraculorum lectionem, utpote qui clarius poſſent in Sibyllarum quam in Prophetarum ſcriptis deprehendere unum Deum Deique filium, ſiquidem Doctor ille Gentilium nihil contra Prophetarum mentem docuerit? quo pacto conſtabit Davidici effati veritas, ſiquidem Deus per Sibyllas Revelaverit, myſteria Gentibus, clarius & evidentius quam per Prophetas? hoc ſic volente Clemente Alexandrino, quomodo conſtabit, *ulli Genti Deum ita non feciſſe*, ſi Pagani, Sibyllinis Oraculis ad evidentiorem myſteriorum Divinorum cognitionem pervenerant, quam per Prophetas. Sic Deus Gentibus clarius innotuiſſet quam Jehudæ, contra locum ſupra laudatum Pſ. LXXVI. vers II. & ſi Gentibus concredita fuerunt Oracula Dei, adeo ut illis evidentius, ſecundum Clementem Alexandrinum, Deus unus, & Dei filius innotuerit, quomodo prærogativa Judæorum ſuperabit Gentilium privilegium, certe Judæi D. Paulum propter

illum ſermonem maxima cum ratione carpere, illiqûe contradicere poterant, quoniam Paganorum propter Sibyllas, præſtantia major erat, quam ipſorum Judæorum, ut pote qui magis diſtincte Deum unum & Dei filium in Sibyllarum Oraculis, quam in Prophetarum ſcriptis reperire poterant. Velim etiam lector præjudicio non occupatus, perpendat, quomodo D. Paulus tempora ante Evangelii manifeſtationem potuerit vocare *ignorantiæ tempora*, ſiquidem Pagani Hiſtorice deſcripta habuerint Divina myſteria quæ à Prophetis tantum myſtice & ænigmatice deſcribebantur, non *ignorantiæ* itaque *tempora*, ſed cognitionis potius & luminis, (quippe qui clarius per Sibyllas quam per Prophetas Deum, ejusque myſteria norant) erant vocanda. Hinc itaque concludo talem à B. Paulo dòctrinam proficiſci non potuiſſe, quoniam Apoſtolus Dei Spiritu inſpiratus, tales contradictiones dictante Veritatis Spiritu, docere non potuit, etiamſi Clemens Alexandrinus talem illum docuiſſe doctrinam audacter & dictatorie affirmet. Interim velim prudens & benignus Lector, cum Doctiſſ. Blondello, hæc perpendat: primo illum qui D. Pauli nomen mutuatus eſt, ut ſomniis ſuis fidem conciliaret, deſcriptione illa generali quam contexuit de Sibyllarum prædictionibus, reſpexiſſe ad VIII. illos, quos nunc habemus, Sibyllarum libros, ideoque fœtum illum lucem non conſpexiſſe ante D. Servatoris noſtri annum 137. Secundo illum cum Juſtino & Clemente agnoſcere tantum unam Sibyllam, quæ Deum unum prædicarit, ideoque absque ullo fondamento, plures horum, quos nunc habemus Sibyllarum libros, Auctores fuiſſe, affirmari. Tertio Illuſtres & claras illas filii Dei deſcriptiones reſpicere tam ad quatuor vocalium duarumque conſonantium componentium nomen Græcum Ἰησῆς, quam ad numerum ex illis reſultantem, & ad Acroſtichidem lib. VIII. ordine referentem nomina Servatoris, Ἰησῆς Χριστὸς Θεῦ υἱὸς Σωτὴρ σταυρὸς, ut & Paraphraſin Euangelicam. Quarto, quo evidentiores, clariores & ἰσοδυνάτερα ſunt, eo magis pro ſuppoſititiis eſſe habendas, illas prædictiones & poſt eventum rerum conſcriptas, contendimus: ſiquidem Spiritus Sanctus prædictiones ſuas ſolet ænigmatibus & multis figuris tectas, proponere, non enim videas, bis tantum hoc factum puto, in expreſſione nominis Cyri apud Jeſaïam Cap. XLIV. verſu ultimo & Cap. XLV. vers I. centum ſeptuaginta quinque annis ante occupatam Monarchiam Sacros & Divinitus

vinitus inſpiratos Scriptores, tam clare & evidenter prædictiones ſuas uti Sibyllæ ſua Oracula, proponere & conſcribere. Clemens Alexandrinus animadvertiſſe hoc potuiſſet, ſi judicium uti memoriam exercere illi placuiſſet, verum intentus refutandis hæreticis, Paganorum armis, contra ipſos Gentiles utens, ipſe ſui oblitus, illorum ſcriptis fuit deceptus: turbaque teſtium Paganorum, quos producere moliebatur, ipſi impedimento fuit quo minus illorum hæreſes aut σφάλματα deprehenderet. Videmus itidem Scriptorem illum diligentiſſimum, qui nihil prætermittere annitebatur, quo minus Paganos, Gentilium armis confodere, & quævis ex Paganorum ſcriptis, congeſſiſſe, & incuria ſua in multos incidiſſe errores quos ex plus quam 250. Auctoribus qua Philoſophis, Hiſtoricis ac Paganis, qua famoſiſſimis hæreticis compilavit: nempe ex Bazilide, Carpocrate, Julio Caſſiano, Epiphane, Heracleone, Hermogene, Iſidoro, Marcione, Prodico, Tatiano, Valentiniano, aliisque quam plurimis, ut & ex libris Apocryphis, Prophetiarum Enochi, Chami, Habacuki, Esdræ, Parchoris, Sophoniæque, ex libris de aſſumptione Moſis, ex Euangeliis Ægyptiacis, Hebraïcisque, prædicationibus Petri & Pauli, ex traditionibus Sancti Matthæi, epiſtola Sancti Barnabæ, paſtoris Hermiæ fratris Pii I. Pontificis, & tandem etiam ex pſeudo-Sibyllis, utpote propoſito ſuo accommodis. Quis igitur non videat Clariſſimi Voſſii argumentum non valere, dicentis ſufficere Clementem Alexandrinum hoc dixiſſe, talia B. Paulum auditoribus ſuis propoſuiſſe: ſufficeret enim dixiſſe hoc Clementem Alexandrinum, & ſic errorum, quibus, ne ipſe quidem Cl. Voſſius ſubſcribere vellet, patrocinium eſſet ſuſcipiendum. Ut autem, quam inſufficiens ſit D. Voſſii argumentatio, demonſtremus, *ſufficiat nobis affirmaſſe hoc, Clementem virum Sanctum & cum multis Apoſtolicis viris converſatum ut non uno loco ipſe de ſe teſtatur.* Lubet heic adnotare ex Blondello non nullos Sancti Patris errores, imo & hæreſes, ut inde conſtet non ſufficere Patrem illum, illa ἀνύγεφα & ἄγεφα affirmaſſe: certe haud commode ab illo affirmatur, quando dicit Chriſtum eſſe πατεικῷ θελήματι δόξαντα, *ſervum Paternæ voluntatis*, Pædag. lib. I. cap. II. in principio, & quando Stromatum, lib. III. p. 329. docet *Angelos propter incontinentiam cœlo excluſos in terram deſcendiſſe.* Pædag. lib. III. cap. III. dicit p. 167. δεῖ γὰρ ἕνα εἶναι αἷμα πᾶς ἄνθρω-

πους θέμις, *neque enim hominibus fas est tangere sanguinem.* putat etiam juramentum esse illicitum, lib. Pædag. III. cap. XI. p. 189. ἐπαίτιος ὁ ὅρκος καὶ πάντων καὶ πωλουμένων ἀπέχου· ἀπέχου ὁ μὴ ἔστι τῶν ἄλλων ὁ ὅρκος. *Absit autem jusjurandum, Author omnium quæ venduntur. Absit autem etiam in aliis jusjurandum*; & Stromatum lib. V. p. 435. Ἔπαινος ὁ ὅρκος τε καὶ παντὸς ἀπέχου. *Laus autem & jusjurandum absit de re qualibet.* Nimium etiam Philosophiæ tribuit, dicens, homines Philosophia Justificatos, directe contra Dei verbum docens nos, fide, hominem justificari. Lib. I. Stromat. p. 206. &c. τοῖς γὰρ ὑπὸ φιλοσοφίας δεδικαιωμένοις βοήθεια ἐπισωρεύεται ἡ εἰς θεοσέβειαν παιδαγωγία; *Iis enim qui Philosophia fuere justificati, auxilium tanquam thesaurus reconditur: ea quoque consensio quæ ducit ad Dei cultum & pietatem in Deum*; *atque erat quidem ante Domini adventum Philosophia Græcis necessaria ad Justitiam, nunc autem est utilis ad Dei cultum & Pietatem iis qui fidem colligunt.* Ibidem. p. 234. καί τοι καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίωσε ποτὲ καὶ ἡ Φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας. *Quanquam perse quoque aliquando Græcos Justificabat Philosophia.* Et lib. VI. Stromat. p. 466. &c. τὴν δὲ Φιλοσοφίαν μᾶλλον Ἕλλησιν οἷον ἀφορμὴν οἰκείαν αὐτοῖς δεδόσθαι, ὑποβάθραν ἔσως τὴν κατὰ Χριστὸν Φιλοσοφίας, *vel potius* (si dicamus) *ipsam quoque Philosophiam Græcis veluti proprium datam esse Testamentum, ut quæ sit fundamentum Christianæ Philosophiæ.* Narrat porro lib. I. Stromat. p. 223. Numam, Romanorum Regem fuisse Pythagoræum, sic etiam scribit Strom. lib. V. p. 400. atqui Numa mortem obiit anno secundo Olympiadis XXVII. CXXXIV. annis antequam nasceretur Pythagoras, & CLVIII annis ante ejus in Italiam adventum, sic itaque Pythagoræus, habendus Numa, ante Pythagoræ nativitatem, quod quam bene quadret, ipse nobis expediat Clariss. Vossius. Affirmat etiam Strom. lib. I. p. 225. Semiramidem fuisse Regem Ægypti, cum tamen fuerit Nini Assyriorum Regis uxor, testibus Diodoro, Justino, & Ammiano Marcellino. Dicit etiam ibidem p. 227. diabolum posse duci pœnitentia. Sic scribit ὁ δὲ διάβολος, αὐτεξούσιος ὢν, καὶ μεταγνόσας οἷός τε ἦν καὶ κλέψαι. *Diabolus autem cum liberum habeat arbitrium, & duci posset pœnitentia & furari.* Et p. 228. docet in nostra potestate situm esse liberari ab ignoratione & à mala & delectabili electio-

electione. Ὧν ὄντως ἐχόντων, τὸ ἀπαλλάττεσθαι τῆς πρὸς ἀγνοίας καὶ τῆς αἱρέσεως καὶ φαύλης καὶ ὀδυνηρᾶς. καὶ πρὸς τούτων τὸ μὴ συγκαταθέσθαι ταῖς ἀπατηλαῖς ἐκείναις φαντασίαις ἐπέκειται ἐφ' ἡμῖν. *Quæ cum ita se habeant, & liberari ab ignoratione & à mala & delectabili electione, & ante omnia, non assentiri fallacibus illis phantasiis & visis, situm est in nostra potestate.* Item, hominem per se ipsum posse salvari docet Stromat. lib. VI. p. m. 477. ἡμᾶς δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν βούλεται σώζεσθαι, *vult autem nos ex nobis ipsis salvos fieri.* Tempore Deboræ dicit Osium filium, Riesu fuisse Sacerdotem lib. I. Strom. p m. 237. Ἐπὶ τούτου προεφήτευσε Δεββώρα, γυνὴ Λαπιδώθ, ἐκ φυλῆς Ἐφραΐμ, καὶ ἦν ἀρχιερεὺς Ὀζίας ὁ Ῥίησου. *Tunc Prophetissa fuit Debbora uxor Labidoth ex tribu Ephraim. Erat autem Pontifex Ozius filius Riesu.* Et ibidem p. 239. *Iramum filium suam dedisse Salomoni, Roboamum fuisse patrem Abiu, illumque fuisse patrem Athaman. Jonathanem fuisse filium Oziæ.* p. 240. ibid. affirmat *Amosum fuisse patrem* Esaïæ. Jonathanem fuisse filium Oziæ, & Achazum fuisse patrem Oziæ, &c. Item Pascha à Samuelis tempore usque Josiæ tempora non fuisse celebratum, his verbis p. 240. Ἐπὶ τούτου ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει τὸ Πάσχα ἤχθη, ἐξ οὗ ἀπὸ Σαμουὴλ, μήτε ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τελεσθέν. *Ejus tempore anno* XVIII. *Pascha actum est, quod à Samuele, neque in eo quod intercesserat tempore fuerat celebratum.* Dicit porro falsum Prophetam Ananiam fuisse filium Josiæ. p. 241. & ibidem Chelciam Sacerdotem, fuisse patrem Jeremiæ, eumque obiisse cum in Librum legis incidisset in templo reconditum. Item decem tribus abductas secundum Dei verbum sexto Ezechiæ anno, in captivitatem fuisse actas, anno Achazi patris ejus, XV. transmigrationem Judæorum sub Sedecia, posteriore, Moysis nativitate circiter 1073 annos, & exaltatione Davidis ad munus Regium 1517. distare à primo 1085. annos sex dies decem ab altero 482. annos, menses sex, dies decem. Item p. 243. Zachariam, qui Prophetare incepit anno Darii secundo qui primus fuit Olympiadis LXV. Pythagora fuisse antiquiorem, cum hic quarto LX. Olympiadis anno floruerit. Quid etiam videtur de illa propositione quam eodem lib. I. Strom. p. 252. profert? Moysen nempe ante suam adoptionem vocatum Joachim, verum nunc in Cœlo illi nomen esse Melchi: Moysem occidisse Ægyptium verbo suo, incarceratum miraculo egressum liberatumque, Regem Ægypti cum Dei audiret nomen mutum cecidisse, & miraculo revixisse.

Et

Et lib. Strom. III. p. 318. Christum Philippo dixisse, sine mortuos sepelire mortuos suos. Ibidem p. 334. Corpus esse animæ sepulchrum, & p. 356. lib. IV. Strom. S. Matthiam esse Zachæum publicanorum Principem. Et lib. V. p. 411. 366. tintinnabula pependisse à Sacerdotis veste talari, & lib. VI. p. 459. &c. Apostolos ad instar Domini, iis quoque qui erant apud inferos, annuntiasse Euangelium. Multos prædicationibus illis ad Deum fuisse conversos, illasque adeo fuisse necessarias ut Deus injustus judicandus esset, si ipsas apud inferos non audivissent. Eodem libro sexto docet & affirmat, Servatorem non comedisse eo quod corpus illius alimentis indigeret, locus p. 468. sic sonat ἔφαγε γὰρ διὰ τὸ σῶμα, δυνάμει συνεχόμενον ἁγίᾳ. ἀλλ' ὡς μὴ τοὺς συνόντας ἄλλως πως περὶ αὐτοῦ φρονεῖν συμπέσῃ. *Comedebat etenim, non propter corpus quod Sancta virtute continebatur, sed ne eis qui una cum eo versabantur, in mentem veniret, de eo aliter sentire.* Eodem etiam libro p. 469. ἐξαιρετέον οὖν τὸν γνωστικὸν ἡμῖν καὶ τέλειον, ἀπὸ παντὸς ψυχικοῦ πάθους. *Is ergo qui cognitione præditus, & perfectus, eximendus est à quavis animæ affectione ac perturbatione.* p. 480. S. Matthiam ad Apostolatum fuisse electum, cum se præbuisset dignum ut fieret Apostolus, & eodem lib. VI. p. 412. quod Horrendum est: sic enim dicit de Deo loquens: ἔδωκεν γὰρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς θρησκείαν· ἃ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοῖς ἔθνεσιν, φησὶν ὁ νόμος· ἵνα μὴ τέλεον ἄθεοι γένωνται, τελέως καὶ διαφθαρῶσιν. *Dedit autem Solem & Lunam & Astra in Religionem, quæ Deus fecit gentibus, inquit lex, nec si omnino essent impii & plane à Deo alieni, omnino etiam interirent.* Et paulo post, ὁδὸς γὰρ ἦν αὕτη δοθεῖσα τοῖς ἔθνεσιν, ἀνακύψαι πρὸς διὰ τῶν ἄστρων θρησκείας. *Hæc enim via data fuit gentibus, ut per Astrorum cultum Deum suspicerent:* putat etiam lib. Stromat. VII. p. 524. mendacium officiosum esse licitum. & p. 537. Οὐ θέλει δι' ἀγγέλων βοηθείας ἐπιδέχεσθαι εἶναι βέλτιον τὸν, παρ' ἑαυτοῦ ἄξιον γενόμενον λαμβάνειν, καὶ τὸ φρουρὸν ἔχειν παρ' ἑαυτοῦ, διὰ τῆς ὑπακοῆς. *Non vult nos amplius opus habere auxilio quod datur per Angelos, sed à se ipso cum dignus evaserit accipere, & à se ipso habere præsidium per obedientiam.* & eodem lib. p. 549. Simonem, post Marcionem, (quem sub imperio Adriani & Antonini vixisse asserit) Petrum Paulum audivisse prædicantem, &c. Etiam linguæ Hebraicæ se imperitum ostendit, dicens lib. I. Pædag. p. 63. cap. V. vox Ozanna, si Latine explicetur, significat lucem & gloriam & lau-

laudem, cum ſupplicatione Domino: & Strom. lib. V. p. 409. dicens, vocabatur Abraam, quod exponitur, *pater electus*, *ſonitus*. Hactenus hæc ex Blondello, quibus & noſtras ſphalmatum Doctoris illius obſervationes addere lubet: dicit lib. III. Strom. p. 338. *fornicatio eſt*, inquit, *ab uno matrimonio ad plura collapſio*. Dicit porro Stromat. lib. VI. p. 468. Chriſtum paſſionis fuiſſe expertem. *Ut quem nullus ſubiret motus affectionis, neque voluptas, neque dolor*: quod plane eſt ἀνλίγεφον. teſtatur enim S. Scriptura, Lucæ cap. X. vers XXI. ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς. *ea ipſa hora exſultavit Jeſus in Spiritu*. Et ad Hebræos Cap. V. vers VII. Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. *Qui in diebus carnis ſuæ, deprecationibus & ſupplicationibus oblatis, cum clamore valido, & lacrymis apud eum qui poterat ipſum ſervare à morte, & exauditis precibus, liberatus ex metu*. Narrat etiam Hiſtoria Euangelii, ad Lazari ſepulchrum Jeſum fleviſſe, hæc quomodo conſtabunt, ſi illum nunquam motus affectionis ſubiit? Videmus igitur quam ἀκυρολόγως loquatur Clemens Alexandrinus, Jeſum Dominum impatibilem vocans lib. VII. Stromat. p. 505. & lib. VI. p. 461. ſcribit, iis ſolum, qui poſt ejus adventum fuerunt, licuit Divina frui Juſtitia. Martyrium etiam nimiis effert laudibus, dicens Stromat. lib. IV. p. 367. *Martyrium eſſe expurgationem peccatorum cum gloria*. Cui etiam & hoc non videatur fabuloſum, cum Chriſtum ex Euangelio ſecundum Ægyptios dixiſſe docet, *veni ad diſſolvendum opera fœminæ* lib. Strom. III. p. 330. Affirmat etiam, Philoſophiam Græcis neceſſariam fuiſſe ad Juſtitiam, ſic enim loquitur p. 207. ἦν μὲν γὰρ καὶ τοῦ Κυρίου παρουσίας εἰς δικαιοσύνην Ἕλλησιν ἀναγκαία Φιλοσοφία. *Atque erat quidem ante Domini adventum Philoſophia Græcis neceſſaria ad Juſtitiam*. Eandem etiam Regali Doctrinæ viam præparare (ut & fidei) innuit, p. 227. lib. I. Stromat. & lib. VII. Stromat. p. 510. Φιλοσοφία δὲ ἡ Ἑλληνικὴ οἷον περικαθαίρει καὶ προεθίζει τὸν εἰς ἀναδοχὴν πίστεως. *Philoſophia autem Græca veluti præpurgat & præparat animam ad fidem accipiendam*. Nimis etiam tribuit Legi, dicens per Legem aliquem poſſe eſſe Juſtum, Stromat. lib. VI. p. 459. Τοῖς μὲν γὰρ κατὰ νόμον δικαίοις ἔλειπεν ἡ πίστις. *Nam iis quidem qui Juſti erant ex lege, fides deerat*. Localem etiam Chriſti ad inferos deſcenſum tuetur, ut ibi

Euangelium prædicaret. p. 460. lib. Stromat. VI. Favet etiam libero arbitrio Stromat. lib. VII. p. 505. Οὐ γὰρ βιάζεται ἐξ αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν λαβεῖν ἀλλὰ δι' ἐλέους τὰ πάντα ἀποπληρῶσαι τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸ λαβεῖν τὴν ἐλπίδα δυνάμενον. *Neminem enim cogit ab ipso salutem accipere, propterea quod possit eligere, & omnia à se implere ad spem accipiendam.* Ibidem p. 529. Τούτῳ πάντα εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται, πρὸς τὸν δι' τέλους κλίσιν. *Hujus omnia à se ipso dependent, ad finem ac quirendum.* Etiam operum merita sustinere videtur lib. Stromat. VI. p. 499. Δῆλον δὲ ὅθεν δεδώρηται, πρὸς δὲ καθ' ἀξίαν τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀπονεμήσας δηλονότι προνοίας. *Hinc quoque clarum, a quo data sit, à Providentia scilicet, quæ unicuique distribuit pro meritis, ea quæ conveniunt.* Et Stromat. lib. VII. p. 531. Perfectioni in hac vita favere videtur, dicens, *filium efficit eum qui est cognitione præditus, perfectum revera virum.* Et paulo post. *Cum diligat eum qui vere est unus Deus, & sit vir vere perfectus.* Lapsos etiam fuisse Angelos scribit lib. V. Stromat. p. 401. *Eo quod enunciarunt arcana mulieribus, & quæ cuique ad eorum venerunt cognitionem.* Plures quidem errores excerpere possemus, sed hi sufficient, ut constet Cl. Vossii assertionem nullo niti fundamento: dicentis, *sufficiat, nobis Clementem Alexandrinum virum Sanctum & cum Apostolicis viris conversatum hoc dixisse:* An ita de illis, quæ supra attulimus judicaret doctiss. Vossius, *sufficit illum hoc dixisse*, haud equidem puto: restat porro ut nunc inquiramus, quî factum sit, virum, alias doctissimum Clementem Alexandrinum, ita deceptum fuisse, ut fabellæ tali fidem adhibuerit, verum si attente consideremus quam avide omnia quæ ad scopum suum facere videbantur, excerpserit Clemens ex Scriptoribus Paganis, hæreticis, traditionibus Judaicis, & Christianorum libris Apocryphis, aliisque scriptis suppositiis, ut scripta ejus satis abunde testantur, non adeo mirabimur, ipsum, qui ausus fuit ex Apocryphis docere Christum & Apostolos apud inferos Euangelium prædicasse, etiam fabellæ huic, B. Paulum lectionem Sibyllinorum Oraculorum, Auditoribus suis commendasse, fidem adhibuisse & commodasse: imo fidem etiam præbuisse pseudo-Sibyllinis Oraculis, ut Paganos tanto melius propriis armis aggrederetur & confoderet. Certum enim, etsi talia olim exstitere in Sibyllarum Oraculis testimonia, de unitate Dei, de Christo Servatore, de abominatione idololatriæ, de Antichristo, &c. qualia nunc deprehenduntur in illis quos nunc habe-

habemus ſub Sibyllarum nomine fabricatis libris, nunquam melius, Gentiles convinci potuiſſe quam propiis ſuis Oraculis, verum hæc Oracula non majoris pretii eſſe quam multa ejus furfuris ſcripta ſuppoſititia, quæ circa ſecundum ſeculum prodierunt, pronuntiamus. Ex iis quæ ſuperius attulimus, conſtare putamus, quid ſentiendum de Clemente Alexandrino ejusque ſequacibus, affirmantibus B. Apoſtolum hæc Sibyllina Oracula voluiſſe à populo legi. Verbum tantum unum aut alterum addam quo conſtet nullam eſſe Baronii aliorumque exceptionem, à Paulo Apoſtolo eodem Jure potuiſſe allegari, imo & Auditoribus commendari Oracula Sibyllina, quo olim in ſcriptis ſuis Paganos Scriptores laudavit aut citavit. Reſpondemus enim nunquam S. Apoſtolum cum de fide & Divinitus revelata Doctrina agit, humanis teſtimoniis confirmaſſe & probaſſe ſua à S. Spiritu inſpirata effata. Abſit ab omnibus Deum timentibus, ut tam inſigniter erga Apoſtolum ſint injurii, illum falſis teſtimoniis voluiſſe celeſtem veritatem fulcire & munire : aut humanis teſtimoniis imo Fœminarum furioſarum diabolico ſpiritu actarum effatis opus habuiſſe Oracula Divina, ut illis confirmarentur. Nunc autem porro inquirendum, num SS. Patres laudarint Oracula hæc Sibyllina, cujus pretii apud illos fuerint, num etiam fidei dogmata recte talibus teſtimoniis fuerint probata ac confirmata. Nemo qui Patrum ſcripta legit, & ὡς ἐν παρόδῳ conſpexit, negare poterit, Patres etiam Antiquiſſimos, ſæpius in confirmationem veritatis Chriſtianæ, Oracula Sibyllina allegaſſe: primum omnium inter Scriptores Chriſtianos Sibyllarum mentionem injicere Clementem Romanum, affirmat aſſeritque Jeſuita Craſſetus, in tractatu ſuo de Sibyllis Gallico ſermone contra Doctiſſ. Blondellum conſcripto, dicit Jeſuita ſe nolle producere Clementis conſtitutiones Paganarum illarum Prophetiſſarum teſtimonia allegantes, quoniam probe ſciat, librum illum conſtitutionum, non multa pollere Autoritate in Eccleſia, ſed cito, inquit, ejus duas ad Corinthios Epiſtolas, quarum Autor Clemens habetur ab omnibus viris Doctis, imo etiam à Proteſtantibus. Ignoſcat mihi Loyolita, ſi aſſertioni fidem non adhibeo. Falſum eſt ab omnibus viris doctis credi à Clemente profectam utramque, quam ſub ejus nomine circumferunt ad Corinthios Epiſtolam: de prima nemo dubitat, de ſecunda, audiat Craſſetus D. Hieronymum in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, *ſcripſit*

(Clemens) *ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem Epistolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri Epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem non solum sensibus, sed juxta quoque verborum ordinem, abutitur: omnino grandis in utraque similitudo esse testatur & secunda ejus nomine Epistola, quæ à Veteribus reprobatur, &c.* Audiat & Photium, ἡ ὃ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτούς, ὡς νόθ@ ἀποδοκιμάζε@ ὥσπερ ἀπογραφόμεν@ ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ, &c. Judicet nunc absque præjudicio Crassetus, quanti facienda sit posterior Clementis ad Corinthios Epistola: dicimus igitur frustra esse Crassetum, ex his Epistolis testimonium pro Sibyllis citantem, quippe in neutra illarum B. Clementi unquam in mentem venit, nec venire potuit, Sibyllas testes advocare, ut Christiani de mortuorum Resurrectione certiores redderentur, quoniam Sibyllarum hæc Oracula tempore B. Clementis nondum lucem conspexerant, Pio enim & Marco Aurelio Imperantibus (hoc est annis post omnium Apostolorum mortem minimum XXXVIII) prodierunt laudarique cœperunt. Clemens itaque qui anno Servatoris nostri centesimo mortem obiit: Phœnicis quidem fabella mortuorum Resurrectionem confirmare intendit, verum de Sibyllis altum apud illum silentium. nihil enim de talibus Oraculis quæ nobis nunc obtrudere volunt nonnulli, sub Sibyllarum nomine, inaudierat. Scio quidem etiam ante B. Clementem de Oraculis Sibyllinis, Paganis scilicet, quæ Gentilium fata & Religionem continebant, apud Scriptores Gentilium Antiquos mentionem fieri, verum illa nihil de Servatore nostro & de Salute per illum parta, nihil de Trinitate, de Resurrectione, de Christi Baptismo, de morte ejus deque ultimo Judicio nuntiarunt, hoc si possit Crassetus aut quisquam alius idoneo teste probare, Fidem lubenter adhibebimus: sed hoc ad Kalendas Græcas præstabitur: nullus enim Paganorum talium Oraculorum meminit, & mirandum certe est, neminem inter Ethnicos illos, vel similes illis, quos nunc pro Sibyllinis nonnulli venditant, allegasse aut produxisse talia testimonia, quod certum nobis est indicium, ante natum Christum, versus illos non exstitisse, saltem à Sibyllis non profectos fuisse: laudes porro prioris epistolæ ad Corinthios per B. Clementem missæ decantat Crassetus Jesuita, quod equidem factum non improbo, meretur enim Doctorum virorum approbationem

prior

prior illa epiſtola, ſed quod exſpectabam à Jeſuita, præſtitum non deprehendo: ex utraque Sibyllinorum Oraculorum Autoritatem probandam ſuſceperat Loyolita, verum prioris tantum meminit, in qua ne γεὺ quidem innuit de Sibyllis Clemens quod tamen Jeſuitæ probandum incumbebat, Clementum nempe ad Reſurrectionis articulum confirmandum Sibyllas adduxiſſe: ſive in priori genuina, ſive ſecunda, à Veteribus teſte Hieronymo pro ſuppoſititia judicata, nullum igitur cum in illis epiſtolis Sibyllarum deprehenditur veſtigium, videmus quam craſſe miſer hic Craſſetus, lectorem ſuum decipiat, tam audacter teſtimonium Sibyllarum ex Scriptore proferens qui illas nec novit nec vidit. Eandem itaque meretur in hac materia fidem Craſſetus, quam oſtendit in Hiſtoria repertæ prioris ad Corinthios Clementinæ Epiſtolæ. dicit enim poſtquam per nonnulla ſecula delituiſſet hæc epiſtola, tandem illam Oxoniæ in Anglia repertam in Bibliotheca Regia anno Domini noſtri J. C. 1663. quod falſiſſimum eſſe deprehendet quisquis illam ex editione Patricii Junii anni 1632. legerit aut conſpexerit, quale nos exemplar habemus, & Jeſuitæ oſtendere poſſemus. Hinc itaque merito ſuſpicamur Craſſeto nunquam viſam hanc Epiſtolam: ex priore, cum nihil ad Sibyllarum Oracula firmanda adducere poſſit Jeſuita, forte ex Altera extundere ſuum figmentum annitetur Craſſetus, ſed & ibi nec vola nec veſtigium ullum de Sibyllarum Oraculis apparet. Excipiet forte Craſſetus, integra cum hactenus nec prima nec ſecunda Epiſtola ad nos pervenerit, in iis quæ nobis deficiunt, inveniri luculentum hoc Sibyllarum teſtimonium, ſed quo pacto hoc alicui perſuadebit Jeſuita? Siquidem eadem facilitate & Autoritate qua hoc ſuum profert Craſſetus figmentum, negari poteſt, nullum enim idoneum teſtem aut producit aut unquam producere poterit. Quid poſſint teſtari ſcripta deperdita, nemo eſt qui non videat. Verum regeret Craſſetus, Juſtinum Martyrem, Clementi fere σύγχρονον, teſtari: in Clementina epiſtola olim tale exſtitiſſe Sibyllæ teſtimonium: LXXIV. enim quæſtione aut potius reſponſione ad LXXIV. Gentilium quæſtionem, hoc egregium Sibyllæ de fine mundi extremoque Judicio: his verbis (quæ citante Craſſeto heic addere placuit) profert: Τ παρέσης καθαιρέσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν καθ' ἃ φάσιν αἱ γεγραμμέναι προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων; ἐπεὶ καὶ τὰ Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους

ἐπιστολῇ, &c. Antequam ad Jesuitæ objectionem respondeamus, notari velim Crassetum citasse utramque Clementis ad Corinthios Epistolam, atque ex illis probare suscepisse Clementis Romani tempore cognita fuisse Oracula Sibyllina, quandoquidem vir Sanctus illarum meminit: sed si Crassetus Græcam intellexisset linguam, & locum illum pseudo-Justini bene perpendisset, facile judicare potuisset, non esse idoneum hoc testimonium. Jesuita citat utramque ad Corinthios epistolam, Justinus à Crasseto laudatus, unius tantum meminit. ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ. Condono itaque Jesuitæ si promissis stare non possit. Sed ad locum illum, à Crasseto, Justino adscriptum, respondemus, non esse illud Scriptoris illius testimonium, rationem satis firmam, quam ex Blondello allegat Crassetus, illamque contra fas & Jus oppugnat, vidit ipse Crassetus: quis enim, cui mens sana est in corpore sano, non perspiciat Justino, responsiones illas ad Orthodoxos, non posse adtribui, si quidem Autor ille citet Irenæum & Origenem, hunc XXX. alterum LXXX. annis Justino posteriores. Etiam memenit Manichæorum quos Justino contemporaneos non audebit affirmare Jesuita, utpote Justino longo tempore posteriores: audiat Crassetus fratrem suum Loyolitam Antonium Possevinum, *librum quæstionum Gentibus à Christianis positarum, non esse Justini certum est: nam in prima responsione, & in reprehensione responsionis, nominantur sæpissime Manichæi, qui fuerunt centum annis & amplius Justino posteriores.* Quis igitur non concludat Scriptorem illarum quæstionum Justino posteriorem, ideoque testimonium hoc non esse Justini Sancti illius Martyris. At vero inquit Crassetus, Photius, Justinum fuisse illarum quæstionum Scriptorem perhibet, quasi sufficiat Photium hoc dixisse, ideoque cœco impetu Fidem illi esse habendam: nunquid Crassetus auderet subscribere omnibus quæ scripto consignavit Photius? quem Patriarcham, schismatici nomine decoravit Jesuita: non putem certe hoc ipsum ausurum, ideoque non debebat Crassetus stare illius judicio tanquam infallibili, Photius hoc dixit, ergo Justinus est Autor illarum quæstionum. ô lepidam consequentiam! sed Hæretici vel notarii imprudentes loca nonnulla in quæstionibus illis depravarunt, regerit Crassetus, quis hoc Jesuitam docuit præter anonymum illum virum Doctum quem testem adhibet, Jesuitis aliisque illius furfuris hominibus consuetum est effugium, cum apud patres

tres loca figmentis ſuis contraria reperiunt, *Hæretici vel notarii depravarunt illa*: melius & candidius agunt Poſſevinus & Bellarminus, quamvis & ipſi Jeſuitæ, nobiscum ſentientes, ſcripta illa quæſtionum, Juſtino non eſſe adtribuenda: de Poſſevino conſtat, illum noſtram fovere ſententiam, uti videre licet ex loco ſupra laudato, verum ut Craſſeto tanto magis ſatisfiat, audiat ſocium ſuum & Fratrem Jeſuitam Anton. Poſſevinum, ſic enim de quæſtionibus illis ſcribit, *Opus* CXLVI. *quæſtionum ad Orthodoxos, non videtur eſſe Juſtini: nam quæſt.* LXXXII. & LXXXVI. *citat Origenem, & quæſt.* CXV. *citat Irenæum, & eum Martyrem appellat, cum tamen Juſtinus utroque prior fuerit. nam & Irenæus* lib. V. *citat Juſtinum tanquam ſe antiquiorem.* Huic adſtipulatur Cardinalis Bellarminus in de Scriptoribus Eccleſiaſticis: his, quibus Jeſuitam convinci debuiſſe, quæſtionum illarum librum non eſſe *Juſtini* fœtum, addimus & hæc argumenta, quibus conſtabit, non poſſe Juſtino attribui quæſtionum illud ſcriptum. Primo phraſes nonnullæ in his quæſtionum libris reperiuntur quas fruſtra quæras in Juſtini ſcriptis genuinis, quales ſunt ὁ δεσπότης θεὸς, ὁ δεσπότης χριστὸς, ὁ δεσπότης κύριος. Hæ locutiones Theodoreto cum ſint familiares, hinc nonnulli viri docti putarunt Scriptori illi libros illos quæſtionum aſſignandos, uti Jeſuita Craſſetus pronuntiat ſatis audacter D. Blondellum ſcripſiſſe, Theodoreto libb. illos aſſignandos, ſed nomen illius non auſum fuiſſe exprimere, ne cauſæ ſuæ præjudicaret, ſed ubinam hoc ſcripſit Blondellus? dicat hoc nobis Craſſetus Loyolita. Fatemur nos in Doctiſſimo de Sibyllis ſcripto nullibi reperire potuiſſe illa quæ de illo refert ineptus Jeſuita, nollemus nos pro certo affirmare Theodoretum illarum reſponſionum ad quæſtiones eſſe Autorem, ſed quidem Juſtini tempore phraſes ſupra citatas non fuiſſe in uſu, cum vero in Theodoreti ſcriptis reperiantur, & circa illius tempora uſurpari cœperint, non adeo nos abſurdos eſſe credimus ſi ab alio quopiam Juſtino, circa dicta Theodoreti tempora, libros illos quæſtionum conſcriptos fuiſſe affirmemus. Vel ſi juxta Photium nonnulla ſunt Juſtino danda, poſſumus eadem libertate, qua Craſſetus pro more ſuo, pronuntiare, à recentiore quodam qui circa Theodoreti tempora vixit, ſcripta illa fuiſſe interpolata. Secundo quis credat Juſtinum Neapoli Paleſtinæ natum, ignoraſſe ſignificationem vocis Hoſanna quam neotericus vel ſuppoſitius hic Juſtinus, quæſt. L. ridicule dicit ſignificare

ficare μεγαλοσύνην ὑπερκειμένην, *magnificentiam vel excellentiam*, cum proprie significet *ſerva quæſo*. Hebraice ſic ſcribitur הושיעה נא, inde per ſyncopen הושענא vulgo. Tertio obſervet Craſſetus vocabula illa, ὑποστάσεως, πρόσωπον, τριάδος, μονάδος & δύο πρόσωπον ὁμοσίαν quæ leguntur quæſt. XVI. & XVII. ut & CXXXIX. & CXLIV. non eſſe Juſtini genuini, nec in aliis ejus ſcriptis inveniri, utpote quibus Doctores Orthodoxi uti neceſſe habebant, utebantur contra Hæreticos Arrianos, quos Juſtinus nec novit nec fando quidquam de illis in audivit. Arriani enim ſeculo tertio, & circa quartum innotuerunt, ita ut vocabulis iſtis Scriptor illarum quæſtionum, tanquam ſorex ſuo ſe indicio prodiderit, ideoque illos recte ſentire qui circa quartum ſeculum quæſtiones illas fuiſſe conſcriptas ſuſtinent, pronuntiamus. Quarto perpendat Craſſetus, qua fronte genuinus Juſtinus ſcribere potuiſſet Paganiſmum à Chriſtianiſmo, ſuo tempore debellatum & proſtratum fuiſſe, ita ut Chriſtiani Gentilibus dominarentur, ut Autor ille pſeudo-Juſtinus Martyr meminit, quæſt. CXXVI. Certe ſi Chriſtiani Juſtini tempore erant rerum Domini, cur de perſecutionibus crudelibus paſſim conqueruntur illius ævi Scriptores, imo cur & ipſe Juſtinus qui Martyrii corona decoratus vitam finivit, à Chriſtianis, Paganis Imperitantibus non fuit liberatus, illorumque crudelibus manibus ereptus? imo vel hinc Jeſuita Craſſetus ſi oculos aperire dignatus fuiſſet, ſatis perſpexiſſet, Juſtinum Martyrem Librorum illorum non fuiſſe Autorem aut Scriptorem. Quinto denique Juſtinum Martyrem: quæſtionum illarum non poſſe reputari Auctorem cuivis patebit, ſi conferre velit Doctrinas quæſtionibus illis contentas, cum illis quas genuina ejus ſcripta ſuppeditant, maxime enim ſibi invicem oppoſitas deprehendet. Quæſt. LII. negat fuiſſe verum Samuelem quem Pythoniſſa evocavit, verum in colloquio cum Tryphone fuiſſe verum Samuelem aſſerit. Item quæſtione CXII. dicit pſeudo-Juſtinus, Angelum qui cum Jacobo, Moſe cæteriſque Patriarchis locutus eſt, fuiſſe Angelum creatum, propter Dei commiſſionem, Dei nomine decoratum, verum hoc genuino Juſtino repugnat, ille enim in diſputatione cum Tryphone contendit, Angelum illum fuiſſe Chriſtum veri Dei filium. Has Juſtini ſuppoſititii ſententias quo pacto poſſit conciliare cum veri & antiqui Juſtini dictis, viderit Loyolita Craſſetus, qui quæſtionum libros duos à Juſtino Martyre profectos vult:

&

& obſtinato animo contendit. Verum ut abunde magis Craſſeto ſatisfaciamus, examinet has Quæſtionum harum Scriptoris ſententias, videatque quam bene conveniat illas inter & Eccleſiam Romanam. Quæſtione LX. Scriptor ille ſub Juſtini nomine affirmat, non reddi cuiquam vitæ bene actæ præmium ante Reſurrectionem. Quæſtione LXXVI. dicit latronem perveniſſe in cœtum Juſtorum, ubi videat ſe ipſum & quæ infra ſunt, ut & Angelos & Dæmones. Quæſt LXXV. docet animas aſſervari in locis ſe dignis uſque ad Reſurrectionis diem, quam propoſitionem contrariam plane deprehendo, illi quam Oratione ad *Græcos* ſub finem ſcripſit genuinus Juſtinus: dicit enim animam *malis* ſolutam ad Deum abire, qui ipſam condidit, Δεῖ γὰρ ἀπαλλαγῆναι ὅθεν ἀπέστη, ὅθεν τὶς ἐγγύελο ἢ ἐστὶν. Quid tibi videtur pater Jeſuita Craſſete? hæccine tuo ſapiunt palato? hæccine cum Catholicæ tuæ Romanæ Eccleſiæ doctrina conveniunt? attamen tantopere deſudare voluiſti, ut Juſtinum illum adulterinum pro vero Juſtino obtruderes. Inſtat porro Craſſetus, putans etiamſi concederet à Theodereto vel quopiam alio conſcriptos fuiſſe Qnæſtionum libros, attamen hanc propoſitionem manere firmam & veram B. Clementis epiſtolam ad Corinthios Sibyllarum allegaſſe teſtimonium, atque inde conſtare B. Clementis tempore nota fuiſſe viro Apoſtolico Sibyllina Oracula, recteque Craſſetum citaſſe Clementem: non enim, inquit, probabile eſt Theodoretum voluiſſe ex epiſtola æque ac D. Pauli ſcripta cuivis nota, citare locum, qui in illa non reperiretur, verum nunc conſuetum effugium admittat velim Craſſetus, nempe vel hæretici illum depravarunt vel notariorum infidelitate irrepſit illud Sibyllinorum teſtimonium, quare & nobis non liceat, ut Craſſeto, eodem modo reſpondere, certè merito hanc nobis libertatem eripere non poteſt Jeſuita. Sed non opus eſt ut ad illud effugium nos recipiamus, potuit exſtare in B. Clementis epiſtola, Theodoreti tempore teſtimonium illud Sibyllinum, at an ex eo ſequitur, igitur Clemens legit viditque Oracula Sibyllina? certe non: potuit illa Sibyllarum mentio à quodam Sibyllinorum Oraculorum patrono Epiſtolæ illi fuiſſe inſerta, prout aliis ſcriptis quamplurimis factum fuit ante, & poſt Theodoreti tempora. Saltem in vetuſtiſſimo omnium quod exſtat B. Clementis Epiſtolæ exemplari, à Patricio Junio edito, nulla Sibyllarum mentio, exemplar hoc circa primi Concilii Niceni tem-

pora conscriptum fuisse testatur idem Patricius Junius in præfatione ad illam Epistolam: attamen nullibi in illo conspicitur sæpius laudatum testimonium Sibyllinum. Denique notandum illum pseudo-Justinum tantum meminisse Epistolæ, utpote conscium alteram ad Corinthios B. Clementis Epistolam esse supposititiam & adulterinam, ast Crassetus duas citat Epistolas illasque testes vocat testimonii Sibyllini, quare igitur Crassetus ex Justino unius tantum meminit? sed Jesuitæ hæsit aqua.

CAPUT XV.

DE

TESTIMONIO JUSTINI MARTYRIS.

BREVIARIUM.

JUstini Laudes: Ejus errores varii. De Deo Simone Sancto Justini refutatur opinio. An hic Simon Deus Sanctus fuerit Simon Magus de quo S. Lucas meminit. An Simon per aërem volaverit & precibus D. Petri præceps ruerit. An ipsi statua fuerit erecta. De Deo Simone Sanco ac circa illum ejus error. Quis fuerit. De cellulis LXXII *Interpretum Justini error. Hieronymus Justinum mendacii arguit. Hystaspes Scriptor suppositicius. An Sibylla Cumæa fuerit Berosi filia. Justinus omnium patrum primus Sibyllina Oracula allegavit, cæteri ipsius Autoritate fuerunt seducti. Crassetus refutatus. Justinus non habuit illos libros Sibyllinos qui nunc circumferuntur. Crassetus rursus refutatus. Blondellus contra Crassetum vindicatus. Athenagoræ errores. Ut & Theophili. Abutitur testimonio Origenis Crassetus. Adulterina multa, olim sub Sibyllarum nomine circumferebantur. Quænam sint cujusque Sibyllæ Oracula, hoc à nemine potest præstari. Blondellus rursus contra Crasseti argutias vindicatus. Justinus expositus. Num libri Sibyllini*

semper

ſemper iidem fuerint. Oracula Sibyllina quæ nunc habemus non ſunt à Sibyllis Paganis conſcripta, nec ſunt eadem. Craſſeti error, quod lectione Oraculorum Sibyllinorum multi ad Fidem Chriſtianam converterentur, refutatus.

VIdeamus porro, quid Craſſetus ex Juſtino Martyre proferat ut Sibyllarum Autoritatem ſartam tectamque habeat. Primo laudes viri maximi proſequitur, Illuſtris propter Antiquitatem, utpote qui vixit circa medium ſecundi ſeculi, propter Profeſſionem, quandoquidem fuit excellentiſſimus Philoſophus, qui ſumma cum laude in Gentilium Academia, Spartam quam nactus erat, adornavit, propter Eruditionem, quippe qui evolverat Scriptores tum Sacros cum profanos, propter Pietatem, quoniam effudit ſuum ſanguinem pro Jeſu Chriſto: has viro Sanctiſſimo pariter ac Doctiſſimo deberi laudes, non negamus, interim, ipſi, humani quid evenire potuiſſe, ac non fuiſſe Infallibilem, verum ut cuivis homini contingere poteſt, errori potuiſſe, imo fuiſſe obnoxium, pronuntiamus: quod hiſce paucis probatum volumus: Nonnullos notavit Doctiſſimus Blondellus in de Sibyllis, ſuo opere, Gallico Idiomate conſcripto, numquam ſatis laudando, quidquid ogganniat Jeſuita Craſſetus, qui mortuo Leoni inſultare ſe poſſe, lætatur. Utrum Juſtinus Martyr erraverit nec ne, perpendat velim Craſſetus, quid ſentiendum ſit de Scriptore, qui hæc ſuſtinere audet etiam magna cum animi fiducia, adeo ut nemo poſſit dubitare illum ſic non ſenſiſſe: quid tibi videtur Pater Craſſete, nunquid cum B. Juſtino Martyre aſſerere auderes, Simonem Magum, cujus mentio injicitur Actorum Apoſtolicorum Cap. VIII. vers. XIX. à Romanis pro Deo habitum, eique Romæ ſtatuam fuiſſe erectam? prout docet hoc, in, pro Chriſtianis Apologia ſecunda p. m. LIV. His verbis: Σιμώνα μέν τινα Σαμαρέα ἀπὸ κώμης λεγομένης Γίττων, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου, Καίσαρος δὲ τοῦ συνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ, Θεὸς ἐνομίσθη, ᾧ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς Θεὸς τετίμηται, [ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται] ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην.

Σίμωνι θεῷ Σάγκτῳ.

Simon nimirum quidam Samaritanus, in vico cui Gitthon nomen est, natus, qui sub Claudio Cæsare efficacium dæmonum arte in Imperiali urbe vestra Roma, propter magicas quas exhibuit virtutes Deus habitus est: & statua apud vos veluti Deus honoratus: quæ statua in amne Tiberi inter duos pontes est erecta, Latinam hanc habens Inscriptionem.

SIMONI. DEO. SANCTO.

Hanc Inscriptionem applicat Simoni Mago, sed quis Justinum hoc docuit? imo, quis inter Paganos Scriptores testatur aut scribit, Simonem Magum in Deorum numerum fuisse relatum? nullum idoneum testem aut Justinus Martyr, aut quisquam alius proferet, quo constet Simonem illum Divinos honores apud Romanos consecutum illique statuam fuisse erectam. At constat, regerat quispiam, statuam in amne Tiberi inter duos pontes erectam fuisse illi, hanc habens Inscriptionem:

SIMONI. DEO. SANCTO.

Sed posito, talem fuisse, ut asserit S. Justinus Martyr, illius statuæ Inscriptionem, & SIMONI pro SEMONI vitioso scribendi modo, lectum fuisse, sic hariolante Doctiss. Salmasio, in notis ad Ælium Spartianum p. m. CXL. positis inquam, Justinum *ἀνὼπαλω* sic legisse, quo modo & quibus rationibus probabit, *Simonem Magum*, impostorem illum de quo B. Lucas scripsit, esse per illum intelligendum, an nulli mortalium, præter planum illum & scurram, Simonis nomen datum? certe Justinus hoc affirmare non auderet, nec ullus inter Loyolitas, imo nequidem ipse Crassetus, alias satis audax. Inde satis constat, consequentiam Justini esse nullam, quam bene hæc argumentatio procederet? Romæ in Tiberi amne inter duos Pontes erecta est statua,

SIMONI. DEO. SANCTO.

Ergo erecta est *Simoni Mago* in Deorum numerum recepto, cur Romani Historici, cæterum satis diligentes & accurati, Historiam illam non retulerunt aut notarunt? proinde fabulis narratiunculam illam accensendam putamus, ejusque esse pretii cujus & hæc de Simone hoc

Mago

Mago Hiſtoriola, *illum nempe magicis artibus, ut ſe Deum probaret, duobus ſuffultum Dæmoniis evolaſſe, Orationibus Apoſtolorum* (Petri & Pauli) *fugatis Dæmonibus, delapſum in terram populo inſpectante fuiſſe diſruptum*, hanc Hiſtoriolam ſic refert Sulpitius Severus Sac. Hiſt. lib. II. Arnobius etiam ejus mentionem injicit lib. II. p. m. L. ſed aliis verbis & paulo aliter ac Sulpitius Severus, & B. Auguſtinus. *Viderunt Romani currum Simonis Magi & quadrigas igneas Petri ore diſflatas, & nominato Chriſto evanuiſſe.* Verum B. Auguſtinus in Sermone de Sanctis hoc modo narrat. *Cum enim Simon ſe Chriſtum diceret, & tanquam Chriſtus ad patrem aſſereret ſe poſſe conſcendere, atque elatus ſubito, magicis artibus volare cœpiſſet: tunc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum & precatione Sancta vicit magicam levitatem, nam velut vinctum eum de ſublimi aëre depoſuit, & quodam præcipitio in ſaxa elidens, crura confregit.* Huic quamvis à S S. Patribus relatæ narrationi Fidem nullam adhibemus, an Romani rerum memorabilium exacti Scriptores & obſervatores, illius rei nullam alicubi mentionem feciſſent, certe omnino, verum quia apud illos tam altum illa de re ſit ſilentium, nunquam tale quid contigiſſe noſtra eſt opinio, etiamſi multi patres illius Hiſtoriæ meminerint. Si itaque tali in re errârint patres, falſa narrantes, cur non etiam B. Juſtino Martyri Fidem denegemus, Simoni Mago ſtatuam fuiſſe erectam. Verum ut ingenue fateamur id, quod Patri huic eveniſſe putamus, dicimus Juſtinum deceptum fuiſſe Inſcriptione illa Romana

SEMONI. SANCO. DEO FIDIO. &c.

quam in baſi ſtatuæ legit aut legi intellexit: erectam itaque ſtatuam illam ſtatuimus Sabinorum Deo: SEMONI SANCO. quam etiamnum hodie exſtare referunt Scriptores quam plurimi. Gruterus Inſcriptionum libro. p. m. XCVI.

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRVM
SEX. POMTEIVS. SP. F.
COL. MVSSIANVS

QVINQTENNALIS.
DECVR
BIDENTALIS
DONVM DEDIT.

Item ex Ful. Urſino quam etiam in notis ſuis ad Cæſarem citavit idem Vrſinus.

SANCTO. SANCO
SEMONI. DEO. FIDIO
SACRVM. PECVRIA.
SACERDOTVM
BIDENTALIVM
RECIPERATIS
VECTIGALIBVS.

Ibidem etiam hanc legimus.

SANCO. FIDIO SEMO PATRI
DE. DECVMA. VICTOR. TIBEI. LVCIVS. MVMIVS.
DONVM
MORIBVS. ANTIQVEIS. PRO. VSVRA. HOC. DARE.
SEMPER
VISVM. ANIMO. SVO. PERFECIT. TVA. OPE. RO-
GANS. TE
COGENDEI. DISSOLVENDEI. TV. VT. FACILIA.
FAXSEIS
PERFICIASQVE. DECVMAM. VT. FACIAT. VERÆ.
RATIONIS
PROQVE. HOC. ADQVE. ALIEIS. DONIS. DES. DIGNA.
MERENTI.

Etiam & hanc ibidem deprehendimus.

SANCO. DEO.
PATR. REATIN.
SACRVM.

Notan-

Notandum igitur, ut S. Patris Juſtini error deprehendatur, Sabinos Italiæ Antiquiſſimos populos, Umbros inter ac Latinos, coluiſſe SEMONEM SANCVM. Hinc B. Juſtinus occaſionem arripuit, affirmandi ſtatuam illam quæ hanc ferebat Inſcriptionem Simoni Mago fuiſſe dedicatam: quod quam bene, imo potius male aſſeruerit, quivis in Romana Antiquitate verſatus, facillime dijudicabit: An non igitur Jure meritoque ſuſpicari & aſſerere liceat, Patrem illum, qui tam craſſe erravit, SEMONEM SANCVM pro Simone Mago accipiens, non potuiſſe decipi ſpuriis & ſuppoſitiis Sibyllarum ſub nomine venditatis verſibus, illis Oracula attribuendo, quæ nunquam ab *illis* promanarunt? nos equidem putamus eum, qui illum, etiam & hunc potuiſſe erraſſe errorem. Quis autem fuerit hic SEMO SANCVS, ex plurimis Scriptoribus addiſcere poſſumus: Dionyſius Halicarnaſſæus ejus meminit, lib. IV. ἐν ἱερῷ Διὸς πίστις, inquit, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγγον καλοῦσιν. S. Auguſtinus in de C. D. lib. XVIII. Cap. XIX. *Sabini etiam Regem ſuum primum, Sangum, ſive, ut aliqui appellant, Sancum, retulerunt in Deos.* Livius libro VIII. Decad. I. p. m. 296. *Vitruvium in carcerem aſſervari juſſit, quoad conſul rediſſet, tum verberatum necari: ædes ejus, quæ eſſent in palatio, diruendas, bona* Semoni Sango *cenſuerunt conſecranda: quod quæris ex eis redactum eſt, ex eo ænei orbes facti, poſiti in ſacello Sangi verſus ædem Quirini.* Ovidius Faſtorum lib. VI.

Quærebam, Nonas Sanco Fidione referrem?
An tibi, Semo Pater, tunc mihi Sancus eris.

Et notandum nonnunquam Sanctum pro Sango ſcribi apud Scriptores, prout conſtat ex Inſcriptionibus, jam jam citatis, & ex Propertii his verſibus L. IV. in voto ad Herculem:

Sancte Pater, ſalve, cui jam favet aſtera Juno
Sancte velis libro dexter ineſſe meo.

Sic etiam Lactantius noſter de Sabinorum Deo *Sanco* loquitur lib. I. de falſa Religione. p. 81. & Silius Italicus:

Ibant & læti pars Sanctum voce canebant
Auctorem gentis: pars laudes ore ferebant

Sabe

Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Paucis ut absolvamus, SEMONIS nomen Justinum fefellit; vir Sanctus conspicato illo nomine statim existimavit Simonem Magum intelligendum fuisse, quippe qui se Θεὸς δύναμιν esse gloriabatur, præsertim se firmo niti fundamento existimavit vir pius, cum & Dei nomen illi *Semoni* tributum videret: verum uti jam supra probavimus, Simon Magus non erat intelligendus, nunquam enim res illas mirabiles à Doctoribus Christianis scriptis relatas Simon ille Magus Romæ peregit. notassent enim illas Scriptores illius seculi, qui plurimas res minoris momenti exacte cum omnibus circumstantiis referunt, & conscribunt: Ex ignorantia significationis vocis SEMONIS hallicinatum fuisse virum Sanctum existimamus. Et quidnam hoc nomine designetur, hoc tempore nemo vix reperiatur qui hoc non sciat: Semonis nomen illo tempore dabatur illis, qui ob meritorum paupertatem cœlo ascribi non debebant, quales erant Vertumnus, Hippona, Priapus, *Semones* dicti quasi semi homines. Affirmat porro B. Justinus Martyr in prima cohortatione ad Græcos p. m. X. & XI. se vidisse reliquias cellularum LXXII. Interpretum, etiam huic fabellæ credidere, Irenæus lib. III. c. 25. Ciryllus & Augustinius lib. XVIII. de C. D. p. m. 441. ut & alii Veteres: verum B. Hieronymus Tom. V. p. m. 500. in Apol. adversus Ruffinum, ridet opinionem illam de LXXII. cellulis interpretum. Imo Tom. II. p. m. 224. dicit, *nescio quis primus Autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo exstruxerit*: tanto lubentius hunc Hieronymi locum allegamus, ut Crassetus Jesuita, Protestantibus infensus esse desinat, si quando Patribus in aliquibus, utpote hominibus errori obnoxiis, non credunt, illisque contradicunt. Notet velim Patrem Pium ac Doctissimum, audere B. Justinium mendacii arguere: etiam & hoc notavit Doctissimus Blondellus B. Iustini σφάλμα, nempe in disputatione sua contra Paganos, (qui referente hoc Origene) Christianos contumelioso & Sarcastico nomine, *Sibyllistas* vocabant, illis opponit Scriptorem suppositium Hystaspem scilicet, cujus scripta nunquam exstiterunt nisi in cerebro illorum qui illa allegarunt aut sub ejus nomine suppositia ediderunt. Allegat item B. Iustinus Martyr Cumææ Sibyllæ

byllæ Oracula, contenditque illam fuiſſe Beroſi filiam, qui Cyro fuit poſterior CCL. annis, obiit enim anno Urbis Conditæ CCXXV. & Regni Tarquinii IV. cui, ut multi memoriæ prodiderunt, Amalthæa quædam caro pretio vendidit ſcripta nonnulla poſtea *Sibyllina* dicta, Romæque per CCCCXL. aſſervata, uſque ad belli Civilis Syllani tempora. Non conſiderans quod, ſecundum Romanorum opinionem communem & vulgarem, Sibylla Cumæa exceperit Æneam, mortuum ſexcentis triginta novem annis, antequam Cyrus occuparet Babyloniam, nec attendens ad illa quæ Pauſanias Scriptor illi fere contemporaneus, refert ex Hyperocho Cumano aliisque antiquis Scriptoribus. Primo quod Sibylla quæ illic loci degit, dicta fuerit Demo. II. Cumæos, nullum, quod oſtenderent Cumæe Sibyllæ Oraculum, habuiſſe. III. Nullam aliam illam anteceſſiſſe, præter Lamiam Neptuni filiam, à Libyæ incolis Sibyllam nominatam, & Herophilem Jovis & Lamiæ filiam, quæ habitavit in Ida monte, Phrygio aliquando in vico Marpeſſo, nonunquam aliis in locis & inſulis IV. Ejus ſepulcrum & epitaphium columnæ inciſum fuiſſe in Troade. V. Erythræos non ſolum velle illam Erythris ex Theodoro paſtore & Nympha Idæa natam, verum etiam Hecubæ ſomnium interpretatam fuiſſe. VI. Quod poſt Demonem Cumanum Hebræi in ſuperiori Paleſtinæ Regione habitantes, meminere Sabbæ filiæ Beroſi & Erymanthæ, cui nomen Sibyllæ Babylonicæ vel Ægyptiacæ datum: VI. Denique quod non attenderit animum ad ipſum titulum, qui docet Oraculorum illorum Scriptorem, fuiſſe uxorem filii Noachi, qui è vivis exceſſit 1697. annis antequam Antiochus Soter Babylonem occupaſſet aut Regni ſedem ſtabiliviſſet, & Beroſus, cujus filiam fuiſſe volunt eo quod ſcriptum ejus illam Babylone oriundam aſſerit, Patris nomine inſigniri potuiſſet. Sic enim loquitur falſa Sibylla circa finem libri primi

— — — — — — ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον μετέπειτ' ὀτ' ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον
Πολλὰ κλυδωνιθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσι ἠδαίρεσιν
Ἠ δ' ἐκυρῷ θ' ἐκυρῇ, ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα

— — — — — — *O gaudia magna!*
Quod ſortita fui, poſtquam diſcrimina mortis

Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris gloſſes, ſoceroque ſocruque.

Et libro III. in fine

— — — ὅτε γὰρ καλεκλύζεσκε κόσμος
Ὕδασι, καὶ τὶς ἀνὴρ μόνος εὐδοκίμησε ἐλείφθη,
Ὑλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ἀπωλώσας ὑδάτεσσι,
Σὺν θηρσὶ, πτηνοῖσι θ' ἵν' ἐμπλησθῇ πάλι κόσμος
Τοῦ μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος αὖτε ἐτέχθην

— — — *Siquidem cum diluueretur*
Mundus aquis, cum vir ſolus probus exſuperavit
Quidam, quem per aquas vexit domus eruta ſylvis,
Et pecudes, & aves, rurſum impleretur ut orbis,
Ejus ego nurus, ejus item de ſanguine nata.

His verſibus evertens omnia illa quæ paulo ante aſſeruerat, dicens: ſe prognatam matre Circe & patre Gnoſto: vel potius Ulyſſe quem patrem notum propter nominis famam, non attendens quod à morte Noachi uſque ad Ulyſſis adventum in montem Circæum octingenti effluxerint anni: Dicit etiam ſe Aſſyria Babylone profectam: tanto magis improprie loquens, quod nondum Babylon tum exſtructa nec ſic nominata ſit, niſi CLIII. annos poſt Diluvium nec Aſſyriæ, ſed Regionis particularis Sennaar nempe, dicta, Aſſyriæ vocata CLXV. demum poſt: hæc Sibyllæ effata legi poſſunt libro III. circa finem.

Καὶ καλέσσι βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδος ἄλλης,
Ἐξ Ἐρυθρῆς γεγαῶτα, ἀναιδέα, οἱ δέ με Κίρκης
Μητρὸς καὶ Γνοσσίου πατρὸς, φήσουσι Σίβυλλαν,

Et paulo ante:

Ταῦτά σοι Ἀσσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ.

Et tamen ex alia Patria me Græcia dicit,
Ex Erythra natum poſitique pudoris. At illi
Matre ferent Circe, Gnoſto me patre, Sibyllam.

Et paulo ante.

Hæc ſunt quæ moneo Aſſyria Babylone profecta.

Imo

Imo tanto palpabilior Oraculorum ſuppoſitio & fraus patet, quod ſe fatetur proſtibulum, quæ alibi ſe pro Dei prophetiſſa venditat: audiamus illam lib. II. p. m. 212.

Αἶ, αἰ. ἐγὼ δειλή, τί χρήσομαι ἤματι τῷδε;
Ἀνθ' ὧν ἡ δύσφρων γε πονησαμένη περὶ πάντων
Ἥλιτον, ἔτε γάμων μεμελημένη ἔτε λογισμῶν.

Eheu me miſeram, quid me illo tempore fiet!
Quæ demens omnes peccatis exſuperarim,
Neſcia conjugii, laudandæ neſcia mentis.

Σὺν δ' αὐτοῖς ἔσται τότε κὴ Θεὸς, ὥς τε διδάξῃ
Ὡς ἐμὲ τὴν λυγρήν, ὅσα γὰρ κακὰ πρόσθεν ἔρεξα,
Εἰδυῖ', ἀλλά τε πολλὰ κακῶς ἐπόνησ' ἀμελήσα;
Μυρία μοὶ λέκτρα, γάμῳ δ' ἀδεὶς ἐμελήθη·
Πᾶσι δ' ἐγὼ παναπτος ἐπήγαγον ἄγριον ὄρκον.
Δουμηχὸς ἀπέκλεισα, κὴ ἐν πρυμολῆσιν ἴσασα,
Γκελὸν εἰς αὐλῶνα Θεῦ φάτιν οὐκ ἐνόησα, &c.

Nec Deus abfuerit illis, qui cuncta docebit,
Ut ſceleratam me, nam quæ ſcelera ante patravi
Prudens, & ſtudio peccandi perdita feci!
Mille mihi lecti, connubia nulla fuerunt,
Jureque jurando quosvis perjura ligavi.
Excluſi tenues & per molliſſima rura
Quoslibet admiſi, magni ſecura Tonantis.

Quid de his judicabit præjudiciis non præoccupatus Lector? annon B. Juſtinus Martyr hæc ſi perpendiſſet, judicare potuit à Spiritu Sancto inſpirata, fœmina & prophetiſſa, non poſſe proficiſci talia ſcelera, Deumque voluiſſe clarius tali ſui ſe manifeſtare quam Viris Sanctis, ſervis ſuis Prophetis. Non poſſum adduci, ut credam, totam hanc uti nunc ſub Sibyllarum nomine circumferuntur, farraginem Juſtino viſam aut lectam. Credere enim non potuiſſet, tam ſordidum pecus, eſſe Dei conſilium, & à Deo animatum. Qua de cauſa non immerito ſuſpicantur viri Docti, Sanctos Patres non habuiſſe illos octo libros Oraculorum Sibyllinorum, qui nunc ſub Sibyllarum nomine

mine circumferuntur: poſſemus ulterius Juſtini in legendis (ſi modo legerit) Oraculis Sibyllinis incuriam indicare, quod non reprehenderit multas Etymologias ridiculas, errores Chronologicos, mendacia contra S. Scripturam, ut & doctrinas illi plane contrarias, ſed poſtea alio loco fieri hoc poterit, vel in commentariis quæ ad Oracula ipſa ſuis locis adjungemus. Verum in eo non ſolum S. Juſtinus reprehenſione dignus cenſendus eſt, ſed omnes quotquot ſunt Patres qui Sibyllarum pſeudo-Oraculis abutuntur iisque ſunt addictiores B. Juſtinus omnium Patrum primus fuit qui Sibyllina Oracula allegavit, ad confirmationem Chriſtianæ Veritatis, hunc poſtea cæteri Patres ſunt ſecuti, nullo inſtituto examine, utrum bene aut male Oracula illa laudarit B. Juſtinus Martyr: patres, qui illo Auctore fidem adhibuere ſuppoſititiis Oraculis, ſunt Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Auctor conſtitutionum Apoſtolicarum, Lactantius, Conſtantinus Magnus Imperator, Euſebius, Optatus, Hieronymus, Auguſtinus, Proſper, Palladius, Soſomenus Junilius aliique B. Juſtino freti ejusque Autoritate ſeducti. Videamus porro quænam enotavit, ex B. Juſtino Jeſuita Craſſetus, ejusque rationes perpendamus. Primus quem ex Juſtino allegat, locus exſtat in λόγῳ παραινητικῷ ſive cohortatione ad Græcos, p. m. XXXIV. ἔσαι ἢ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῶν Σιβύλλης παλαιᾶς ἔκ τινος δυνατῆς ἐπιπνοίας λαβὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκάσης, μανθάνειν ταῦθ' ἅπερ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τῶν τῶ θεοφητῶν διδασκαλίας. ταύτην ἢ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆθαί φασι, Βηρώσου δὲ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα ἔσαν· εἰς ἢ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας οὐκ οἶδ' ὅπως λαβόσαν ἐκεῖ τὰς χρησμὰς ἐξαγορεύειν ἐν τινὶ Κυμαῖ ἔτω καλουμένῃ πόλει. ἔξ σημείοις διεχώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θέρμα τῆς Καμπανίας εἶναι συμβαίνει· ἐθεασάμεθα ἢ ἐν τῇ πόλει γινόμενοι καί τινα τόπον, ἐν ᾧ βασιλικὴν μεγίστην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἔγνωμεν, πρᾶγμα μέγιστον, καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον, ἔνθα τὰς χρησμὰς ἀπαγγέλλειν οἱ ὡς τὰ πάτρια παραληφότες παρὰ ἑαυτῶν προγόνων, ἔφασκον. ἐν μέσῳ ἢ τῆς βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμένας ἐκ βάθρου ἐξεσμένας λίθους. ὧν πληρουμένων ὕδατος, λέγεσθαι ἐν αὐταῖς ἔλεγον, καὶ σάλην ἀναλαμβάνουσαν, εἰς τὸ ἐνδότατον τῆς βασιλικῆς βαδίζειν οἴκην ἐκ βάθρου ἐξεσμένου λίθου· καὶ ἐν μέσῳ δὲ οἴκου καθεζομένου ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος καὶ θρόνου, ἔτω τὰς χρησμὰς ἐξαγορεύειν. ταύτης ἢ τῆς Σιβύλλης ὡς χρησμῳδοῦ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μέμνηνται, καὶ Πλάτων ἐν τῷ

Φαίδρῳ.

φαίδρῳ. Hoc eſt, *Perfacile autem vobis erit, rectam Religionem ex parte aliqua, & ea quæ proxime ad Prophetarum accedunt doctrinam, à veteri Sibylla ex afflatu quodam mirifico per ſortes ac reſponſa vos docente, percipere. Hanc Babylone ortam, Beroſi, qui Chaldaicam Hiſtoriam ſcripſit, filiam, ad Campaniæ oras neſcio quomodo pervenisſe ferunt; ubi reſponſa dedit, in urbe cui Cumæ nomen eſt, ſexto à Baiis (qui locus thermas Campanas habet) lapide. Vidimus ſane, ea in urbe cum eſſemus, locum quendam: ubi Baſilicam ingentem uno fabrefactam ſaxo conſpeximus; rem profecto maximam, & admiratione omni dignissimam: ubi Oracula eam edidiſſe, qui res patrias majoribus ſuis quaſi per manus traditas acceperant, affirmabant. In media autem Baſilica nobis illi oſtenderunt tria ſolia ex eodem exciſa lapide: quibus aqua repletis lavaſſe ibi eam, & ſtola ſumta in penitiſſimam ſe Baſilicæ ædem eodem exſtructam ſaxo, abdere, atque in media ea æde ſuper ſublimiore gradu & throno conſidere ſolitam, & ſortes ad eum modum promulgaſſe dixerunt. Hujus Sibyllæ tanquam fatidicæ cum permulti meminere ſcriptores, tum etiam Plato in Phædro.* Et ibidem paulo poſt: αὕτη γὰρ, ὡς ὥσπερ οἱ ποιηταὶ, τὰ μὲν μετὰ τὸ γεγράψαι τὰ πιήματα, ἔχειν ἐξουσίαν διορθοῦσθαι, καὶ ἐπιξέειν μάλιστα ἄρχῃ τῷ τῆς μέτρων ἀκριβείαν· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ τῆς ἐπιπνοίας καιρῷ, τὰ τῆς προφητείας ἐπλήρου· παυσαμένης δὲ τῆς ἐπιπνοίας, ἐπέπαυτο καὶ ἡ τῶν εἰρημένων μνήμη. τοῦτ' οὖν αἴτιον καὶ μὴ πάντα τὰ μέτρα τῶν ἐπῶν τῆς Σιβύλλης σώζεσθαι· αὐτοὶ γὰρ ἐν τῇ πόλει γιγόμενοι, ταῦτά τε προειρημένων μεμαθήκαμεν, τῶν καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ἡμῖν ἐπιδειξάντων, καὶ φανὸν πινα ἐκ χαλκοῦ καλεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. ἔφασκον δὲ μὴ πάντων ὧν διηγοῦντο καὶ τοῦτο, ὡς ταῦτά τε προγόνων ἀκηκόοτες, ὅτι ἐκλαμβάνοντες τὰς χρησμὰς τοιαῦτα, ἐκ τοῦ παιδεύσεως ὄντες, πλαχοῦ τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον· καὶ ταύτην ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τῆς μὲν χρησμῳδοῦ μὴ τὸ πεπαῦσθαι τῆς καλοχῆς, καὶ τῆς ἐπιπνοίας, μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων, τῶν δὲ ὑπογεγραφέων δι' ἀπαιδευσίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπλωκότων. Hoc eſt ex Iohannis Langi Interpretatione. *Huic enim haudquaquam, ſicuti poëtis, etiam poſtquam poëmata ſcripſere, facultas fuit corrigendi atque expoliendi reſponſa ſua juxta exquiſitiorem numerorum & dimenſionum carminis rationem: ſed in ipſo afflatus tempore ſortes illa ſuas explebat: & evaneſcente inſtinctu ipſo ſimul quoque dictorum memoria evanuit. Atque hæc ipſa cauſa eſt, quamobrem non omnes carminis numeros Sibyllæ ſervent oracula; quin ipſi quoque, cum in ea urbe eſſemus, indicibus, qui ad ea*

quæ viſenda ſunt ducere ſolent, oſtendentibus, qui nobis loca etiam in quibus illa eſt vaticinata, commonſtrarunt, vidimus loculum quendam ex ære elaboratum, ubi reliquias ejus ſervari dicebant. Inſuper inter alia omnia quæ indices iſti expoſuerunt, illud quoque fuit: à Majoribus ſe audiviſſe, quod qui reſponſa ab Oraculo excipiebant, quia tum ab eruditione alieni fuiſſent, multoties in accuratiore numerorum obſervatione erraverint: & proinde iſtam illi carminum quocundam inconcinnitatis attulerunt cauſam, quod cum Vates ipſa, mentis emotione & afflatu libera, dictorum ſuorum memoriam non retinuerit: tum, qui Oracula ſcripto mandabant, propter imperitiam, numerorum obſervandorum accurata ratione exciderit. Etiam ſequentia ex ad Græcos cohortatione deſcripſit verba Loyolita Craſſetus, tanquam ſuæ cauſæ faventia: Πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ Ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἐν πιηλινοῖς μέτροις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ ἐν τῇ παρ' ὑμῖν δοκιμάσῃ παιδοῦσῃ, ἀφέμενοι λοιπὸν τῶν μέτρων καὶ λόγων ἀκριβείας, τοῖς ὑπ' αὐτῆς εἰρημένοις ἀφιλονείκως προσέχοντες, γνῶτε πόσων ὑμῖν ἀγαθῶν αἰτία ἔσται, τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν σαφῶς καὶ φανερῶς προαγορεύσασα· ὃς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων λόγος ἀχώριστος δυνάμει, τὸν καθ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἄνθρωπον, τὸν τῶν ἀρχαίων ἡμᾶς προγόνων ἀνέμνησε θεοσεβείας. ἵνα οἱ ἐξ αὐτῶν γεγόμενοι ἄνθρωποι καταλιπόντες, διδασκαλίαν βασκάνου Δαίμονος, δι' ἣν τὸν τῆς μὴ θεῶν ἐτερόπησαν θρησκείαν. εἰ δέ τις ὄκνος ὑμῖν ἐνοχλεῖ πίστεως περὶ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου πλάσεως, πείσθητε τούτοις, οἷς ἔπι προσέχειν οἴεσθε δεῖν, καὶ γνῶτε ὅτι τὸ παρ' ὑμῖν χρησήριον, ἀξιωθὲν ὑπό τινος ὕμνον τοῦ παντοκράτορος ἀνδρὸς θεοῦ, ἔτως ἐν μέσῳ τοῦ ὕμνου ἔφη,

Οὗν πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ ἣν καλέσας.

καὶ τοῦτον σώζεσθαι τὸν ὕμνον πρὸς πολλοῖς ὧν ἴσμεν συμβαίνει, εἰς ἔλεγχον τῆς μὴ πειθέσθαι τῇ ὑπὸ πάντων μαρτυρουμένῃ ἀληθείᾳ βακχομένων. εἰ τοίνυν, ὦ Ἄνδρες Ἕλληνες, μὴ προσηκοτέραν ἡγεῖσθε τὴν ὑμῶν σωτηρίας ἢ περὶ τὴν μὴ ὄντων θεῶν ψευδῆ φαντασίαν, πείσθητε, ὥσπερ ἔφην, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σοφωτάτῃ παλαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, περὶ μὲν τῶν λεγομένων θεῶν, ὡς μὴ ὄντων, ἀπὸ παντὸς δυνατὴν ἐπιπνοίας ἀφ' ἑρμηνῶν ὑμᾶς διδασκέσθω· περὶ δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μελλόσης ἔσεσθαι παρουσίας, καὶ περὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μελλόντων σαφῶς καὶ φανερῶς προαναφωνούσῃ. Hoc eſt, ex ejusdem Langi ſuperius laudati interpretatione: *porro cum non in poëticis numeris neque*

in ea quæ apud vos clara habetur eruditione, viri Græci, res veri cultus Dei ſint ſitæ: relicta deinceps carminum & Orationum exquiſita ratione, ad dicta Sibyllæ, citra contentionis ſtudium, animadvertentes, cognoſcite tandem, quorum vobis illa bonorum futura ſit conciliatrix, Servatoris noſtri Jeſu Chriſti adventum diſertis verbis clare prædicens: qui cum Dei ſit verbum virtute ac potentia ab eo indiſcretum, homines qui juxta imaginem & ſimilitudinem Dei conformatus eſt, aſſumpto, ad memoriam nos priſcorum parentum noſtrorum Religionis revocavit. Quam qui ex eis prognati ſunt immortales relinquentes, invidi Demonis inſtructu, ad eorum qui dicuntur, & non ſunt, utpote falſorum Deorum, delapſi ſunt cultum. Quod ſi vos addubitatio aliqua conturbat, quominus creationi hominis credatis: eis duntaxat fidem habete, quorum vos Auctoritatem ſequi debere exiſtimatis: ac ſcitote, Oraculum veſtrum à quopiam, ut hymnum & laudem omnipotentis ederet Dei rogatum, ſic illud in medio hymno cecinisſe:

Quem primum finxit mortalem, dixit Adamum.

Atque Hymnus hic à multis qui mihi noti ſunt, aſſervatur, ad eos coarguendos, qui omnium teſtificatione confirmatæ Veritati credi nolunt. Itaque viri Græci, ſi falſam de eis Diis imaginationem ſalute veſtra antiquiorem non habentis: credite ſicut dixi, antiquiſſimæ & priſcæ admodum Sibyllæ, cujus libri in univerſo exſtant orbe de eis qui dicuntur, non ſunt autem, Diis, mirifico quodam præpotentis Numinis afflatu ſortibus vos datis docenti: de futuro autem Servatoris noſtri Jeſu Chriſti adventu, ac de rebus ab eo gerendis, liquido & aperte vaticinanti. Locum autem palmarium & maximi momenti, ſententiæ ſuæ firmandæ eſſe putat Craſſetus Loyolita, illum quem legimus apud eundem S. Iuſtinum in ſecunda pro Chriſtianis Apologia, p. m. 82. Κατ' ἐνέργειαν τῶν τοῦ φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὠρίσθη καὶ τοῖς τοιούτοις, ἡ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως μὴ δι' αὐτῶν φόβῳ ἀποτρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοὺς ἢ δυναδίονται κατέχωσιν. ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν ποιῆσαι. ἀφόβως μὲν γὰρ ἐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιτάμνοι πᾶσιν δύαρεστα φανήσεσθαι· κἂν ὀλίγοις ἢ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα· ὡς γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ σπεύδομεν καὶ τὸν ἀμοιβὸν ἕξομεν. Hoc eſt ex interpretatione Langi. *Opera autem & inſtinctu malorum Dæmonum mortis ſupplicium adverſus librorum Hyſtaſpis aut Sibyllæ aut Prophetarum lectores con-*

conſtitutum eſt, ut per timorem homines ab illis, quo minus ſcripta ea legentes rerum bonarum notitiam percipiant, ſed in ſervitute eorum retineantur, abſterreantur. Quod certe quidem efficere, & ad finem ſuum perducere nequiverunt. Non enim absque timore tantum hujusmodi ſcripta legimus, verum etiam vobis ad inſpiciendum quæ in eis traduntur, ut videtis, offerimus, grata acceptaque omnibus fore ſcientes. Atque hoc etiamſi paucis perſuaſerimus, maximum tamen indeferemus lucrum. Nam ut boni Agricolæ, amplam à Domino capiemus mercedem. Nunc autem perpendamus, quid hiſce Juſtini verbis Jeſuita Craſſetus concludere intendit: primo dicit, hoſtem Sibyllarum fateri, quod ſi earum *libri* XX. tantum annis extitere ante S. Juſtinum, tum illos exſtitiſſe ante Servatoris Jeſu Chriſti adventum quoniam non ſit probabile ſuppoſitos fuiſſe illos libros, à quopiam Apoſtolorum diſcipulo, quid hoc ſermone ſibi velit Craſſetus ipſe videat: ſaltem nihil ex illo extundi poſſe judicamus, niſi hoc quod ex hoſtis Sibyllarum ſententia, Sibyllina Oracula extiterint ante Servatoris noſtri adventum: quod illi facile concedi poſſe exiſtimamus, ſi modo per illa intelligamus vera illa Paganorum Oracula olim etiam ante natum Chriſtum à XV viris inſpecta, & Romanorum fata continentia, verum ſi Craſſetus intelligit de illa farragine quæ nunc VIII. *libris* comprehenſa circumfertur, falſiſſimam fovet ſententiam, quomodo *Jeſuita* nobis probabit, etiam ante *Chriſti* tempora in *octo* libros Oracula illa fuiſſe congeſta, imo *illa de* adventu Servatoris & ſalute per illum acquirenda prædixiſſe? nunquam hoc præſtiterit Craſſetus. Sed de illis poſtea latius. Imo poſito, verum non conceſſo, de Adventu Servatoris exſtitiſſe aliquot prædictiones etiam ante Chriſtum natum, an inde ſequitur eo quod ſub Sibyllarum nomine circumferuntur, illas à Sibyllis illis pagans diabolico ſpiritu actis, aut Paganorum Prophetiſſis profectas? nullo modo. Judæi enim, qui Meſſiam exſpectabant, talia Oracula potuerunt confingere & legatis qui undiquaque Sibyllina Oracula conquirebant, pro veris mercibus divendere; & quod attinet circumſtantias de Chriſti Nativitate, à Maria Virgine profecturum, de Baptiſmo in flumine Jordane, aliisque per Euangeliſtas ſcripto conſignatis, putamus illa conſcripta ſive à Chriſtiano ſive ab alio qui Euangelia legit: illaque fuiſſe prædicta poſt eventum, hoc eſt pro prædictionibus fuiſſe venditata, etiamſi poſtquam res illæ accidiſſent ſint compoſita, non exiſti-

mamus

mamus hos octo libros non ab uno impostore, sive is fuerit Hermes vel Hermas vel quispiam alius, de hoc nunc non inquirimus, sed à pluribus fuisse compositos, hoc est modo hunc modo illum de Sibyllinis Oraculis gloriatum fuisse, ac cerebri sui inventa pro veris mundo obtrusisse, quamvis conscium se illa finxisse & somniasse: verum de illis postea amplius. Dicit porro Crassetus D. Blondellum de fraude illa suspicari Hermam fratrem Papæ Pii primi, & inde sequi, quod Sibyllini libri tantum quinque aut ad summum decem annis S. Justini scriptis antiquiores sint habendi: quod absurdum Crasseto videtur, utpote qui non fieri potuisse existimat, ut liber qui idololatriam profligat, Religionemque Christianam asserit & confirmat, sex annis tantum ante Justini scripta fuerit conscriptus, ac S. Justinus impostorem illum non deprehenderit, imo Imperatori ausus sit S. Justinus offerre librum sex tantum annorum, pro scripto quod ante mille annos exstitisse credi volebat. Et si S. Justinus sibi imponi passus sit, cur Athenagoras Philosophus S. Justino coævus, impostorem illum non agnovit & S. Patrem non monuit de fraude? cur ipse tanta cum fiducia Sibyllina citat Oracula? verum pater Crassete, quod tam absurdum tibi videtur, illud non adeo culpandum, supponis enim libros hos Sibyllinos quos nunc habemus, S. Justini tempore exstitisse, illo ordine digestos, & in publicum emissos, quod falsissimum est, nec unquam probare poteris, postea nobis dabitur inquirendi occasio, quo tempore, diversa illa diversarum illarum Sibyllarum Oracula in libros VIII. fuerint congesta, tempore itaque S. Justini plurima sub Sibyllarum nomine volitabant Oracula, quorum apographa viri Docti mutuo tradebant describenda, vel descripta communicabant, sed octo illos libros tali, quali nos nunc habemus, ordine fuisse dispositos, ac publici Juris factos hoc nos negamus: S. Justini tempore ita non exstabant, quod Jesuita non supponere debebat, verum validis rationibus probare & confirmare. Potuit quidem habere nonnulla Oracula sub Sibyllarum nomine vulgata S. Justinus, sed inde non sequitur, illum habuisse integros Sibyllarum libros prout illi nunc exstant, atque ex illis descripta Imperatori obtulisse. Imo, nunquam talia Oracula de Christo, prout nunc in pseudo-Sibyllarum libris leguntur, in Paganorum exemplari fuisse lecta aut inserta, nostra est sententia. Libri enim illi quos Romani asservabant nihil præter Romanæ gentis fata, Idololatriæ præcepta, & cultus

idololatricos continebant, prout ex Scriptoribus Gentilibus constat: qui quoties libros illos fuisse inspectos notant, semper vel saltem plerumque referunt cultus idololatricos falsis Diis fuisse decretos. Imo etiam si tales prædictiones quales Crassetus vult in Paganorum exemplari repertas fuisse, exstitissent, an inde sequetur à Sibyllis Paganis dictatas & pronuntiatas? an non potuerunt à Judæis aliisque, Legatis, pro Oraculis Sibyllarum divendi, illa vel talia quorum ipsi essent Auctores? certe hoc fieri potuisse cum Doctissimo D. Vossio in tractatu de Sibyllis, existimanus, & quamvis Legati Oracula emptum missi, putarint sinceras se invenisse merces, attamen falli potuerunt, imo successu temporis constitit, quam plurima Oracula sub Sibyllarum nomine evulgata, non fuisse genuina. Testantur enim Historici gentiles, aliquot millia Oraculorum supposititiorum fuisse combusta. Audiat Jesuita Suetonium in Octavio, Cap. XXXI. *Pontificatum Maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit, quidquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis Auctoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.* Adeat etiam Crassetus C. Tacitum lib. VI. annalium & deprehendet, illo tempore obtinuisse, ut quæ sub Sibyllæ nomine circumferebantur, priusquam pro genuinis reciperentur, æstimarentur. Addit porro Tacitus, *simul commonefecit, quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum quem intra diem ad prætorem urbanum deferrentur, neque privatim habere liceret. Quod à Majoribus quoque decretum erat, post exustum sociali bello Capitolium, quæsitis Samo Ilio Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibyllæ, una seu plures fuere, datoque Sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere igitur nunc quoque notioni quindecim-virum is liber subjicitur, &c.* Si igitur & ipsi Gentiles non receperunt aut admiserunt omnia illa Oracula quæ sub Sibyllarum nomine circumferebantur, & pro sinceris obtrudebantur, sed prius à Quindecim-viris erant æstimanda. Constat ergo sicut ante Justini tempora falsa Oracula sub Sibyllarum nomine venditabantur, sic etiam S. Patris ævo potuisse, imo factum fuisse pro certo affirmamus in illis quæ de Christo & Christianis mysteriis clariora proferunt quam ipsi Prophetæ fuere vaticinati: Justinus itaque nimis avide arripuit

illa

illa falso Sibyllæ adscripta Oracula sibique imponi possus est, debito Oraculorum illorum examine non instituto, vel potius neglecto. Si enim Doctissimus pariter ac Sanctissimus Pater, prædictiones illas cum S. Scripturæ Prophetiis *contulisset*, *nunquid credere* potuisset Deum Fœminis energumenis plus *Prophetici luminis* dedisse quam Sanctis suis Prophetis? & à diabolo proficisci potuisse adhortationes ad fugam & abominationem cultus idololatrici, ad virtutes & vitam vere Christianam, imo si Clementi Alexandrino Fides sit habenda, clarius, Dei filium *in Sibyllinis* Oraculis manifestari quam in S S. Prophetarum *scriptis*? existimat: sed credat hoc Judæus Apella. Verum *regerit* Crassetus, cur Athenagoras Philosophus, B. Justino coævus, *virum* Sanctum de fraude & suppositione non monuit? & cur ipse tanta cum fiducia Sibyllarum allegat testimonium? hoc tibi hario*landum* relinquo Crassete Pater; novimus etiam Athenagoram, mentionem facere Sibyllæ, de Diluvio loquentis, in legat. pro Christianis p. m. XXXIV. Sed præcipua Christianæ Religionis capita ex Sibyllarum testimoniis prolata, & probata apud Athenagoram non invenimus, cur de fraude, non moneret, quippe qui ignoravit Sibyllarum testimonium, de Christo & mysteriis Euangelicis innuens, quandoquidem nunquam tales prædictiones à Prophetissis diabolicis *sunt profectæ*, nec profuciscí potuerunt, *& si illi innotuit* exstitisse *Sibyllas*, (uti ipsi innotuisse nollem negare) si modo de Paganis idololatriam *inculcantibus*, *intelligamus*, non tamen inde sequitur ipsi innotuisse *talia testimonia*, uti diximus de Christo & mysteriis Euangelicis: quid tu Crassete Pater, tam audacter affirmas, Athenagoram citasse de Christo, &c. Sibyllæ testimonium, non putem tibi unquam lectum, imo nequidem visum Athenagoram. Si enim legisses aut vidisses, non ausus fuisses scripto consignare illum citasse Sibyllas testes, nullibi enim apud Scriptorem nitidissimum pariter ac doctissimum, exstat Sibyllæ testimonium tale, quale probandum susceperas; usi fuimus in perlustrando illo Auctore, editione Parisiensi, & Papistica Claudii Sonnii, anni M DC XXXVI. Dic sodes! mi Pater! ubi testimonium Sibyllarum de mysteriis Christianis apud Athenagoram *legeris*, eodem successu hoc fiet quo tu probas testimonia de Christo, &c. à Paganis Sibyllis orta & prolata, argumento è Theophilo, sexto post Petrum Antiochiæ Episcopo, desumpto: sic enim

loquitur Theophilus, inquit Craſſetús, ἔτι δὲ καὶ τοὺς προφήτας ἐκλέγεσθαι ἐν Ἑβραίοις ἀγεγράμμαλοι καὶ ποιμένες καὶ ἰδιῶται. Σίβυλλα δὲ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γνωμένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ἀνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, λέγουσα.

Ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες·
Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοβεῖσθε θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν
Ὕψιστον, γνώστην πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων, &c.

Cæterum Prophetæ illi, quorum mentio facta eſt, fuere inter Hebræos illiterati, paſtores & idiotæ. verum etiam Sibylla Græcorum & reliquarum Gentium Prophetiſſa, in principio ſuæ Prophetiæ invehitur in mortalium genus, dicens:

Viri mortales & carnei, nihil exiſtentes
Quomodo ſtatim exaltamini, vitæ finem non inſpicientes?
Nec contremiſcitis nec timetis Deum inſpectorem veſtri,
Altiſſimum cognitorem & omnium ſpeculatorem, teſtem omnium.

Quid hinc extundere anniteris Craſſete Pater? an ex hac allegatione probas quod probandum ſuſceperas, nempe prædictiones illas de Chriſto aliisque myſteriis Euangelicis, quas in octo illis libris, qui nunc ſub Sibyllarum nomine exſtant, deprehendimus, à Paganis Sibyllis, Fœminis furioſis, & diabolicis prophetiſſis profectas eſſe non credo Pater Craſſete, te hoc credere: quænam enim quæſo hæc eſt conſequentia? Theophilus lib. II. ad Autolycum citat aliquot verſus qui hodie in Sibyllinis Oraculis lib. I. leguntur, ergo prædictiones de Dei filio, de Meſſia, de Rege venturo, de filii Dei incarnatione aliisque Fidei articulis, à Sibyllis Gentilibus fuere denuntiatæ. Vides quam miſere argumenteris, mi Pater Craſſete! Hinc tantum concludere potes, Theophilum habuiſſe verſus nonnullos Sibyllæ attributos, & tum temporis ſub illius nomine vulgatos, imo Theophilum credidiſſe verſus quos citat, à Sibyllis fuiſſe dictatos ac prolatos, ſed an ideo fidem meretur Theophilus, quia illud credidit? an nos tenemur credere quidquid Theophilus credidit, & an ideo verum eſt quia ille credidit & αὐτὸς ἔφα? Sic Craſſete Pater, nobis Sanctos Patres pro infallibilibus obtruderes, & SS. Prophetis & Apoſtolis æquales redde-

redderes : quod nec ipsi Patres voluere nec talem unquam Autoritatem sibi arrogarunt, optima est S. Augustini in hanc rem sententia lib. II. contra Cresconium Grammaticum Cap. XXXII. *Ego hujus Epistolæ Autoritate non teneor, quia literas Cypriani non ut Canonicas habeo, sed eas ex Canonicis considero, & quod in iis Divinarum Scripturarum Auctoritati congruit, cum laude ejus accipio, quod autem non congruit, cum pace ejus respuo. Ac per hoc si ea quæ commemorasti ab illo ad Jubaianum scripta de aliquo Apostolorum vel Prophetarum canonico recitares, quod omnino contradicerem, non haberem: nunc vero quoniam canonicum non est, quod recitas, ea libertate ad quam nos vocavit Dominus, ejus viri cujus laudem consequi non valeo, cujus multis literis mea scripta non comparo, cujus ingenium diligo, cujus ore delector, cujus Charitatem miror, cujus Martyrium veneror, hoc quod aliter sapuit, non accipio.* Eodem fere modo S. Hieronymus Epist. LXII. *Scio me aliter habere Apostolos, aliter reliquos tractatores: illos semper vera dicere, istos in quibusdam ut homines aberrare.* Errat igitur Theophilus si putat illos versus à Sibylla Pagana ortos, non enim illa ut Pagana, in animum induxit ut mortales à cultu idololatrarum absterreret, & quamvis Crasseto daremus, à Sibyllis Gentilibus dictatos fuisse hos versus à Theophilo citatos, an inde sequeretur prædictiones illas de filii Dei Incarnatione, de passione Servatoris, &c. à Sibyllis illis Paganis profectas fuisse? certe haud credimus : vides itidem Crassete Pater, ex S. Augustini loco supra laudato, etiam ipsos Patres non adeo se devinctos credere SS. Patribus, ut quidquid illi scripserint, approbent. Verum rogat Blondellum Crassetus, quomodo fieri potuerit ut tres illi viri docti, Justinus, Athenagoras & Theophilus decepti fuerint, accipientes pro Manuscripto mille annorum poëma ante quinque aut sex annos tantum confictum : respondemus Pater Crassete, tres viros hos doctos, homines, ideoque nihil ab illis humani alienum fuisse, errare ut homines potuerunt, imo etiam errarunt in multis, uti de Justino fuit demonstratum supra, & si nunc vacaret nævos Athenagoræ conquirere, luce meridiana clarius pateret ipsum erroribus fuisse obnoxium, quid tu Crassete ? nunquid, Athenagoræ opinionem laudas, Deo generalem providentiam, Angelis autem specialem tribuentis? p. m. XXVII. de libertate arbitrii humani circa virtutes & vitia non loquar, quandoquidem tu ejus hac de re sententiam non improbas, utpote

Pelagianiſmo addictus & favens. Sed velim hanc Scripturæ ſacræ expoſitionem perpendas, quando eadem p. m. XXVII. docet Angelos à ſtatu ſuo defeciſſe, utpote captos amoribus virginum & libidine carnis accenſos: ipſum vero Principem, tum negligentia, tum improbitate circa procurationem ſibi concreditam. Quid Patri Craſſeto videtur, de hac Athenagoræ ſententia, quando, in Legatione pro Chriſtianis, vocat ſecundas nuptias decorum quoddam adulterium? Theophilum etiam erraſſe patet ex ipſius ſcriptis, dicit vocem Sabbathum Græce *redditum* ſignificare, diem Septimum: ad Autolyc. lib. II. p. m. 91. ibidem p. m. 94. ſcribit, tres dies, qui præceſſere creationem trium luminarium, Trinitatis myſterium Sacro Sanctum repræſentare, videlicet, Deum, Sermonem, Sapientiam. Vocem quam Adamus in Paradiſo audivit, putat Dei fuiſſe filium p. 100. ibidemque valde indecenter & ἀκυρολόγως de filii Dei Æternitate loquitur & paulo poſt p. 101. & 103. docet hominem à Deo fuiſſe creatum nec totum mortalem, nec totum immortalem, cum tamen certum ſit Deum hominem ad immortalitatem, quamvis conditionaliter condidiſſe: vides igitur Craſſete Pater Athenagoram, Theophilum ut & Juſtinum erraſſe, erroribusque fuiſſe abnoxios, ideoque non adeo ſtandum eſſe Doctorum illorum judiciis quaſi falli neſciis. Si Papiſtici chori primipilos & principes heic adducere vellemus, conſtaret etiam illos erraſſe, & opinionibus non recipiendis faviſſe: unicum Cardinalis Baronii lubet adducere exemplum. Dicit enim Sibyllas prophetiæ dono decoratas à Deo propter Virginitatem, imo Virginitatē & puritate donum illud fuiſſe meritas, quamvis ipſa Sibylla profiteatur ſe meretricum gregi annumerandam, atque hac de cauſa ſe Dei exhorreſcere Judicium. nunc autem, Craſſeti modo, rogabo, quomodo fieri hoc potuit ut vir tantæ ſapientiæ & doctrinæ decipi potuetit, quid reſponderi poterit, niſi illum fuiſſe hominem errorique obnoxium præjudiciisque occupatum? Si porro Chriſtiani, inquit Jeſuita Craſſetus, ſe ſplendore imaginariarum prophetiarum occæcari paſſi ſunt, quo pacto fieri potuit, ut infideles, qui ſe hiſce prophetiis profligatos videbant, & quos inter magna exſtabat, Doctorum virorum turba, qui Chriſtianorum libros quotidie maxima cum attentione, animique malitia, examinabant & legebant, ut non deprehenderint fucatum hunc poetam, nomenque ejus publicarint, & cur non invehantur con-

contra Christianos, utpote falsis & suppositiis Prophetiis Religionem Christianam tuentes: verum Pater Crassete, illud quod ab infidelibus factum negas, maxime præstiterunt, exprobrarunt enim Christianis se suppositiis Prophetiis causam suam voluisse promovere, & ab ipsis illa carmina fuisse conficta, teste vel ipso Lactantio, alias Sibyllarum patrono summo. Sic enim loquitur libro IV. de Vera Sapientia Cap. XV. *His testimoniis quidam revicti, solent eò confugere, ut ajant, non esse illa carmina Sibyllina, sed à nostris conficta, atque composita*, ad hunc locum ὡς ἐν παρόδῳ lubet annotare quod Crassetus Jesuita p. CXIV. audeat sustinere Lactantii hoc testimonium exstare lib. IV. de vera Sapientia Capite quinto, cum reperiatur Capite XV. unde merito suspicionem injicit Loyolita, Lactantium ipsi non fuisse lectum, hoc σφάλμα Crasseto potuisset condonari si Ciffris, ut loquuntur, Caput designasset, potuisset culpam in Typographum rejicere, utpote qui pro 15. 5. aut hoc modo pro XV. V. tantum posuisset, omnisso numero denario: sed hoc allegare non potest, quoniam Gallice sic locutus est. *Voici comme il* (de Lactantio loquens) *explique leur sentimens au livre qu'il a fait de la vraye Sageſſe Chapitre cinquieme.* Dicere debuisset *quinzieme.* Sic etiam B. Justinus in Apolog. fatetur, se paucis potuisse persuadere illa quæ ex Sibyllis & Prophetis attulerat testimonia, Κἂν ὀλίγοις ᾖ πείσωμεν: *atque hoc etiamsi paucis persuaserimus.* Sic etiam Eusebius: ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπιστοῦσιν, καὶ ταῦθ' ὁμολογοῦντες ἐρυθραίαν γεγονέναι Σιβύλλαν μάντιν. ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν ἡμετέρας θρησκείας, ποιητικῆς μοίσης οὐκ ἄπειρον τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθευσαμένην αὐτὰ καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγοντας, ἔχοντα βιωφελεῖς γνώμας, πλῆθος τε ἡδονῶν ἀφαιροῦσαν ἐξουσίαν, καὶ ἐπὶ τὸ σώφρονά τε καὶ κόσμιον βίον ὁδηγοῦσας. *Sed multi homines non credunt, idque confitentes fuisse Sibyllam Vatem Erythræam: suspicantur autem quendam nostræ Religionis, non expertem Poëticæ Musæ, ista carmina composuisse, esse suppositicia & Sibyllæ Oracula dici, habentia sententias utiles ad vitam, multam voluptatum licentiam amputantes ducentesque ad vitam sobriam & bene compositam.* Audiamus etiam quid dicat hac de re & testetur Celsus apud Originem lib. VII. Νῦν δὲ παρεγγράφειν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βράσφημα εἰκῇ δύναται, *nunc vero hujus carminibus temere inseruistis multa maledica.* Hanc Celsi objectionem magis suæ opinioni favere dicit Crassetus, quam D. Blondello, quoniam duo hæc continet, inquit, quod

I. quod tantum libris Sibyllinis deferrent honorem, Doctores primitivæ Ecclesiæ, ut potius Dei filiam vocare debuerint Sibyllam, quam Jesum Christum Dei filium. II. Pagani, inquit, non accusant Christianos quod librum Sibyllarum suppositum fuissent, sed saltem quod nonnulla maledica de Diis eorumque Originibus, scriptis illis inseruissent, quod Blondello adversatur qui vult octo illos libros quos nunc habemus plane esse suppositios. Respondemus Crassete, errare te quam plurimum, si putas Celsum Sibyllam pro Dei filia voluisse obtrudere Christianis, sed vult Christianos redigere ad absurdum, nempe pro Dei filia Sibyllam non habendam nec fuisse habitam. *Hæc enim Celsi mens, uti vos Sibyllam non fuisse Dei filiam creditis, nec illam pro tali habetis, etiamsi multa, secundum opinionem vestram, prædixerit de mysteriis vestris, sic nos etiam Jesum vestrum pro Dei filio non agnoscimus, an igitur hæc Celsi objectio Crasseto favet, numquid hæc propositio ostendit, Sibyllas tanti habitas à Patribus primitivæ Ecclesiæ, ut Paganis dederint occasionem concludendi pro Dei filia habendam esse Sibyllam secundum Christianorum sententiam?* Ad secundam quod attinet objectionem: respondemus mentem Celsi non esse pro genuinis velle agnoscere octo hos quos nunc habemus sub Sibyllarum nomine libros, & nonnulla à Christianis inserta fuisse maledica, verum Christianos pro virili inseruisse illas spurios *libros*, aut saltem laborasse, ut inter veros Sibyllinos libros agnoscerentur: verum ad hanc Calumniam sic respondet Origenes inquit Crassetus, Εἶτ', οὐκ οἶδ' ὅπως ἐβούλετο ἡμᾶς μᾶλλον, Σιβύλλαν ἀναγορεῦσαι παῖδα Θεοῦ ἢ Ἰησοῦν, ἀποφηνάμενος, ὅτι παρενεγράψαμεν, εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ ἢ βλάσφημα. ἢ μὴ ἀποδείξας μήδ' ὅ τι (vel ut alii legunt ὅτι) παρενεγράψαμεν: ἀπέδειξε δ' ἂν, εἰ τὰ ἀρχαιότερα καθαρώτερα ἐδείκνυε, ἢ οὐκ ἔχοντα ἅπερ οἴεται παρεγγεγράφθαι μὴ ἀποδείξας ἢ μήδ' ὅτι βλάσφημά ἐστι ταῦτα. *Deinde nescio quid ei venit in mentum, ut censeret Sibyllam à nobis potius quam Jesum appellandum Dei filium, asseverans, nos multa ejus versibus maledica inseruisse, non tamen indicans, quæ sint illa quæ inseruimus: indicasset autem, si antiqua habuisset incorruptiora exemplaria.* Heic nunc Jesuita Crassetus triumphum canit ante Victoriam, hæc, inquit, Origenis provocatio invincibile est argumentum, quo probatur libros Sibyllinos Patris illius ævo plane fuisse similes antiquissimis exemplaribus inter infideles latitantibus, quoniam nunquam indicarunt

Carmi-

Carmina illa quæ Chriſtiani inſeruerant, ſcriptis Sibyllinis. Verum, bone Pater Craſſete, quomodo nobis probabis hanc tuam aſſertionem, antiquiſſimis exemplaribus fuiſſe plane conformes libros Sibyllinos? Primum enim exemplar, Tarquinio à Muliere venditum, in conflagratione Capitolii abſumptum fuit, tunc ex cineribus illud ſuſcitare potuiſti Craſſete, ut Origenis exemplar potueris affirmare plane idem fuiſſe cum antiquiſſimis? Origenis ætate, nec Pagani nec Chriſtiani aliud potuerunt habere exemplar, præter illud quod continebat verſus illos, quos Legati ex variis urbibus & Regionibus conquiſiverant: at *illud*, uti poſtea oſtendemus, plane aliud fuit quam antiquiſſimum, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo, lib. IV. Quod porro Origenis reſponſionem ad Celſi objectionem ſpectat, putamus illam non quadrare, petere enim à Celſo exemplaria antiquiora & puriora ubi maledica illa non reperirentur, hoc eſt Celſum obligare ad impoſſibile. Nullum enim exſtabat genuinum exemplar præter illud quod in Capitolio ſub baſi Apollinis Palatini, (cujus Apographum habebant Quindecim-Viri,) aſſervabatur: hoc velle exigere à Celſo eſt ſe ridendum propinare: Nulli enim, præter Sacerdotes aut Quindecim-Viros, illud inſpicere fas erat: nec illis etiam quidem, niſi ex ſpeciali Senatus decreto: Quomodo ergo Jure potuit Origenes antiquiora petere exemplaria: ſi Chriſtiani habuerunt apographa exemplaris in Capitolio aſſervati, debuiſſet cum illo conferri antequam pro genuino potuiſſet agnoſci, & diverſum deprehendiſſent ab illo, quod cum Capitolio igne fuit abſumptum, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo. Deinde etiam negatio Celſi non ſpectabat hanc propoſitionem, *octo illi libri non ſunt integri*, verum non ſunt legitimi ſed ſpurii, ideoque non admittendi: quandoquidem, inquit Blondellus, non poterat ſuppeditare exemplar antiquum, ſcripti jam jam, aut ante paucos annos editi. Sed regerit Jeſuita Craſſetus p. 202. Origenes ridendus eſſet, ſi petiiſſet exemplar quod Celſus exhibere non potuiſſet, verum quia petiit, ideo concludendum eſt illum potuiſſe ſuppeditare, quandoquidem Origenes hactenus pro Scriptore ridiculo aut irridendo, non fuit habitus: Celſusque non adeo erat ſtupidus ut Origeni non potuiſſet reſponſionem Blondellianam objicere, imo ſe ridendum propoſuiſſet Celſus, ſi Blondelliano more reſpondiſſet, quoniam oſtendimus in toto terrarum orbe exſtitiſſe Sibyllarum exemplaria, aut opera: ſed quæſo riſum teneatis

tis amici, ad Craſſeti reſponſionem, Celſus, inquit, potuit exhibere antiquius exemplar, Origenes enim petiit, ô lepidam ſubtilitatem Jeſuita dignam! quaſi vero hoc congruum ſit argumentum, Origines hoc antiquum petiit exemplar, ergo Celſus poterat exhibere tale, ſcripti ſcilicet jam ab incude calidi, exemplar antiquum, Hoc pacto concludendum erit Origenem nihil petiiſſe ab adverſario, quod ſtatim non potuiſſet produci. Quod denique addit Loyolita, eſt deſumptum ex Juſtino Martyre, *quarum (Sibyllarum) opera exſtant in toto terrarum orbe*; nihil facit ad rhombum, & alibi in hoc noſtro Scripto indicavimus, quomodo hæc verba ſint intelligenda, ſed poſito, inquit Jeſuita, unum tantum exſtitiſſe exemplar, illud nempe quod Pontifices aſſervabant, an Celſus obmutuiſſet ad Origenis provocationem? rogo, utrum ejus non intererat conſulere Pontifices, num *illorum* exemplar diverſum eſſet ab illo quod Chriſtiani allegabant? *num illorum* non intererat oſtendere malam fidem Chriſtianorum, atque illos publice falſitatis reos proponere? Verum ſcias, Craſſete Pater, etiamſi Celſus hoc Pontificibus Capitolii propoſuiſſet, & quamvis ex illis reſcire voluiſſet, non tamen illi ſatisfactum fuiſſet, quandoquidem illis non licebat quidquam de Oraculis Sibyllinis alicui revelare, imo illis ne quidem inſpicere fas erat, niſi ex ſpeciali Senatus mandato: an igitur parati *fuiſſent ad petitionem Celſi conſulere, inſpicere*, aut *conferre illos libros* cum Chriſtianorum exemplari? *ignorantiam* tuam oſtendis, Craſſete, ſi hoc putas. Verum Regerit Loyolita, Quindecimviri, in tali caſu tenebantur proferre Originale exemplar, conſulebatur enim tempore Calamitatis publicæ, belli, peſtis &c. aliarumque afflictionum Rempublicam minitantium: atque nulla major potuit eſſe calamitas quam cum agebatur de ruina Religionis ac Imperii Paganorum: ſed, bone Pater, ſi putas ideo conſuli debuiſſe Sibyllinos libros, quia Chriſtiani quædam objiciebant, toto erras cœlo: Chriſtiani apud Gentiles non erant in tanto pretio ut ad illorum objectiones ſtatim libri Sibyllini conſulerentur, quotidie inſpici debuiſſent; Senatus etiam æque ac Quindecimviri & populus, Chriſtianos tanquam hæreticos, uti vos Jeſuitæ Proteſtantes & Reformatos, contemnebant, illosque tanto honore non decorabant, ut ad *illorum* petitionem, Senatus Quindecimviris mandaret, Oracula *Sibyllina* conſulere: hoc ſiconceſſiſſet Senatus, ſi præſtitiſſent Quindecimviri,

an

an non hoc pacto libros Sibyllinos, publicos reddidiſſent, planeque infregiſſent Senatus, populique Romani decreta, quibus cautum erat non vulgare illa Oracula, ſed abſcondere, illaque tantum conſulere in extremis calamitatibus & neceſſitatibus: Chriſtiani autem Paganis non erant terrori, verum potius contemptui. Ad reliquas objectiones Craſſeti, ex Conſtantini oratione ad Sanctorum cœtum depromptas, reſpondebimus capite *de Conſtantini teſtimonio.* Sic etiam Auguſtinus teſtatur de Civ. D. capite XLVI. fuiſſe accuſatos Chriſtianos illarum Prophetiarum Sibyllinarum auctores. *Proinde cum Scripturis noſtris non credunt, complentur in eis ſuæ, quas cæci legunt: niſi forte quis dixerit, illas Prophetias Chriſtianos finxiſſe de Chriſto, quæ Sibyllæ nomine, vel aliorum, proferuntur: ſi quæ ſunt, quæ non pertinent ad populum Judæorum.* Ibid. cap. XLVII. in fine. *Sed quæcunque aliorum Prophetiæ de Dei per Chriſtum Jeſum gratia proferuntur, poſſunt putari à Chriſtianis eſſe confictæ, ideo nihil eſt firmius ad convincendos quoslibet alienos, ſi de hac re contenderint, noſtrosque fulciendos, ſi recte ſapuerint, quam ut Divina prædicta de Chriſto ea proferantur quæ in Judæorum ſcripta ſunt codicibus.* Hoc non ſolum teſtantur S S. Patres, verum etiam ipſi infideles non receperunt pro Sibyllinis Oraculis, quidquid pro talibus obtrudebatur, memineris, quæſo Pater Craſſete, quid ſcripſeris libelli tui p. XX. An non ipſe teſtaris Paganorum quendam, apud Plutarchum in lib. cui titulus, cur Pythoniſſa verſibus reſpondere ceſſarit, *decantatas carminibus Sibyllarum prædictiones, pro fabulis habuiſſe ac reputaſſe?* uti patet ex locis Suetonii & Taciti ſupra laudatis, quibus conſtat Auguſtum cremaſſe ſupra duo millia librorum fatidicorum Græci Latinique generis, ac ſolos retinuiſſe Sibyllinos, hos quoque NB. *delectu habito.* Et C. Tacitus docet, Carmina quæ ſub Sibyllæ nomine circumferebantur, priusquam admitterentur debuiſſe æſtimari. Et diſcerni à falſis vera, imo Sibyllarum librum notioni Quindecimvirorum fuiſſe ſubjectum: an non ex his teſtimoniis conſtat multa ſub Sibyllarum nomine vulgata fuiſſe non ſolum, quæ Pagani non admittebant, imo de quibus dubitabant, verum etiam crimen illius ſuppoſitionis Chriſtianis fuiſſe impoſitum? concludamus loco hoc notabili ex Dionyſio Halicarnaſſæo lib. IV. petito ubi referens tres Legatos P. Gabinium, M. Octacilium & L. Valerium undiquaque conquiſiviſſe, poſt crematos libros Sibyllinos, Oracula Sibyllina, &

nonnulla ſuppoſititia attuliſſe : audiamus ipſum Dionyſium : οἱ δὲ ἐξ ἄλλων πόλεων, ἢ παρ' ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγεγραφέντες, ἐν οἷς διείσπονται τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις, ἐλέγχονται δὲ ὑπ' ἀκροστιχίδων· λέγω δὲ ἃ Τερέντιος Οὐάρρων ἱστόρηκεν ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ. *Alia ex aliis urbibus, & à privatis hominibus tranſcripta, in quibus quædam ſuppoſititia & carminibus Sibyllinis inſerta reperiuntur, quæ deprehenduntur ex iis quæ Acroſtichides nuncupantur, dico autem ea quæ Terentius Varro in ſuis commentariis Theologicis memoriæ prodidit.* Sic etiam Dion in Tiberio. *Augebat timorem quod per id tempus quædam Oracula canebantur pro Sibyllinis, hæc Tiberius ut falſa calumniari cæpit, libroſque omnes ſcriptos de Vaticiniis inſpici, ex quibus eos, qui inutiles eſſe videbantur, damnari atque rejici, cæteros reponi ac retineri juſſit.* Ex his quæ hactenus attulimus teſtimoniis, judicet Pater Craſſetus', numquid vera ſcripſerit p. 200. operis ſui de Sibyllis contra Doctiſſimum Blondellum, dicens inter infideles nullum præter Celſum apud Origenem, Chriſtianos malæ fidei reos declaraſſe : certe plures alios crimen illud contra Chriſtianos intentaſſe, luce meridiana clarius patet ex ſupra allatis teſtimoniis. Fruſtra etiam rogas, Craſſete, cur Pagani, nomen fucati illius poëtæ non indicarunt : an ſtatim homines omnes norunt Auctorem, exempli gratia, libelli famoſi, ſimul ac lucem conſpicit ? an quoque poſt quinque vel ſex annorum ſpatium Scriptoris nomen innoteſcit, ut quisquis legerit, ſtatim nomen Scriptoris exprimere poſſit? hoc ſi ita ſit, ut tenebrionis nomen, ſtatim, aut aliquot poſt annos poſſit indicari, cur adhuc ſub Judice lis eſt de Oraculis Sibyllinis ? an tu Pater Craſſete, mihi poſſes indicare nomen Scriptoris omnium carminum Sibyllinorum? cur hoc quod ab infidelibus petis, ipſe non præſtas ? nunquid unicuique Sibyllæ ſua carmina aſſignare potes, ex illa farragine quam nunc habemus ? putem te oleum & operam perditurum, hoc ſi aggrediaris. Fruſtra hac in re operam ſuam collocarunt Boiſſardus in lib. quem de Divinatione ſcripſit, aliique uti ſupra fuſe demonſtratum fuit: audiamus potius hac de re Lactantium lib. I. circa finem Capitis VI. *Et ſunt ſingularum ſinguli libri: qui quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur, ſuntque confuſi, nec diſcerni, ac ſuum cuique aſſignari poteſt, niſi Erythrææ, quæ & nomen ſuum verum carmini inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri, prælocuta eſt : cum eſſet orta Babylone.* Audiamus porro Jeſuitam

Craſ-

Craſſetum, teſtimonium ex S. Juſtino promentem quod totam Blondellianam machinam, ſi DIS placet, deſtruit. Teſtatur Juſtinus in orat: paræn: ad Græcos, libros Sibyllæ per totum terrarum orbem exſtitiſſe & fuiſſe lectos. Sic enim loquitur: Πείθητε, ὥσπερ ἔφλω, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σοφόδρᾳ παλαιᾷ Σιβύλλῃ ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει. *Credite, ſicut dixi, antiquiſſimæ & priſcæ admodum Sibyllæ, cujus libri in univerſo orbe exſtant.* Scilicet heic nunc Blondellum tenes! machina illius tota quanta eſt deſtructa! verum quid intelligas, Craſſete Pater? ex te reſcire velim, quid his verbis Juſtini, *in univerſo orbe*, ſignificetur. Nunquid putas, Juſtinum credidiſſe, omnibus univerſi orbis gentibus, nullis excluſis, innotuiſſe Oracula Sibyllina? non putem Patrem Craſſetum eo ſtoliditatis perveniſſe, ut credat, Juſtini tempore exſtitiſſe Sibyllarum Prophetias, in Indiis, Galliis, magna Britannia, apud Scythas, aut Antipodes: putamus nos S. Juſtini verba eſſe hyperbolica, atque illum tantum exprimere voluiſſe, quam plurimis tum Paganis cum Chriſtianis nota fuiſſe illa prætenſa Sibyllina Oracula. Atqui an hoc tantopere tibi mirandum videtur, aliquot annorum ſpatio nova illa Oracula multis Gentibus innotuiſſe, nemo neſcit quam avidi & curioſi ſint homines rerum novarum, præſertim prædictionum, ideoque mirari deſine, ſcis enim quam multa apographa, libelli aut Carminis alicujus famoſi, aliquot tantum horarum ſpatio per maximas & vaſtiſſimas etiam Civitates, diſſeminari poſſint & nonnunquam diſſeminentur. Cœterum Loyolita ſe concipere non poſſe fatetur, quomodo S. Juſtinus tanta cum audacia, ne dicat impudentia & temeritate, utpote in Hiſtoriis verſatiſſimus, librorumque cenſor acerrimus, Gentiles auſus fuerit provocare ad Sibyllæ Judicium, & ad Imperatorem querelas inſtituere de prohibitione legendi Sibyllarum ſcripta, quomodo exhortari potuerit Gentiles ad lectionem & examen illius libri, quomodo vocarit antiquiſſimam Sibyllam, quomodo denique ubique mentionem fecerit Scriptorum illorum tanquam vetuſtiſſimorum, & ante natum Jeſum Chriſtum editorum, ſi tantum ante ſex annos nihil de illis Oraculis hominibus innotuit? heic non ſuſcipio probare ſex tantum annis ante Juſtinum prodiiſſe fatidicos Sibyllarum libros; de illa quæſtione poſtea amplam inſtituemus diſquiſitionem, verum nunc hoc ad Craſſeti objectiones dixiſſe ſufficiat. Potuit certe Juſtinus

ſecundum ſuam de Sibyllis opinionem Gentiles ad lectionem & examen illorum Oraculorum adhortari. Putavit enim creditque S. Pater, illa de Chriſto Oracula ante natum Chriſtum à Sibyllis Paganis conſcripta fuiſſe, ſed an ideo verum eſt, uti ſupra notavimus, Prophetiſſas illas diabolicas, prædictiones illas pronuntiaſſe, quia S. Juſtinus hoc credidit? ſic fidei noſtræ normam ac regulam Patrem illum nobis conſtitueres, Craſſete. Ingenue fatemur, Pater Craſſete, ante natum Chriſtum exſtitiſſe Sibyllas, furioſasque diabolico ſpiritu actas fœminas & Oracula diabolica pronuntiaſſe ad confirmationem cultus idololatrici, & Paganos credidiſſe illis carminibus, urbis Romæ Imperiique Romani fata fuiſſe contenta, ſed an inde ſequitur, ergo illæ Paganæ Mulieres de Chriſto, & Religionis Chriſtianæ myſteriis prophetarunt? Hoc probabis Craſſete ad Kalendas Græcas. Verum regerit Jeſuita, quomodo auſus fuiſſet S. Juſtinus conqueri apud Imperatorem de prohibitione legendi Sibyllina Oracula, & producere ex illis teſtimonia quibus Chriſtianæ Religionis præcipua capita docentur & confirmantur. An non potuiſſet falſitatis convinci S. Juſtinus, offerens, in illa ipſa Civitate, Sibyllarum effata, quæ cum libro, in templo Apollinis aſſervato, collata, ſuppoſititia eſſe deprehenderentur? ſed ad hanc objectionem tibi ſatisfactum fuit, Craſſete, vide ſis paginam 319. Addimus porro, Paganos tanti non feciſſe Chriſtianos, ut propter illorum ſcripta, Oracula Sibyllina conſulere & inſpicere, Quindecim-Viris demandare vellent; nec etiam tam facile adibantur illi libri, ex Senatus tantum mandato conſulebantur, ne ipſis quidem Quindecimviris, inſpicere licebat quovis tempore libros illos fatidicos, uti ſupra fuſe demonſtravimus: verum dato, non autem conceſſo, talia qualia profert Juſtinus carmina, in exemplari Romano fuiſſe reperta, ideo illinc non ſequitur, illa fuiſſe à Paganis Sibyllis compoſita, ut p. 320. ſupra monuimus: at exemplar illud quod Erythris & ex aliis Aſiæ civitatibus Romam deportatum fuiſſe, ex Feneſtella docet Lactantius, valde erat interpolatum, teſte Varrone apud Dionyſium lib. IV. p. m. 193. Οἱ ᾗ νῦν ὄντες ἐκ πολλῶν εἰσι σύμφοροι τ῀ πόπων· οἱ μὲν ἐκ τ῀ ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἡμιθέντες, οἱ δ' ἐξ Ἐρυθρῶν τ῀ ἐν Ἀσίᾳ, κ῍ δόγμα βυλῆς ἀποκαλέντων πρεσβύτων ὅτι τὸν ἀνλιγραφὸν, οἱ δ' ἐξ ἄλλων πόλεων, κ῍ παρ' ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγραφέντες, ἐν οἷς δείσιονταί τινες ἐμπεπτωκέναι τοῖς Σιβυλλείοις, ἐλέγχον᾽ ᾗ τ῀ καλυμένους ἀκροστίχι-

σι.

στιχίσι. Λέγω ἢ ἃ Τερέντιος Οὐάρρων ἱστόρησεν ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ: *Oracula vero quæ nunc exstant, ex variis locis sunt comportata, alia ex Italicis urbibus allata, alia ex Erythris Asiaticis ex S. C. missis Legatis qui eorum exemplar describerent, alia ex aliis urbibus & à privatis hominibus* (in textu est Idiotis) *transcripta, in quibus quædam supposititia, & carminibus Sibyllinis inserta reperiuntur, quæ deprehenduntur, ex iis quæ Acrostichides nuncupantur; dico autem ea quæ Terentius Varro, in commentariis Theologicis memoriæ prodidit.* Et certe siquis prisca Sibyllina Oracula, quæ tantum Gentilium ritus idololatricos continebant, ut & fata Imperii Romani, siquis, inquam, illa conferat cum illis quæ Erythris Romam per Legatos fuere allata, longe alia fuisse deprehendet, utpote in quibus veri Dei cultus, ejus unitas & multa alia ad vitæ humanæ directionem utilia, reperiuntur: hæc autem non à Sibyllis Paganis fuisse scripta aut dictata, sed à Judæis vel talibus, qui cum illis commercium habuerunt, sub Sibyllarum nomine conficta esse, nostra est opinio. Testatur Lactantius lib. I. de falsa Religione Capite VI. circa finem, *Legatos à privatis descriptos versus circa mille Romam deportasse.* Hos privatos fuisse *Idiotas*, testatur Dionysius ex Varrone: Idiotas autem hos fuisse Judæos indoctos & linguæ Græcæ parum gnaros, Doctissimi Vossii est sententia: cui & nos adstipulamur. Crassissime itaque errat Jesuita Crassetus, libros Sibyllinos semper eosdem fuisse & permansisse usque ad Theodosii tempora, & demum à Stilicone combustos, existimans: hac itaque distinctione probe observata, ruit sua sponte Crasseti argumentum, & objectio. Dicit enim Pontifices habuisse Oraculorum illorum exemplar, quod cum citationibus Christianorum conferre poterant ac Christianos falsitatis arguere, allegantes testimonia quæ in illo exemplari non exstabant, sed ut diximus ante, hinc non sequitur, etiamsi Gentiles Christianorum allegationes suo exemplari conformes deprehendissent, illa de Christo & Rege venturo aliisque Fidei Christianæ dogmatibus Oracula, à Paganis Sibyllis dictata & in prioribus libris Sibyllinis, incendio Capitolii absumptis, exstitisse, hoc velim magnus Sibyllarum propugnator Crassetus idoneis testibus & rationibus probet, nempe hæc, quæ nunc, sic dicta Oracula Sibyllina, circumferuntur, eadem esse, cum iis quæ cum Capitolio concremata fuerunt, aut quæ exstiterunt in Pontificum Gentilium exemplari, hoc si præstiterit, erit mihi magnus

Apol-

Apollo. His addimus, inquit porro Jeſuita Craſſetus, prohibitionem de non legendis Oraculis Sibyllinis Chriſtianis factam, paucis tantum annis ante querelas Imperatori à S. Juſtino factas, ideoque tantum ſex annis ante compoſitionem Apologiæ Juſtinianæ, lectionem Chriſtianis fuiſſe interdictam, quod abſurdum Jeſuitæ videtur, quandoquidem ad minimum tot annis opus habuerit ad conſcribendum opus tam doctum, quale fuit illud S. Juſtini quod nunc exſtat & quod ſummo cum rigore ab adverſariis erat examinandum, ideoque interdictio illa fieri debuiſſet eo ipſo tempore, quo ſecundum Blondellum Oracula Sibyllina conſcribebantur; reſpondemus, nos nolle patrocinari opinioni Blondellianæ, aſſerenti omnia illa Oracula, vel totam illam quam nunc habemus farraginem, eo ipſo fuiſſe conſcriptam tempore quo Hermes paſtor floruit. Putamus enim nonnulla fuiſſe conficta ſub Sibyllarum nomine multis annis ante illud tempus, qualia ſunt illa de Rege venturo aliaque, quæ Judæi aliique Legatis conquiſitum Oracula Sibyllina, miſſis, vendiderunt: alia autem quæ Euangelii ipſius verbis ſunt expreſſa, ut & alia quæ poſt rerum eventum fuerunt conſcripta, exiſtimamus illa circa illud tempus fuiſſe conficta, ſaltem quidquid ſit, poſt publicationem ſcriptorum Euangelicorum: interim tamen manet inconcuſſum & certiſſimum, prædictiones illas de filio Dei ex Virgine Maria naſcituro, aliisque myſteriis Euangelicis, nunquam à Sibyllis illis, Gentilibus factas, nec unquam inter priſcarum Sibyllarum ſcripta, fuiſſe lectas aut repertas, quod hactenus nec à Craſſeto, nec ab alio quopiam probatum legimus aut vidimus: neque etiam hoc unquam probabitur: multorum quidem Oraculorum etiam Sibyllinorum apud profanos Auctores eſt mentio, verum nullibi apparet vola aut veſtigium, illarum prophetiarum, quas de Chriſto factas eſſe, legimus in hac quam nunc habemus farragine, quod nobis eſt indubitatum argumentum, nunquam tales prædictiones in antiquis Sibyllarum monumentis, exſtitiſſe. Si enim libri Sibyllini tales comprehendiſſent, proculdubio ab uno aut altero fuiſſent allegatæ, prout factum fuit in aliis, quorum fragmenta in Pauſania, Plutarcho, Livio aliisque in hunc usque diem inveniuntur. Verum perpendamus Craſſeti rationem, propter quam Imperatores diplomate caverunt, ne Chriſtiani Sibyllarum, Hyſtaſpis, aliosque illius generis, Propheticos libros legerent: dicit Loyolita hac

de

de cauſa prohibitionem factam, eo quod cum in omnium manibus verſarentur illi libri, quam plurimi Pagani illorum lectione ad Chriſtianam Fidem, converterentur: ſed ignoſcat nobis Craſſetus, ſi Fidem dictis denegemus. A *principio enim*, & *multis* ante natum Jeſum Chriſtum annis, *libri Sibyllini*, qui maximo Romanis erant in pretio, cautum fuit, ne *quisvis* libros illos legeret, imo ne quidem inſpiceret. Tarquinius enim qui libros à Muliere trecentis aureis emerat, ſtatim Duorum-Virorum cuſtodiæ tradidit libros illos fatidicos, quos nemo vel inſpicere *vel* legere, ne ipſi quidem Duumviri poterant, *niſi ex ſpeciali* Senatus mandato. Nihil enim Romani neque ſanctum *neque ſacrum*, ita cuſtodiebant, quemadmodum hæc Oracula Sibyllina, uti fuſe ſupra docuimus. Exemplum etiam M. Attilii Parricidæ pœna mulctati, eo quod contra Fidem datam, Petronio Sabino *cuidam*, Sibyllinos libros deſcribendos dediſſet, ſatis evincit quam ſedulo libros hos cuſtodiri voluerit Imperator, ne quisquam illos vel haberet vel legeret. Imo & hoc patet ex cura ejusdem Regis Tarquinii, his Duum-viris adjungentis duos miniſtros publicos, non ſolum ut illis inſervirent, verum etiam, ut illorum Fidem in ſervandis Oraculis obſervarent. Ex his videat Pater Craſſetus, in principio ita cautum fuiſſe, ne à quopiam, præter Duum-Viros, & quod notandum nonniſi ex Senatus mandato, legerentur; ſic etiam poſtea ſub Decem-Viris & Quindecim-Viris obtinuit. Itaque fallitur Craſſetus, ſi putat, ſolis Chriſtianis prohibitam fuiſſe Sibyllinorum Oraculorum lectionem. Nullis enim aliis, quam illis quorum erat officium, Oracula ex Senatus decreto conſulere licebat aut ſcripta illa conſpicere, aut legere. Qua de cauſa hoc modo providerint Romani, ſi quis requirat, reſpondemus hoc duas ob rationes ita fuiſſe conſtitutum primo ob rationem Sacram, ſecundo etiam Politicam. Sacram quod attinet, noluerunt, rem Sacram, utpote Divinitus datam vulgaribus tractari manibus, Pagani etiam voluerunt res Sacras Sacro modo peragi, uti cuique hoc eſt notiſſimum, ex Cicerone, Seneca aliisque, qui res Sanctas Sancte eſſe tractandas docuerunt, ideoque interdictum fuit aliis quibusvis Oracula illa conſpicere aut legere, quandoquidem nonnullos deputarant ad munus illud obeundum. Rationem autem Politicam quod attinet, conſultum erat, & neceſſarium ne in quorumvis manibus verſarentur illa Oracula, quoniam illis promit-

tebatur adventus Regis qui toti orbi terrarum præeſſet, & in illum Imperium exerceret, quod in Reipublicæ Romanæ ruinam cedere poſſet, quemadmodum ex Cicerone conſtat, dicente ex ſententia Cottæ Quindecim-Viri, *ſalvos non poſſe eſſe Romanos, nec vinci Parthos poſſe niſi à Rege*, Cæſarem itaque Regem eſſe appellandum. Sic hoc volebant novatores, qui Regimen Reipublicæ innovare annitebantur. Quapropter ut novaturientium impetus retunderetur, nihilque ex fatidicis libris ab illis qui nova molirentur, allegari poſſet, cautum fuit, ne à quoquam, niſi à Quindecim-Viris inſpicerentur aut conſulerentur. Atque hinc eſt quod Cicero lib. II. de Divinatione, velit Sibyllarum ſcripta recondita aſſervari: *Quamobrem*, inquit, *Sibyllam quidem ſepoſitam, & conditam habeamus, ut, id quod proditum eſt à Majoribus, injuſſu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius quam ad ſuſcipiendas Religiones: cum Antiſtitibus agamus, ut quidvis potius ex illis libris, quam Regem, proferant: quem Romæ poſthac nec Dii, nec homines eſſe patientur.* Hinc itaque patet, falſum eſſe illud quod Jeſuita Craſſetus pro vero & indubitato, dictatorio modo Lectori ſuo vult obtrudere, nempe aliquot annis ante Juſtini querelas ad Imperatorem factas, interdictam fuiſſe Sibyllinarum lectionem. A principio enim, uti jam probavimus, nulli legere illa fas erat, niſi viris illis ad hoc munus deputatis. Secundo fallit & fallitur Craſſetus, rationem hujus interdictionis fuiſſe præcipuam, affirmans, quoniam multi quotidie infideles ad Chriſtianam Religionem converterentur hiſce Sibyllinis libris. Sed perpendat Jeſuita, utrum hæc ratio in principio fuerit. Certe ſi libri Sibyllini ſunt tam antiqui, ut contendit Craſſetus, quos etiam ante natum Chriſtum conſcriptos fuiſſe putat, quomodo ante Chriſti adventum ad Chriſtianam Religionem converſi fuerunt infideles? Sed regeret forte Loyolita, Carmina illa poſt Servatoris adventum & adſcenſionem tantæ efficaciæ fuiſſe, ut plurimi infideles qui illa legerant, converterentur. Verum hoc ſi ita ſe habet, Euangelium ejusque prædicatio infra Sibyllæ Carmina deprimerentur: ſed ubi hoc didicit Craſſetus, multos Sibyllinis ſcriptis ad fidem Chriſtianam fuiſſe allectos? ego hoc potius Spiritui Sancto, prædicationique Euangelii per Apoſtolos & Viros Apoſtolicos, adtribuerem, non vero ſpuriis illis Oraculis & Prophetiſſis, diabolico ſpiritu actis. Sed quis non obſtupeſcat, inquit porro

Craſ-

Craſſetus, Imperatorem diplomate ſuo non exprobraſſe Chriſtianis, libros illos quos illi Sibyllis aſſignabant, eſſe ſuppoſititios, falſos, multisque mendaciis repletos, planéque contrarios illis, qui Romæ aſſervabantur? nihil aliud illis erat objiciendum quam hoc, ut Fides Chriſtianis denegaretur, & majoris hæc exprobratio fuiſſet efficaciæ, quam hæc ſub pœna mortis prohibitio legendi libros illos fatidicos: nunquam autem hæc facta fuit Chriſtianis objectio, aut exprobratio, nec ab Imperatoribus nec ab aliis Paganis. Verum uti tibi fiat ſatis, Pater Craſſete, perpendas velim, te gratis hoc ſupponere, Antoninum Pium, ad quem miſit ſuam Apologiam Juſtinus, primum fuiſſe qui lectionem Sibyllinorum librorum prohibuit, antea hoc factum fuiſſe oſtendimus, ſed ſi tempore Juſtini facta fuit prohibitio, dicendum eſt, tantum fuiſſe illam interdictionem, repetitionem prioris prohibitionis, non vero novam: deinde etiamſi Imperatores crimen falſitatis Chriſtianis non impoſuerunt, quod tamen de reliquis Paganis dici non poteſt, utpote qui Chriſtianos criminis illius reos agunt, uti ſupra probavimus, an inde concludere licet, Chriſtianorum libros Sibyllinos & exemplar Romæ latens, eosdem fuiſſe, & vere Sibyllinos, ab antiquis Sibyllis profectos? Imperator ex vulgi opinione credere potuit, fuiſſe vere Sibyllinum exemplar, an ideo quia ſic credidit Imperator, res ita ſe habuit? an Imperatores infallibiles exſtiterunt? an ideo genuini fuere Sibyllarum libri, quia illi crediderunt hoc? non putem, Craſſetum ipſum hoc credere. Imo poſito, Chriſtianorum libros eosdem fuiſſe cum illo exemplari quod Romæ recondebatur, an ideo dicendum erit, libros illos ab antiquis Sibyllis fuiſſe dictatos, & Paganas Mulieres diabolico ſpiritu motas, docuiſſe Chriſtiana myſteria, imo clarius quam ipſi Prophetæ, uti falſo docuit Clemens Alexandrinus. Imperatores cœterique Gentiles putarunt, verſus Sibyllinos Erythris aliisque ex Aſiæ civitatibus allatos, eosdem fuiſſe cum illis incendio Capitolii abſumptis; ſed hoc falſum eſſe docet nos Dionyſius Halicarnaſſæus lib. IV. Diverſa enim fuiſſe illa carmina conquiſita, à prioribus, diſerte affirmat Scriptor optimus, loco ſupra laudato. Concluſionis loco invehitur Craſſetus, ſatis craſſo modo, contra Blondellum, cœterosque Proteſtantes, hos hæreticorum nomine, ipſe hæreticus & Idololatra, (uti Arnaldo ſuo vapulat.) Jeſuita Craſſetus, decorare voluit: tanquam Calumniatorem exagitat

Blondellum Craſſetus, eo quod σφάλματα & ἀβλεψίαν Juſtini demonſtrarit, ſcilicet! Maximum eſt crimen Patrum errores indicaſſe, & hæreticos nolle in omnibus, S S. Patribus ſubſcribere, certe ipſe Craſſetus non auderet Patrum omnes opiniones heterodoxas & paradoxas defendendas ſuſcipere, attamen Blondello illicitum eſt vel contra illos errores hiſcere aut ſufflare. Ipſe Craſſetus vi veritatis convictus fatetur tandem, Patres habuiſſe ſuos nævos, fuiſſe aſtra Eccleſiæ ecclipſibus & maculis obnoxia, ut inquit, (ſed falſiſſime) fateamur ſolam Eccleſiam, (per Eccleſiam intelligunt Pontificii vel Papam ſolum, vel Concilium) eſſe Infallibilem quoad Fidei dogmata & diſciplinam, & (verum dixit Craſſetus) particulares doctores, ut ut doctiſſimos, non eſſe regulas noſtræ Fidei. Hoc ſi ſic ſentis, Craſſete Pater, cur nobis ita infeſtus es, ut nos Hæreticos vocites, cum nolumus aut SS. Patres aliosque Doctores particulares pro Fidei norma, uti tu illos nobis obtrudere ſatagis, recipere? Te autem hoc velle ſatis demonſtras Craſſete. Blondellum enim Viri honeſti limites transſiliviſſe audes calumniari, eo quod nævos & errores S. Juſtini indicarit, non alio fine quam ut oſtenderetur Patres non fuiſſe Doctores Infallibiles, ideoque nullas illorum opiniones in rebus Fidei eſſe recipiendas, niſi in quantum cum S. Scriptura conſentientes deprehendimus. Et tamen Hæretici audimus: eloquentiam autem illam Caninam relinquimus Craſſeto cæterisque Jeſuiticæ ſectæ Sodalibus.

CA-

CAPUT XVI.

DE

LACTANTII TESTIMONIO.

BREVIARIUM.

LActantii Laus. Crassetus refutatus. Lactantius refellitur. Sibylla Scripturæ contraria. An Lactantius fuerit Capitolii Sacerdos? Marcus Antimachus refutatus. An Lactantius habuerit Originale Oraculorum Sibyllinorum exemplar? Quindecim-Viri erant Capitolii Sacerdotes. Crassetti contra Blondellum Calumina. Lactantius Sibyllinorum Oraculorum lectione ad Fidem Christianam non fuit conversus. Palmarium Crassetti argumentum refellitur.

POst *Justinum* produco *Lactantium*, inquit Crassetus, Judicem plane Irrefragabilem, qui vixit anno ducentesimo quadragesimo post Servatorem nostrum Jesum Christum, & qui secundum Photii Judicium erat facundissimus & doctissimus, ita ut *Cicero Christianus* vulgo vocaretur. Certum est Patrem illum seculi sui Oratorem fuisse disertissimum, qui magno, immo maximo cum successu Paganismum oppugnavit: laudes hujus nitidissimi Scriptoris enarravimus in Editione nostra cum commentariis, quam anno M D C LX. in lucem dedimus, ideoque non est quod quis piam suspicetur, nos illum laudibus suis fraudatum velle etiam si in Editione nostra quam plurimos illius nævos & errores notaverimus, non alio enim fine hoc fecimus, quam ut constaret etiam ipsos S S. Patres fuisse homines, erroribus obnoxios, ideoque illos non deberi nobis obtrudi tanquam infallibiles, uti Crassetus quidem vellet illos ita à nobis recipi. Ad nauseam enim usque urget suum argumentum, hic vel ille Pater sic sensit, ideoque illi non est

contradicendum, verum ipſi cœco impetu eſt ſubſcribendum: quibus legibus, ne ipſi quidem Patres ſe ſubjicere voluerunt, uti ſupra ex S. Auguſtino & S. Hieronymo probavimus. Quapropter immerito Loyolita Craſſetus famam Proteſtantium proſcindit, illos quavis arrepta occaſione *Hæreticos* vocans. Verum audiamus, quid Jeſuita ex Lactantio proferat ad ſententiam ſuam ſtabiliendam, nempe Sibyllina Oracula non eſſe ſuppoſititia, ſed genuina ab ipſis Sibyllis Antiquis dictata, & ex ipſarum ore excepta. Hoc Craſſetus ſic ſuo quidem, hoc eſt, craſſo modo probat. Lactantius enim in ſuis Inſtitutionum Divinarum libris probat Sibyllarum teſtimoniis Divinitatem filii Dei, oſtenditque, quomodo prædixerint de Jeſu Chriſti Servatoris noſtri Nativitate, Prædicatione, Miraculis, Paſſione, Morte, Reſurrectione, Adſcenſione & ultimo ejus adventu. Quoniam autem Gentiles vi illorum Oraculorum preſſi, cogebantur fateri, aut Religionem Chriſtianam veram eſſe, aut falſa & ſuppoſititia hæc Oracula, primam conſequentiam admittere nolentes, neceſſario falſitatis illa arguere debebant, ideoque dixerunt, non uti Blondellus docet, libros Sibyllarum eſſe ſuppoſititios, ſed Sibyllinos verſus à Lactantio citatos, à Chriſtiano quodam ſub Sibyllarum nomine confictos, Sibyllinis immixtos & inſertos fuiſſe. Sic enim loquitur Lactantius lib. II. de Vera Sapientia, cap. XV. *His teſtimoniis quidam revicti ſolent eo confugere, ut aiant, non illa eſſe Carmina Sibyllina, ſed à noſtris ficta aut compoſita. Quod profecto non putabit qui Ciceronem Varronemque legerit, aliosque Veteres, qui Erythræam Sibyllam, cæterasque commemorant, ex quarum libris iſta exemplaria proferimus; qui Authores obierunt antequam Chriſtus ſecundum carnem naſceretur.* Heic in tranſitu obſervamus, Craſſetum hoc Lactantii teſtimonium non ex ipſo Lactantio ſed ex alio deſcripſiſſe. Quomodo enim ſcribere potuiſſet Jeſuita hoc teſtimonium reperiri apud Lactantium lib. IV. de Vera Sapientia cap. V. cum exſtet cap. XV. Signum hoc eſt evidentiſſimum, Lactantium illi tum temporis ne viſum quidem. Verum ſi quis objicere velit, nos nimis rigide cum illo agere, an non facile quintum pro decimo quinto poſſet ab aliquo ſcribi? Fateor quidem, hoc illi facile potuiſſe contingere, ſi ciffris locum hunc expreſſiſſet, verum cum literis *hoc* dixerit Gallice, *Ch. cincquieſme*, cum dicendum illi eſſet, *chapitre quinzieſme*. Ad hanc autem tuam objectionem reſpondemus, Craſſete

Pa-

Pater, te quam miſerrime argumentari. Hoc enim modo procedit tua argumentatio, Lactantius probat Sibyllarum teſtimoniis Divinitatem Filii Dei, aliaque Fidei Chriſtianæ myſteria, ergo Oracula hæc Sibyllina à Lactantio citata, ſunt genuina, & à priſcis & Antiquis Sibyllis prædicta. Proferuntur enim ex illarum libris, *& Autores illi obierunt, antequam Chriſtus ſecundum carnem naſceretur*: hæc ſequela certe nulla eſt: hoc tantum hinc elicere poſſumus, ergo Lactantius putat ſuas citationes ex genuinis Paganarum Sibyllarum libris eſſe depromptas, easque libro qui Romæ aſſervabatur conſonas; ſed quam ſtramineum *illud* ſit Craſſeti argumentum, lectori perpendendum relinquimus, præcipue ſi obſerventur illa quæ ad objectionem ex Juſtino allatam, diximus. Conſtabit enim, non ſemper rem ita ſe habere, prout opinantur viri Docti. Lactantius cœterique Patres putarunt, Carmina undiquaque per Legatos conquiſita, Romamque deportata, eadem fuiſſe cum illis quæ incendio Capitolii perierunt, Dionyſius autem Halicarnaſſeus diſerte affirmat longe alia fuiſſe: unde dicendum exiſtimamus, etiamſi Lactantius Firmianus exiſtimarit, ſe prima & Antiquarum Sibyllarum Oracula allegaſſe, non alia tamen habuiſſe, aut ut melius loquamur, potuiſſe habere (ſi tamen habuit) quam illa quæ Legatis fuerunt vendita, & quæ ex multis Civitatibus Romam fuerunt allata, illa autem uti ſupra notavimus, nihil præter profanos ritus aut fata Imperii Romani continebant, uti ex Hiſtoricis paſſim patet, ſi quando Oraculorum illorum meminerunt. Imo & ipſe Lactantius fatetur in de falſa Religione lib. I. Cap. VI. numerum librorum Sibyllinorum (Cumanæ ſcilicet Sibyllæ) *Capitolio refecto, fuiſſe auctum*, unde luce meridiana clarius patet, Lactantium (ſi modo Oraculorum Sibyllinorum exemplar habuit) non habuiſſe apographum exemplaris illius quod cum Capitolio conflagravit, ſed illius tantum (de eo tamen valde dubitamus, & ex mente Craſſeti aliorumque loquimur, tantum per conceſſionem, non vero per aſſenſum & approbationem) quod refecto Capitolio Romæ ſervabatur. At ut ſupra notatum, multa pro Sibyllinis fuere venditata, quæ vel à Judæis vel iis qui cum illis commercium habuerunt, fuere conficta ſub Sibyllarum nomine: qualia ſunt illa quæ ex Prophetarum ſcriptis hauſta fuerunt. De illis quidem recte Lactantius dixit, *obiiſſe eos antequam Chriſtus ſecundum carnem naſceretur*: at in illis quæ nunc exſtant, talia

quoque

quoque occurrunt quæ non potuerunt ab aliis conſcribi, quam ab iis qui poſt conſcripta Euangelia vixerunt, vel ut exiſtimat Doctiſſimus Iſaacus Voſſius, qui centum & viginti demum annis Chriſto fuere poſteriores: de illis vere dici non poteſt, à Chriſtianis non fuiſſe conficta, quidquid dicat Lactantius. Nec Cicero nec etiam Varro ad quos Lactantius provocat, teſtantur illa, quæ probare conatur ſcriptor nitidiſſimus, nihil de Chriſto Chriſtianæque Religionis myſteriis memoriæ prodiderunt: notari etiam velim Lactantium exiſtimare, ſe vera & genuina, non autem alia allegare Oracula, Varronemque teſtem advocat. Dionyſius dicit, multa ſpuria Sibyllinis Oraculis fuiſſe inſerta, citatque etiam Terentium Varronem teſtem. Suſpicioni locum dat Dionyſius Halicarnaſſeus, ſpuria, illa Oracula eſſe, quæ Chriſtiani pro ſua Religione firmanda allegabant. Non enim, uti ante fuit obſervatum, diabolicæ Prophetiſſæ, pro Chriſtiana Religione, ad Idololatriæ abolitionem, & vitæ Sanctimoniam inter homines introducendam, decertare voluiſſe credibile eſt: cui nunc Fides ſit habenda, Lactantio an Dionyſio, Lectori dijudicandum relinquimus. Exiſtimat autem Lactantius, carmina illa quæ Chriſti Servatoris actiones & paſſiones notant aut exprimunt, etiam ante Chriſti Nativitatem exſtitiſſe. Dicit enim: *Non dubito quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis ſint habita, cum ea nemo tum intelligeret: denuntiabant enim monſtroſa quædam Miracula: quorum nec ratio, nec tempus, nec Auctor deſignabatur: Latuerunt igitur multis ſeculis; poſteà vero animadverſa ſunt, quum Chriſti Nativitas, & paſſio patefecit arcana; ſicut etiam voces Prophetarum, quæ cum per annos mille quingentos, & eo amplius lectæ fuiſſent à populo Judæorum, nec tamen intellectæ ſunt, niſi poſtquam illas Chriſtus & verbo, & operibus interpretatus eſt. Illum enim Prophetæ annuntiaverunt: nec ullo modo poterant, quæ illi loquebantur, intelligi, niſi fuiſſent univerſa completa.* Verum his Lactantianis propoſitionibus non aſſentimus. Falſum eſt enim carmina illa quæ hodie in VIII. illis Sibyllinorum Oraculorum libris leguntur ante natum Chriſtum exſtitiſſe. Nonnulla enim ipſismet Euangelii verbis enuntiantur, quod ſignum eſt cuivis, oculos ſaltem aperire volenti, illum Sibylliſtam ea finxiſſe poſt conſcriptum & editum Euangelium. An Mulierculæ dæmonum ſpiritu actæ adeo clare & perſpicue Prophetare potuiſſent, ut non ſolum res futuras prædicerent, verum

ipſis

ipsis iisdem verbis quibus Spiritus S. per SS. Euangelistas, conscribi juberet, certe hoc ne ipsi quidem Prophetæ Divinitus inspirati, potuere, quapropter talia carmina esse spuria & supposititia pronuntiamus, nec unquam à Sibyllis antiquis prolata, credimus. Scio quidem Lactantium hoc velle & Crassetum hoc credere, sed fallitur uterque. Nam hoc repugnaret Sacris literis, Gentiles clariores habuisse de Messia revelationes ac ipse Dei populus, cui Divina data fuerunt Oracula, sed non ita aliis nationibus contigit. Sivit enim Deus præteritis ætatibus omnes Gentes suis ipsarum viis incedere, docente hoc Apostolo Actorum Apostolicorum cap. XIV. commate XVI. Atqui plane contrarium nos docet Sibylla illa spuria. Quapropter deceptus est Lactantius, existimans Antiquis ætatibus exstitisse illa carmina: verum intellecta demum post exhibitum Messiam. Imo falsum etiam est, Prophetias Veteris testamenti nullo modo potuisse intelligi nisi post illarum impletionem: an non Jacobus Patriarcha intellexit, quis esset ille *Sciloh*; quem venturum ex Tribu Juda prænuntiavit? Annon David satis clare Psalmo XVI. Christi Resurrectionem, Psalmis XXII. XXXIV. XXXVIII. LXIX. aliisque ejus perpessiones enarravit? Præcipue Propheta Esaias cap. VII. & LIII. ut & Micha cap. V. An illa Oracula & prædictiones à nemine ullo modo fuere intellectæ, cur igitur Rabbini ab Herode rogati ubinam nasci deberet Messias, responderunt Bethlemi, nixi testimonio Michæ? procul dubio igitur illi intellexerunt illas Prophetias ante illarum complementum. An igitur Fideles Veteris Testamenti salvati fuerunt absque cognitione Salvatoris? hoc nemo nisi erroneus affirmabit: extra dubium fere porro ponit Crassetus Jesuita, Lactantium vidisse Originalia Sibyllinorum librorum Romæ asservatorum, quandoquidem ante conversionem ad Christianismum fuerit Sacerdos Capitolii, teste Marco Antimacho in præfatione ad Oracula Sibyllina: verum bone Pater, quis te & M. Antimachum docuit Lactantium Capitolii fuisse Sacerdotem? Nemo hactenus te præter & Antimachum hoc affirmavit. Patres antiqui qui Lactantii meminerunt, ne verbo quidem de hac fabella memoriæ prodiderunt: nullibi habet igitur hæc assertio fundamentum, quam in vano vestro cerebello, ex quo pro libitu extunditis, quidquid somniastis. Negamus itaque vestrum hoc temerarium commentum, si impostorum fidem mereri velitis, idoneis testibus opiniones vestræ

confirmentur, hoc ubi præstiteritis Fidem dictis adhibebimus: hoc igitur figmento negato, corruit jam tota tua machina, Crassete, qua probare anniteris Lactantium, Originale Oraculorum Sibyllinorum legisse, proindeque illum genuina carmina allegare potuisse aut allegasse. Putas enim Capitolii Sacerdotibus licitum fuisse, adire & legere illud exemplar, si de XV viris Senatus speciali mandato munitis intelligas verum est; at si putas pro libitu licuisse Quindecim-Viris libros illos consulere, falsissimum est: nunquam enim nisi ex SC. consulebantur, uti fuse hoc supra probavimus. Notandum autem Sacerdotes Capitolii fuisse ipsos Quindecim-Viros, atque hoc pacto dicendum esse ex opinione Antimachi & Crasseti, Lactantium fuisse Quindecim-Virum: atqui hinc non sequitur, Lactantium habuisse genuinum Sibyllinorum Scriptorum exemplar, Sacerdotes autem Quindecim-Viros fuisse vocatos, testatur Dion Cassius Rom. Hist. lib. XLIV. p. m. 280. Λόγος γάρ τινος, εἴτ' ἐν ἀληθεῖς εἴτ' ἐψευδεῖς (οἷά περ φιλεῖ λογοποιεῖσθαι) διελθόντος, ὡς τὸ ἱερέων πενταὶ δέκα καλουμένων μαθόντων ὅτι ἡ Σίβυλλα εἰρηκυῖα εἴη, μήποτε ἂν τοὺς Πάρθους ἄλλως πως πλὴν ὑπὸ βασιλέως ἁλῶναι. *Enimvero sparsus fuerat rumor, sive is verus fuit sive (ut fieri plerumque solet) confictus, Sacerdotes, quos Quindecim-Viros vocabant, perhibere, ita Sibyllæ vaticinio prædictum esse, Parthos nisi à Rege subigi non posse.* Idem lib. LIV. p. m. 609. Καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς Σιβύλλεια ἐξιτηλα ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγονότα ἐπιγράψαντες ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς ἕτερος αὐτὰ ἀναλέξηται. *Et quia jam vetustate libri Sibyllini exolescebant, Pontificibus negotium dedit, ut sua manu eos describerent, nequis alius eos legeret.* Quod autem attribuis porro D. Blondello, illum nempe affirmare ex lectione librorum Sibyllinorum Sacerdotes occasionem arripuisse suscitandi persecutiones contra Christianos: hoc ipsi falso affingis. Dicit enim Baronium tuum A. D. 272. §. 20. hoc affirmasse & scripsisse. Vides igitur quam oscitanter Blondellum legeris. Ut autem Crassetus ostendat, quomodo genuina illa Sibyllarum carmina ad Christianorum cognitionem pervenerint, fingit Sacerdotes Capitolii quam plurimos ad Christianam Religionem conversos, uti Lactantium nempe aliosque, atque per illos Sacerdotes ex Paganis Christianos factos, libri illi qui tam sedulo asservabantur, ut nulli præter Quindecim-Viris legere illos fas esset, Christianis innotuerunt. Verum, bone Pater, uti fabellam de Lactantii Sacerdotio negavimus, sic etiam hoc com-

commentum rejicimus. Nominare debuisset nonnullos ex plurimis illis, sed dictatorio tantum modo agit Crassetus, ac si sufficiat hoc ipsum esse verum quia sic scripsit. Sed ignoscat nobis, si ipsi, argumentis idoneis destituto, Fidem non habemus. Ultimum autem (& quod palmarium putat Crassetus argumentum,) est, quod Lactantius fuit Crispi, Magni Constantini Imperatoris Christiani Filii, præceptor, & quis dubitet, inquit, Imperatorem Christianum, Lactantio non concessisse potestatem legendi libros Romæ asservatos, & demum sub Honorii Imperio combustos? Lactantius ait (se satis perspicue explicat) his verbis, *quarum ex libris ista exempla proferimus*, verum etsi hoc tibi concederetur, Crassete, quamvis tamen hoc non sit necesse, an inde sequeretur illud exemplar quod vidit Lactantius, ex Sibyllarum Antiquarum ore descriptum fuisse? certe non, ne ipsi quidem Pagani habebant illud exemplar vel ejus apographum, quod mulier Tarquinio vendiderat, utpote cum Capitolii incendio plane absumptum, habuerunt tantum illud quod ex versibus undequaque conquisitis per Legatos, constabat, ac per Augustum conditum fuit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis Basi, teste Suetonio. Illud autem exemplar diversum erat ab illo quod fuit concrematum cum Capitolio, teste Dionysio Halicarnasseo. Illud igitur exemplar etiamsi vidisset, versusque aliquot ex illo scriptis suis inseruisset Lactantius, non habuit tamen verum & genuinum Sibyllinorum versuum exemplar. Postea autem ostendemus, Deo dante, primi exemplaris reliquias, cum hoc quod nunc habemus collaturi, longe alia continere his VIII. libris quos nunc habemus, quam in primo exemplari. Quis porro te docuit, Crassete, Lactantium adeo gratum fuisse Constantino, tantamque illum inter & Imperatorem intercessisse familiaritatem, ut illi potestatem dederit consulendi libros Sibyllinos, quos etiam Imperatoris filius ætate sedulo, uti antea, fuisse asservatos testantur Historiæ: atqui erat Filii Imperatoris præceptor! quasi vero Monarcham inter & Filii ejus Præceptorem tanta fuerit exculta amicitia, & hodie Reges inter & Filiorum præceptores arctum amicitiæ vinculum nectatur. Ad finem Capitis de Lactantio, eadem rursum uti ante oberrat chorda Crassetus, existimans, Lactantium, virum adeo doctum, vel non potuisse falli scriptis illis suppositiciis, statim enim, inquit falsitatem detexisset, noluissetque Religionem

Christianam mentientium armis tueri. Ad hanc objectionem abunde satis ante respondimus, ideoque non est necesse, ut ostendamus Lactantium potuisse errare. Ample enim satis in notis nostris ad Lactantium, patrem illum errasse, demonstravimus. Quod tandem de pia fraude, patribus à Blondello impacta, refert Crassetus, quasi Patres ab illa infirmitate fuissent alieni, forte postea alio loco de illa re erit dicendi occasio. Transeamus nunc ad

---

CAPUT XVII.

DE

CONSTANTINI MAGNI TESTIMONIO

BREVIARIUM.

CRassetus refutatus: An Concilio Niceno interfuerint Martyres. Constantini gloria & laudes. An liceat suspicari Reges esse mendacii reos. An Arriani, quos Synodo Nicenæ interfuisse dicit Crassetus, Divinitatem Servatoris nostri negantes, potius hæreseos quam fovebant poterant convinci testimoniis Sibyllarum quam Sacræ Scripturæ? an Constantinus legerit libros Sibyllinos & quidem genuinos? Crassum Crassetι σφαλμα refutatum. An Acrostichis de Christo in antiquarum Sibyllarum libris exstiterit. Oratio Constantini exposita ac in multis refutata. Cicero expositus. Negat Cicero in ullo mortalium repertum fuisse Furorem Divinum quo futura prædicerentur. Ciceronis locus à Crasseto depravatus. Alii etiam præter Sibyllas homines ad fugam Idololatriæ sunt adhortati, atque unitatem Dei asseruerunt; nec tamen illorum carmina pro Oraculis Sibyllinis sunt habenda. An hæc quæ nunc habemus Ora-

cula

cula Sibyllina extiterunt ante natum Christum. Blondellus contra Crassetum vindicatus, Petrus Molinæus refutatus.

INter omnia, quæ pro Sibyllis, meo quidem Judicio, adferri possunt testimonia, inquit Loyolita Crassetus, nullum est Illustrius nec certius quam illud, quod suppeditat Constantinus Magnus: Illustrissimum est, quoniam est Imperator qui testatur, quem mendacii arguere, crimen est mortale, quandoquidem vitium illud timidis tantum competit, nec fas est unquam Reges mendacii reos esse suspicari. Certissimum etiam est, quoniam sermo à magno illo Principe habitus fuit, coram primo generali Concilio Nicæno, Augustissimo, siquis unquam fuit, confessu, utpote qui constaret, Martyribus, Confessoribus Sanctis doctisque viris, qui proculdubio Imperatorem monuissent, esse fabulas quæcunque de Sibyllis inaudiverat: præcipue quandoquidem multi Episcopi Arriani qui Divinitatem Jesu Christi negabant, quos Imperator Autoritate Sibyllarum convincere annitebatur, adessent. Respondemus, Pater Crassete, in transitu hoc tantum notamus, quod valde ἀκυρολόγως loqueris ac scribis, quando Concilium Nicenum constitisse affirmas Martyribus, Martyris vocem non intelligis Crassete, confessores, Sanctos doctosque viros, illi Synodo interfuisse facile concedimus: sed negamus illi concilio interfuisse Martyres. Proprie Martyres illi sunt dicendi, qui effusione sanguinis, aut morte violenta, testimonium confirmandæ Veritati, pro qua patiebantur, perhibuerunt: illi autem qui magnas afflictiones pro veritate Euangelii erant perpessi, vitam incolumem conservantes, Confessores vocabantur. Adeo ut valde laxa significatione vocis Martyris heic utaris, Crassete Pater. Scias etiam volumus, nos nolle disputare de Illustri Imperatoris Gloria, nec illam illi invidemus, verum ex eo quod Imperator aliquis argumentum quodpiam allegat, non sequitur, etiamsi non mentiatur, illum tamen non affirmare ea quæ Veritati sunt contraria, & non licere Reges mendacii reos esse suspicari, hoc pernegamus: Homines enim sunt, nihilque humani ab illis alienum, S. David, etiam ipse Rex, testatur omnes homines esse mendaces, Ps. CXVI. vers. XI. Adulatorem itaque agis quando

Reges mendacio obnoxios esse negas, Historiæ & quotidiana experientia testantur plane contrarium. Credimus & nos Constantinum Magnum non esse mentitum, quando Sibyllas testes advocat, interim tamen quod verum est (loquimur de subjecta materia) non dixit, uti ex sequentibus patebit. Locutus fuit Magnus Imperator secundum animi sui sententiam, attamen illi Fidem non habemus. Sed coram concilio habuit sermonem, inquis Crassete, ideoque si Sibyllina Oracula fuissent spuria & supposititia, Imperatorem de fraude monuissent viri Docti, præsertim Arriani, qui illi intererant concilio, Divinitatem Jesu Christi oppugnantes. Sed consequentia tua, nulla est. Potuerunt enim Patres illius Concilii eodem errore quo Imperator, esse correpti, & hinc non sequitur, quia Imperator totumque Concilium sic credidit, rem ita se habere. Concilium enim æque ac Imperator errare potuit, nempe Oracula Sibyllina quæ nunc habemus non esse supposititia. Verum Arriani, Divinitatis Servatoris hostes, Imperatoriæ assertioni sese opposuissent, quoniam Sibyllinis Oraculis illos convincere nitebatur ut opinioni d. Christi Divinitate fidem adhiberent: quasi vero, Crassete, Arriani Scriptis Sibyllinis magis convincerentur de Divinitate Servatoris nostri, quam S. Scripturæ Divinitus inspiratæ testimoniis, quid putas Crassete? numquid Jesu Christi hostes ad Fidem magis permovebuntur Scriptis humanis, nequid gravius dicam, quam Divinis? Arriani non potuerunt aut saltem noluerunt, Fidem adhibere articulo Fidei, de Servatoris Divinitate clare & distincte in verbo Dei tradito, an itaque magis ad Fidem deducentur versibus mulierciularum diabolico spiritu actarum? credat hoc Judæus Apella, non ego. Notandum etiam tantum non fuisse numerum Arrianorum in Concilio illo Niceno, ut operæ pretium sit mentionem illorum injicere, sex aut ad summum Octo Arriani illi Synodo interfuere, quid numerus tam exiguus, ad ducentos pluresque alios Episcopos aut Doctores? Verum etsi pauci tantum interfuissent, attamen sese opposuissent Arriani, dixissentque Imperatorem ex suppositiis scriptis velle probare suam opinionem: atqui nihil contradixerunt, ideoque Oracula illa quæ Constantinus allegavit pro genuinis agnoverunt Arriani. O lepidam Crasseto dignam consequentiam! Arriani nihil reposuerunt adversus Imperatorium argumentum pro Divinitate Servatoris, ex Sibyllis petitum,

ergo

ergo approbarunt Oracula Sibyllina tanquam genuina. Quidnam oppoſueruut Arriani ad Conſtantini aſſertionem qua Divinitatem Jeſu Chriſti probare voluit? nihil de hac re Euſebius memoriæ prodidit, an igitur Arriani aſſenſum præbuerunt Doctrinæ de Servatoris Divinitate, quam Imperator probare intendebat? non putem Craſſetum hoc affirmaturum. Videat igitur Jeſuita quam frivolum ſit hoc, quod pro Sibyllinis Oraculis attulit argumentum, quo probare nititur, Oracula Sibyllarum à Conſtantino allata, pro genuinis habita ab ipſis Arrianis, quia nihil contra Imperatoris argumentum regeſſerunt. Verum, *inquit* Craſſetus, majorem nobis affert teſtimonii Conſtantiniani certitudinem hoc, quod certiſſimum eſt, nempe Imperatorem ſub poteſtate ſua habuiſſe libros Sibyllinos Romæ aſſervatos, atque hinc ne dubitare quidem licet, illum ſive Paganum ſive Chriſtianum, non legiſſe libros Sibyllinos, ut ex illis reſciret fata ſua, dum adhuc Paganiſmo adhæreret, vel ut, cum Chriſtianam Religionem eſſet amplexus, videret, num illa quæ de Sibyllis publicabantur, Veritati eſſent conſentanea: ſed bone Craſſete, num putas Reges aut Imperatores legere libros illos, etiam notabiles & arcana continentes, ſub illorum poteſtate aſſervatos? non putem illos eo curioſitatis provectos, ſi quidquam ex illis reſciſcunt, ex aliorum lectione & narratione hauriunt, qui pro affectibus ſuis, obſervationes ſuas Principibus obtrudunt. Sed poſito, legerit Conſtantinus Sibyllarum libros, quosnam illum legiſſe putas Craſſete? certe non Antiquos illos Tarquinio à Muliere venditos legit. Erant enim illi dudum ante Conſtantinum cum Capitolio combuſti. Nullum itaque reſtat tibi effugium, niſi ut dicas illum legiſſe exemplar verſuum illorum, à Legatis undequaque conquiſitorum. Illud autem erat longe aliud quam antiquum, ut ſupra ex Dionyſio Halicarnaſſo probavimus. Deinde etiam patet ex illo, Imperatorem non legiſſe vera Sibyllina carmina, quoniam illa Acroſtichidibus conſtabant, & ex illis genuina à ſuppoſititiis discernebantur, ut ex eodem Dionyſio Halicarnaſſeo, cum de Acroſtichide Sibyllina ſupra fuiſſe diſſereremus, probavimus. Atqui octo libri illi quos nunc habemus, non conſtant Acroſtichidibus, unica tantum fuit inſerta de qua non ſolum recentiores, verum etiam Antiqui dubitarunt, teſte Euſebio. Ut autem porro Jeſuita probet, Conſtantinum legiſſe libros Sibyllinos, argu-

argumentatur hoc modo, Imperatorem tantum Romæ potuiſſe ac Tyrannus Maxentius, quem ſua manu Conſtantinus necavit, &c. Atqui, inquit Loyolita, Zozimus narrat libro undecimo, Maxentium magnam Victimarum multitudinem Romæ Diis obtuliſſe, & libros Sibyllinos perluſtrare voluiſſe: locum Zozimi, ut Craſſeto lectum fuiſſe credamus, his verbis Latinis illum expreſſit: *intra muros incluſus Diis victimas offerebat..... ipſis quoque Sibyllinis Oraculis perveſtigatis:* concedo Craſſete Pater, Conſtantinum tantam ad minimum habuiſſe Autoritatem, quantam ſibi arrogaverat Tyrannus Maxentius, ſed quid inde? ergo potuit legere, imo legit Oracula Sibyllina. Sed hoc ſi ponamus; nempe illum legiſſe, an ex eo conſtabit, ergo illa Oracula quæ legit erant genuina, & illis Chriſtianorum myſteria continebantur? hoc certe pernegamus, multa maledica erant inſerta, objicit Celſus apud Origenem, de conquiſitis per Legatos carminibus loquens, erant teſte Dionyſio Halicarnaſſeo valde interpolata & à prioribus diverſa: illa tantum legere potuit Conſtantinus, priora autem & Antiqua non vidit. Notandum porro Craſſetum citare locum ex Zozimi Hiſtoria libro undecimo. Ex hac Zozimi allegatione oſtendit Jeſuita, ſe Scriptorem illum nec legiſſe nec vidiſſe. Dicit enim locum ſupra laudatum reperiri libro undecimo, cum legatur libro ſecundo, p.m 416. Ideoque Jure meritoque ſuſpicamur Craſſetum, Zozimi illud teſtimonium ex alio deſcripſiſſe, ac deceptum fuiſſe, hoc modo, invenit citationem illam apud Scriptorem ſuum ex libro II. hac formula conſcriptam, hinc ſuſpicatus fuit indicari librum undecimum. undecimus enim ſi ciffris, ut loquuntur, deſignetur, hoc pacto exprimitur; ſecundus etiam hoc modo deſignatur, atque hinc eſt quod hallucinetur Loyolita, ſi Zozimum ipſum conſuluiſſet, errorem illum in chartam non conjeciſſet, ſed reperiſſet illum ſex tantum ſcripſiſſe libros. Conſulerem Craſſeto, ut impoſterum, quando teſtimonia vult ex aliis deſcribere, eodem plane modo, iisdem illa Ciffris exprimat, ſic pro libro ſecundo undecimum non citabit. Nullo autem modo excuſari poteſt Craſſetus, dicit enim, *Or Zozime rapporte dans le livre onzieme de ſon Hiſtoire*, dicere debuiſſet, *dans le livre deuxieſme*, ſi ciffris locum indicaſſet, errorem in Typographum rejicere potuiſſet. Notari etiam velim errorem hunc in altera diſſertationum ſuarum Editione eum non emendaſſe, quod mihi ſignum eſt illum non melius ſciviſſe. Deſcribenda

eſſet

ẽſſet fere tota Conſtantini Oratio coram Concilio Niceno habita, ſi omnia quæ Princeps Maximus de Sibyllis narravit, referre vellemus, nonnulla tantum producemus quæ de Sibyllarum Autoritate retulit. Poſtquam igitur de Erythræa omnium Sibyllarum Antiquiſſima ſermonem habuit, hæc adjungit, inquit Loyolita Craſſetus, ἀλλ' οἱ πολλοὶ τ ἀνθρώπων ἀπιϛοῦσι τ ταῦθ' ὁμολογοῦντες Ἐρυθραίαν μεγίϛης Σιβύλλαν μαντιν· ὑποπτεύουσι δέ τινα τ τ ἡμετέρας θρησκείας, ποιητικῆς μέσης οὐκ ἀμοίρου, τὰ ἐπὶ ταῦτα πεποιηκέναι. νοθεύεσθαί τε αὐτὰ ὑπ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι. *Multi tamen huic prædictioni fidem derogant, quamvis Sibyllam Erytrhæam revera ejus Vatem fuiſſe fateantur. Suſpicantur autem à quodam ex noſtræ Religionis hominibus, poëticæ artis non ignaro, eos verſus eſſe confictos & falſo ac ſuppoſititio titulo Sibyllæ adſcribi.* Putat Craſſetus, Conſtantinum Jure meritoque Sibyllæ Erythrææ adtribuiſſe illam Acroſtichidem, ſed qua ratione & quo fundamento, hoc dixerit, ſupra fuſe demonſtravimus: nunc tantum lubet paucis reſpondere ad conſequentias à Craſſeto ex Conſtantini verbis extuſas, (ſuperius enim allata ad Craſſeti objectiones ſufficiunt: Etiamſi tum temporis illius libellum vel diſſertationem de Sibyllis non viderimus.) hoc enim demum anno 1682. ad manus noſtras pervenit. Certum autem eſt, inquit Loyolita Craſſetus, quod, ſi Conſtantinus, qui illo tempore tantum erat Catechumenus, nunquam verſibus illis Fidem adhibuiſſet, niſi perſuaſus fuiſſet, illos in Sibyllarum Originali reperiri: verum, bone Pater, an Conſtantinus, utut magnus Imperator, non potuit decipi? an ejus perſuaſio aut Fides cauſa eſt, cur & nos debeamus credere, revera Acroſtichidem hanc extare in Scripto Sibyllino Authentico & Originali? & quia ſic credidit, an ergo res ita ſe habet? quid hac aſſertione futilius? Pronuntiamus igitur falſiſſimam eſſe Imperatoris opinionem, credentis, in Sibyllinorum carminum Originali Scripto, Tarquinio à muliere extranea vendito, Acroſtichidem extitiſſe. Nunquam enim Imperator illud vidit, imo ne quidem videre potuit, utpote cum Capitolii incendio plane abſumptum: & quod probe notandum talibus Acroſtichidibus, qualis eſt illa de qua loquitur Cæſar Conſtantinus, non conſtabant Sibyllina carmina, ſed brevioribus, ut ſupra docuimus, unde & hinc commodum eliciamus argumentum, eſſe plane ſuppoſititiam hanc Acroſtichidem, uti & totum hoc quod nunc ſub Sibyllarum nomine exſtat

Oraculorum ſyntagma. Verum reſponſio Conſtantini (urget Craſſetus) ad illam objectionem, invincibile eſt argumentum, quo aſſertio ejus probatur. Sic enim loquitur M. Imperator: ἐν φανερῇ δ' ἀληθεια, ἣ τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας συλλεξάσης τὰς χρόνους ἀκριβέστερον, ὡς μηδένα ὑποπτεύειν, μὴ τῷ ἐξ Χριστοῦ καθοδον ἢ κρίσιν γεγωνῆσθαι τὸ ποίημα, ἢ ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ Σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεύδεσθαι ἀφομοίζεσθαι. *Sed Veritas ipſa in propatulo eſt omnibus, cum hominum noſtrorum diligentia temporum ſeriem adeo accurate collegerit, ut jam nemo ſuſpicari poſſit, poſt adventum & condemnationem Chriſti, carmen illud eſſe compoſitum; falſoque divulgari, quaſi Sibylla hos verſus diu ante vaticinando profuderit.* Ecce, inquit Loyolita, concluſionem quæ Blondellum male excipit, quoniam illa Scriptorem illum, mendacii & calumniæ reum arguit: oſtendere debuiſſes Craſſete, qua in re mentitus, quo pacto calumnioſus ſit Blondellus, nunquid mentitur, quando dicto Imperatoris Fidem non commodat, hæccine eſt calumnia? Conſtantinus credit Acroſtichidem longe ante Servatoris Nativitatem fuiſſe compoſitam, quoniam Chriſtiani ſumma cum diligentia feriem temporum collegerunt, ego vero hoc non credo, ſic regerit Blondellus: quodnam in hac ſententia eſt mendacium? quænam in illa reperitur calumnia, Craſſete? Dic ſodes; video, ni fallor, quid velis, nempe Blondellus negat illud quod Imperator pro vero affirmat, ideoque mendax & calumnioſus eſt, ſiccine Craſſete? putasne igitur in Inquiſitione veritatis ſufficere, Imperator ſic ſentit, ergo ejus opinio eſt vera? Non putem quemquam tam ſtolide argumentaturum: non quæritur quid credat Imperator, ſed quid credere debeat. Verum addit Conſtantinus, *hominum noſtrorum diligentia temporum ſeriem collegit: itaque nemo ſuſpicari poteſt, poſt Chriſti adventum & condemnationem carmen illud eſſe compoſitum.* Quid ergo dicendum erit, Craſſete, Chriſtianos illos qui temporum ſeriem collegerunt, fuiſſe Infallibiles? nemo eſt qui hoc affirmare audeat, ut ut eſt, Imperatoris Fides nitebatur hominum ſuorum opinionibus, quoniam illi diligenter temporum ſeriem collegerant, itaque ante natum Chriſtum Acroſtichis fuit compoſita. Hac pacto non ſolum Conſtantinus Imperator, verum etiam diligentes ejus homines Infallibiles conſtituentur. Recte egiſſet Imperator ſi hominum ſuorum collectam temporum ſeriem indicaſſet: ſic illorum hominum diligentia notior & evi-

evidentior apparuiſſet. Dicendum erat, quinam illi fuerint homines qui tam diligenter temporum ſeriem collegerant, tum ſaltem poſteritas Chriſtiana potuiſſet, imo & ipſum Concilium, coram quo ſermonem habebat, tanto facilius Fidem illorum opinioni commodare. Pagani enim Chriſtianorum Doctorum judicio & Autoritate non poterant permoveri ut crederent, Acroſtichidem, ante Chriſtum natum, fuiſſe compoſitam, quia Chriſtiani Gentilium adverſarii diligenter temporum ſeriem collegerant & ſic judicaverant: poterat alicujus eſſe pretii Chriſtianorum illorum judicium, apud Imperatorem & Concilium, ut crediderit ante Chriſti Servatoris noſtri nativitatem compoſitum fuiſſe illud carmen, imo credo etiam Conſtantinum ſic ſenſiſſe, & ideo rem ſe ita habere, credidiſſe: ſed quid valebat ad convincendos Gentiles infideles talis argumentatio? Chriſtiani noſtri diligenter temporum ſeriem collegerunt, & ante natum Servatorem compoſitam fuiſſe illam Acroſtichidem, judicarunt, ergo nemo contrarium ſuſpicari poteſt? Siccine tu argumentareris, Craſſete? certe nimis craſſo modo imperitiam tuam oſtenderes. M. Imperator Conſtantinus in ſermone ſuo ad S. Cœtum meminit à Chriſtianis factam ſeriei temporum collectionem, ſed à quibus facta ſit, hoc non docet. Verum (ſi DIS placet) ſagaciſſimus noſter Craſſetus, nos illo beabit officio. Dicit enim, proculdubio intelligit S. Juſtinum, S. Clementem Alexandrinum, Lactantium & præcipue Euſebium, Antiquitatis maxime gnarum. Sed quis hoc te docuit, Craſſete, magnos illos viros eſſe intelligendos? hæc tua tantum eſt conjectura, atque eadem facilitate qua tu illam profers, rejici poteſt: verum poſito, Viros illos ſeriem illam temporum collegiſſe, an itaque exiſtimas, non poſſe dubitari, Acroſtichidem illam ante nativitatem Jeſu Chriſti fuiſſe compoſitam? certe nos non ſolum de illius aſſertionis Veritate dubitamus. Verum pro certo pronuntiamus, non ſolum poſt Servatoris noſtri adventum & Incarnationem fuiſſe confictam, ſed & nunquam inter famoſarum & antiquarum illarum Sibyllarum Oracula fuiſſe lectam. Nihil enim præter Romani Imperii fata & cultus idololatricos illa continuiſſe, teſtes ſunt Gentiles Hiſtorici. Quotieſcunque enim aliquid ex illis memoriæ produnt, nihil aliud quam talcs quisquilias & ſordes proferunt, uti conſtare poteſt ex illis quæ ſupra attulimus, cum de Inſpiciendorum & con-

ſulendorum illorum Oraculorum occaſione ageremus. Erraverunt ergo non ſolum Conſtantinus præjudiciis ſuorum hominum occupatus, verum etiam illi Doctores à Craſſeto laudati, cum ante natum Chriſtum Acroſtichidem illam exſtitiſſe opinantur. Saltem inter Antiqua illa Oracula Tarquinio vendita, non exſtitiſſe noſtra eſt opinio, quod vel ex hoc argumento diſcernere liceat. Non enim conſtabant illa priora Oracula talis generis Acroſtichidibus, qualis exemplum exſtat libro VIII. Erant enim illi vèrſus breviores, uti diximus, nec heroïco metro compoſiti, uti legenda nobis reſtat Acroſtichis pſeudo-Sibyllina. Opinioni noſtræ faventem habemus Dionyſium Halicarnaſſæum ſuperius laudatum, aliosque Scriptores. Verum teſtes adhibet Ciceronem & Virgilium, inquit, Jeſuita Craſſetus, teſtaturque Imperator, Oratorum principem in Romanam dialectum tranſtuliſſe hanc Acroſtichidem. De hoc Ciceroni viſo carmine, multis diſſeruimus ſupra cap. de Sibylla Erythræa, ad quæ Jeſuitam, ut ſibi ſatisfactum videat, de Acroſtichide Ciceroni viſa, ablegamus. De Virgilii teſtimonio à Conſtantino laudato poſtea dicemus. Sed ἐν παρόδῳ notari velim, Craſſetum pag. diſſertationis ſuæ de Sibyllis LII. audere ſplendidum in chartam ſuam conjicere mendacium. Dicit enim Imperatorem Conſtantinum, in ſermone ſuo coram Synodo Nicæna habito, affirmare, ſe legiſſe Acroſtichidem à Cicerone in Romanam linguam tranſlatam. Imploro heic tuam Fidem, Craſſete, non Jeſuiticam, ſed Chriſtianam. Dic ſodes, ubinam hoc dixit Conſtantinus Imperator? in Sermone, dicis ad Concilium Nicænum. Profecto! Oſtendis, ſic ſcribendo te vel Orationem illam Imperatoris apud Euſebium nunquam legiſſe, vel ſi legiſti, te Imperatoris mentem, vel textum Græcum non intellexiſſe. Sic enim loquitur in Oratione ſua ad Sanctorum Cœtum, Capite mihi XIX. p. 593. editionis Valeſianæ. Ὁμολόγηται γὰρ Κικέρωνα ἐντετυχηκότα τῷ ποιήματι, μετενεγκεῖν τε αὐτὸ, εἰς τὴν ῥωμαίων Μέλεκλον, καὶ συντάξαι αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ συντάγμασι. *Inter omnes enim conſtat, Ciceronem cum carmen hoc legiſſet, Latino ſermone illud interpretatum eſſe, ac ſuis operibus inſeruiſſe.* Hoccine ſignificat, Craſſete, Conſtantinum Acroſtichidem hanc, à Cicerone verſam, legiſſe? Hoc tantum vult indicare magnus Imperator, à Cicerone verſam fuiſſe in Romanam linguam, Acroſtichidem hanc, non vero ſe legiſſe affirmat Conſtantinus: æque verum eſt, Ciceronem

nem vertiſſe carmen illud in Latinam Linguam, ac tu, Craſſete, contendis Ciceronianam illam verſionem ab Imperatore lectam. Acroſtichidem autem illam ne Ciceroni quidem viſam, multo minus in Latinam Linguam verſam fuiſſe, fuſe ſupra demonſtravimus. Atque vel hinc conſtat, Jeſuitæ aſſertionem eſſe falſam, Conſtantinum nempe legiſſe Acroſtichidis Sibyllinæ Ciceronianam verſionem. Dicit porro Craſſetus, Blondellum Ciceronis locum haud fideliter propoſuiſſe aut allegaſſe, utpote qui non ſolum verba, verum etiam lineas integras confirmantes ſententias Patrum, à Ciceronis loco *reſciderit:* quod quam falſum ſit, provoco ad ipſum Craſſetum, ſi quid ex Latina in Gallicam Linguam vertere novit. Cur verba illa (Craſſete) omiſſa, lineas integras expunctas, non notaſti, hoc ſi feciſſes, Jeſuiticam tuam Fidem & Sinceritatem deprehendiſſemus: verum videamus quas conſequentias ex Ciceronis loco ſupra laudato, extundat Craſſetus. Primo, inquit, ex hoc loco conſtat Ciceronis tempore exſtitiſſe verſus quosdam alicujus Sibyllæ, conſulentes ut Regem eligerent Romani, ſi ſalvi eſſe vellent. Atqui Rex ille ſine quo ſalvi eſſe non poſſumus, eſt Servator noſter Jeſus Chriſtus. Conſtat ergo Acroſtichidem hanc eſſe Sibyllinam, quandoquidem in hodierna Acroſtichide Sibyllina mentio fit Jeſu Chriſti. O miſeram, Craſſeti, argumentationem! Romani à Parthis oppugnabantur, Cotta cum Julii Cæſaris fautoribus contendebat, Regem illum eſſe appellandum, ſi à Parthis liberari velint. Quaſi vero Romani à Parthorum invaſionibus & vaſtationibus liberari non potuerint, niſi à Jeſu Chriſto venturo, cum Cicero loquatur de illo, qui revera cum Rex eſſet, Rex eſſet etiam appellandus. Verum urgebit Craſſetus, mentio fit in Acroſtichide à Cotta allegata, Regis ſine quo Romani ſalvi eſſe non poterant. Sed quæſo te, Craſſete, quo pacto & quibus fidiculis extrahere potuiſti hanc conſequentiam, per Regem illum, de quo loquitut Cotta, intelligendum eſſe Jeſum Chriſtum Servatorum noſtrum? an non ipſe fateris p. 50. libelli tui, Julii Cæſaris fautores & amicos, ut & ipſum Cottam intellexiſſe Sibyllam de Julio Cæſare fuiſſe vaticinatam? cur igitur de Jeſu Chriſto dictam aſſeris Acroſtichidem: ſi Vaticinium illud Sibyllinum impleri debebat, ſi ex Cottæ mente Julius Cæſar Rex fuiſſet vocatus, nunquid igitur prædictio illa fuiſſet impleta, & ſi in Julio implebatur, qua ratione

ergo contendis in Jesu Christo post Julium nato, implendam & impletam fuisse? Deinde pernegamus etiam versus illos à Cotta citatos, à Sibylla profectos. Ciceronem testem ejus rei habemus satis idoneum. Dicit enim, *hoc si est in libris*, &c. *Callide enim qui illa composuit, perfecit, ut quodcumque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata*, &c. Ex toto hoc Ciceronis loco luce meridiana clarius patet, Oratorum Principem ἀκρόασιν hanc Sibyllæ non adtribuisse. Verum instat Loyolita Crassetus p. 53. hoc est, suo satis crasso modo, *hoc si est in libris*, &c. Hisce verbis, inquit, ostendit Cicero, se non legisse prædictionem hanc, Græce, sed Latine, ex Cottæ versione qui clanculum apographum ex *libris* Sibyllinis descripserat, quem inter Romanos spargebat. Sed quis à risu se contineat, qui Jesuitam tam imperite differentem audit! *Hoc si est in libris*, inquit Cicero, ergo non Græce sed Latine legit carmen hoc, ex versione Cottæ, quis te hoc docuit, Vir perspicaciissime, dic sodes! ubi hæc tu legisti? dic nobis, quomodo hæc tua assertio cohæret cum tua opinione, quam conscripsisti p. 142. ubi ex Constantini mente affirmas, Ciceronem legisse hos versus atque in Romanam dialectum transtulisse: si transtulit in Linguam Latinam, an igitur Græce non legit? Quis porro hoc tibi Revelavit, Cottam clanculum ex libris Sibyllinis excerpsisse hoc carmen? Hoc si Cotta feciisset, criminis capitalis se reum constituisset, nulli enim licebat Oracula *illa* inspicere aut legere, nisi Quindecim-Viris Senatus Authoritate munitis. Itaque Cotta non alio modo illud carmen Sibyllæ tribuit nisi ex hominum fama & rumore, non vero ex sua αὐτοψίᾳ. Notavit etiam hoc summus Orator, dicit enim, *Sibyllæ versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur, quorum interpres falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur*, &c. Suspicio Ciceronis, addit porro Crassetus, carmen hoc esse suppositium, quia Acrostichis magis est attenti animi quam furentis, est medium nullitatis quod Politicus hic opponit rationibus Cottæ, & quidem invalidum. Si enim credidit Deum per Sibyllas locutum fuisse, & per illas versus edidisse, facili negotio credere potuit, Deum æque Acrostichides potuisse per illas eloqui ac alium sermonem: sed heus, bone vir, gratis hoc supponis, Ciceronem credidisse Deum per Sibyllas fuisse locutum, hoc tibi probandum incumbebat. Nos pro vero æstimamus & affirmamus Ciceronem

ronem nunquam hoc credidiſſe, negat enim unquam in ullo mortalium repertum fuiſſe furorem Divinum quo futura prædicerentur. Cicero lib. II. de Divinatione folio mihi 149. *Quid vero Autoritatis habet furor iſte, quem Divinum vocatis ut, quæ ſapiens non videat, ea videat inſanus, & is, qui humanos ſenſus amiſerit, Divinos aſſecutus ſit.* Vides ergo Craſſete, ſi oculos vis aperire, quam miſere procedat tua hæc argumentatio. At urget & inſtat Jeſuita, Sibyllarum, inquit, verſus erant Acroſtichides quales ſunt Erythreæ Sibyllæ quos nunc habemus: an non pudet te hæc in chartam conjicere? Probare anniteris octo *hos libros*, qui nunc ſub Sibyllarum nominibus exſtant, eſſe vere *Sibyllinos*; hoc ut conſtet, dicis verſus Sibyllinos fuiſſe Acroſtichides, teſtemque producere audes Dionyſium Halicarnaſſæum, ex *iis* (Acroſtichidibus nempe) dignoſci vera à ſuppoſitiis Oracula Sibyllina. Age, aſſumamus tuum argumentum, videbis quam bene procedat hæc tua argutatio, fictitia Sibyllarum Oracula, aut ſub Sibyllarum nominibus promulgata, Acroſtichidibus diſcernuntur à Veris & genuinis, teſtibus Dionyſio Halicarnaſſæo, & ipſomet Craſſeto, atqui in octo illis libris, qui nunc exſtant, unicam tantum habemus Acroſtichidem, ergo tota illa farrago octo libris comprehenſa eſt genuina & vere Sibyllina. O lepidam conſequentiam! an non dicendum tibi fuerat, ergo nullum illorum Oraculorum, eſt genuinum præter unam hanc Acroſtichidem? Nulla enim in octo illis libris reperitur Acroſtichis præter hanc unam lib. VIII. An non hoc pacto deſtruis illud quod adſtruere intendebas? Te ipſum Judicem appello, forte regeret Loyolita, ergo hæc Acroſtichis eſt vere Sibyllinum carmen, quod tamen negat Blondellus: imo & nos cum illo hoc negamus. Rationes negationis pete ex loco ſupra laudato, ubi fuſius de illa Acroſtichide egimus. Tertia, quam Craſſetus ex Ciceronis loco extundit, conſequentia hæc eſt: Verſus hi Sibyllini tendebant *ad deponendas Religiones*, unde Cicero concludit *ſepoſitam & conditam habendam Sibyllam.* Atqui Oracula Sibyllina quæ nunc habemus valent *ad deponendas potius quam ſuſcipiendas gentilium Religiones*? Invehuntur enim in cultus idololatricos Paganorum & unitatem Dei prædicant, ideoque pro veris Sibyllinis habenda: imo etiamſi Ciceroni concederemus, Oraculum hoc eſſe ſuppoſititium, habemus tamen contra Blondellum, prædictionem, de adventu Regis, qui ſalvaret homines conſtitu-

ſtitutione novæ Religionis, & deſtructione idololatriæ, anteceſſiſſe adventum Filii Dei, ideoque libros Sibyllinos non fuiſſe compoſitos centum & triginta octo annis poſt Jeſu Chriſti Incarnationem, uti vult Blondellus. Ut autem Lectori tota hæc res innoteſcat, ut & Craſſeti inſcitia, locum Ciceronis heic adjicere lubet, quoniam Craſſetus callide illum omiſit in allegatione Latina. Locus autem ſic ſonat: *Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam, & conditam habeamus, ut, id quod proditum eſt à Majoribus, injuſſu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quam ad ſuſcipiendas Religiones: cum Antiſtitibus agamus, ut quidvis potius ex illis libris, quam Regem, proferant: quem Romæ poſthac nec Dii, nec homines eſſe patientur.* Judicet nunc Judicioſus lector, utrum talis propoſitio in hoc Ciceronis loco reperiatur, qualem elicit Jeſuita Craſſetus, *Oracula Sibyllina valent ad deponendas potius, quam ſuſcipiendas Religiones.* Certe talis non fuit Ciceronis mens, voluit tantum Oratorum Princeps, hoc modo, quo Cotta, ſi agere liceat, & ſub Sibyllarum nominibus quævis effingere, tum libri Sibyllini valerent potius ad deponendas quam ad ſuſcipiendas Religiones, omnia ſusque deque everterentur, & quivis mortalium ſua commenta, tanquam Oraculum Sibyllinum, in vulgus protruderet: quod Cicero dixit conditionaliter, illud Craſſetus ſimpliciter aſſumit dictum: & ſic ejus mentem à ſcopo detorquet Jeſuita. Sed, regerit Craſſetus, Cicero addit, *quamobrem ſepoſitam & conditam habeamus Sibyllam*, nempe ne invectivæ, contra Idololatriam Paganam, libris Sibyllæ contentæ, populo innoteſcant: & ſic non ad ſuſcipiendas, ſed potius deponendas Religiones valeant: ſed quis genius hoc tibi Revelavit, vir ſagaciſſime? ideo ſepoſitam & conditam habendam Sibyllam, quia illarum Oraculis continebantur exhortationes ad fugam Idololatriæ: imo Veris antiquis Sibyllinis non alios ritus quam Idololatricos fuiſſe contentos, abunde ſupra fuit oſtenſum: uti & his ipſis, qui nunc in omnium manibus verſantur, contineri cultus Idololatricos ne ipſe quidem Craſſetus negare audeat, an ergo Sibyllæ, quas Craſſetus Divino Spiritu actas exiſtimat, pro & contra Idololatriam Oracula protuliſſent? Certe tales contradictiones à Divino Spiritu potuiſſe proficiſci, negamus & pernegamus: Deus enim nuſquam & nunquam ſibi eſt contrarius. Quænam etiam hæc eſt, Craſſete, conſequentia? Sibyllæ carmina quæ nunc

ex-

exſtant, adhortantur homines ad fugam cultus idololatrici, ergo non ſunt conficta ſed vera & genuina Oracula Sibyllarum? putasne ergo neminem præter Sibyllas, inter Paganos, fugam Idololatriæ docuiſſe? Hoc pacto quam plurima poëtarum carmina, tales adhortationes comprehendentia, pro genuinis Sibyllinis poſſent obtrudi. Addis etiam alteram rationem, cur pro genuinis & vere Sibyllinis hæc quæ nunc habemus carmina ſint habenda, quia nempe unum Deum prædicant. Hoc & multi poëtæ cecinerunt, quorum poëmata pro vere Sibyllinis non admittere vellet Loyolita. Audi Craſſete, quid dicat Orpheus:

Εἷς δ' ἐξ' αὐτογόνης, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκϑ',
Ἐν δ' αὐτῖς αὐτὸς φαίνετϑ', οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁράᾳ.

Unus utique eſt ex ſe natus, exque uno genita omnia,
Intereſt autem ipſis, nec ullus ipſum
Intuetur mortalium, ipſe autem omnes videt.

Idem.

Εἷν κράτος, εἷς δαίμων γοῦνος, μέγας ἄρχὸς ἁπάντων
Εἷς ἐς', αὐτοτελής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκϑ'.
Αὐτὸς ἐπουράνιος, ἐν ϑνητὶ χθονὶ πάντα τελεῖται
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, ἐν μέσσον, ἠδὲ τελευτήν.

Unum robur, unus Deus fuit, magnus Princeps omnium,
Unus eſt, perfectus, unius opera omnia ſunt.
Ipſe cœleſtis, & in terra omnia perficit,
Principium ipſe habens, & medium, & finem.

Sic etiam Phocylides.

Εἷς ϑεός ἐστι σοφὸς, δυνατός γ' ἅμα ἐν πολύολβος.

Unus eſt Deus ſapiens, potens atque beatus.

Hi verſus æque ac Sibyllarum carmina unum Deum prædicant, ideoque ex Craſſeti mente & ſententia deberent etiam Sibyllis adjudicari. Si enim propter illam rationem pro vere Sibyllinis habenda ſunt ea quæ

octo libris pseudo-Sibyllinis comprehenduntur, eodem Jure Auctorum supra citatorum carmina, inter Sibyllina cur non admittantur? Ut autem abunde satisfiat Crasseto, legat hos Sophoclis versus, quibus Idololatriam Paganam manifeste & diserte improbat, & unitatem Dei asserit.

Εἷς τ' ἀληθείαισιν εἷς ἐστιν θεὸς,
Ὃς οὐρανὸν πέδυχε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χάροπον οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίας,
Θνητοὶ δ' ὅμοι, καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεθα, πημάτων φῶτι ψυχῆς
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
Ἢ χρυσοδύκλων, ἢ ἐλεφαντίνων,
Θυσίας τε τούτων, καὶ καλὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες, ὅτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Unus revera unus est Deus,
Qui cœlum fabricavit, & terram longam,
Marisque truces tumores, & ventorum impetus,
Mortales vero multi, corde devii
Statuimus, animæ damna
Deorum simulacra ex lapidibus & lignis
Ex auro eboreve facta,
His Sacrificia, solemniaque pulcra
Facientes, Pietatem retinere putamus. Item

Statius in Theb.

Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma Dei, mentes habitare & pectora gaudet.

Sic etiam Lucretius varios simulacrorum cultus deridet:

Terricolas Lamias, Fauni quas, Pompiliique
Instituere, Numæ tremithas, his omnia ponit,
Ut pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere, & esse homines, & sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse ahenis.
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Dic

Dic nunc, Craſſete, numquid Sibyllæ melius & clarius unitatem Dei aſſerunt, aut Idololatriam damnant, an nobis igitur non licet eodem modo argumentari, quo tu Jeſuita? Hi verſus idololatriam damnant, Dei unitatem aſſerunt, valentque potius ad deponendam quam ſuſcipiendam Romanorum Religionem, utpote contraria illi docentes, ergo ſunt vere Sibyllini? Videat igitur Craſſetus, quam ſtolide procedat ejus argumentatio. Inquiramus nunc etiam, quam bene concludat ſagaciſſimus Craſſetus: Etiamſi, inquit, Ciceroni concederemus, Oraculum hoc eſſe ſuppoſititium, haberemus tamen contra Blondellum, prædictionem de adventu Regis, qui inſtitutione novæ Religionis & deſtructione Idololatriæ homines ſalvaret, anteceſſiſſe adventum filii Dei, ideoque non fuiſſe compoſitos, ut vult Blondellus, libros Sibyllinos, centum & triginta octo annis poſt Servatoris Incarnationem. Si Ciceroni concedatur, Oraculum hoc non fuiſſe genuinum ſed fictum & ſuppoſititium, igitur ex illo nihil concludere poteſt Craſſetus, pro Autoritate Sibyllarum; imo, inquit Jeſuita, ex eo conſtat, Ciceronis tempore exſpectatum fuiſſe Regem. Certum eſt etiam ante Ciceronis tempora opinionem de venturo Rege qui toti orbi dominaretur, vulgo fuiſſe notam atque ab illo receptam, uti ſequenti capite demonſtrabitur, Deo dante, illamque à Judæis inter Gentiles degentibus diſſeminatam; attamen Craſſetus non obtinet contra Blondellum, id quod intendit. Quamvis enim Judæos inter & Gentiles recepta fuerit opinio de Rege venturo, inde tamen non ſequitur, Sibyllina hæc quæ nunc habemus Oracula, exſtitiſſe ante Servatoris noſtri nativitatem. Opinio enim illa de Rege venturo, etiam ante antiqua illa Pagana Sibyllarum Oracula inter Judæos generaliter fuit recepta & credita, hinc tamen non ſequitur quod vult Jeſuita, ergo Oracula hæc quæ nunc ſub Sibyllarum nominibus habemus, non fuerunt compoſita poſt ſed ante natum Chriſtum: à particulari ad univerſale non valere conſequentiam, didicit olim Craſſetus, ideoque non poteſt inferre Jeſuita, ante natum Chriſtum percrebuit etiam inter Paganos opinio de Rege venturo, hanc etiam profert Sibylla in hac Oraculorum farragine, ergo hæc ejus Oracula exſtiterunt ante natum Jeſum Chriſtum. Quaſi vero hæc ſint αὐτόματα, non potuiſſe confingi illa Oracula poſt Meſſiæ nativitatem, & opinionem de venturo Rege ante illud tempus fuiſſe à Paganis admiſſam. Notan-

dum etiam Blondellum non negare Regem fuiſſe exſpectatum ante Chriſti tempora, imo ipſe & hoc credit, ſed negat, hos octo libros Sibyllinos ante Chriſti adventum fuiſſe conſcriptos, &, ſi conjecturæ locus dandus, centum & triginta octo annis poſt Chriſti nativitatem fuiſſe evulgatos. Quid igitur hoc facit ad rem, exſpectatus fuit Rex ante Chriſtum natum, ergo omnia illa Oracula Sibyllina ſunt genuina & Chriſti præceſſere adventum? Deinde falſum eſt quod aſſerit Jeſuita, exſpectatum fuiſſe ſecundum Cottam, à Romanis Regem qui homines ſervaret inſtitutione novæ Religionis, & deſtructione Idololatriæ. Cotta enim ejusque ſectatores hoc tantum ex Sibyllæ pſeudo-Oraculo elicere conabantur, Julium Cæſarem nempe, qui de facto cum Rex eſſet, nec tamen illo nomine, utpote Romanis exoſo, gauderet, Regem eſſe appellandum, ſi Salvi eſſe vellent; agebatur de Liberatione à Parthis, hancque non poſſe obtineri, niſi per Regem, ex ſuppoſititio Sibyllæ carmine probare nitebatur Cotta, hanc autem Liberationem à Parthis extendit Craſſetus ad Salvationem & Liberationem generis humani per Meſſiam procurandam, quod quam futiliter concludatur, quivis videat, præſertim ſi notetur nec Suetonium nec Tacitum, imo ne quidem Flavium Joſephum intellexiſſe de vero Meſſia Jeſu Chriſto, uti Loyolita vult. Interpretantur enim de Tito Veſpaſiano, ἀποδειχθέντα ἐπὶ Ἰουδαίας αὐτοκράτορα. *qui apud Judæam creatus eſt Imperator*, uti poſtea clarius patebit. *Interim ſatis* mirari nequeo, Clariſſimum Petrum Molinæum lib. III. Vatis Cap. XIV. ſe pronum fateri in eam ſententiam hoc *Vaticinio*, à Cotta in Senatu allegato, *habendum eſſe Regem, ſi ſalvi eſſe vellemus*, Chriſtum ejusque Regnum deſignatum fuiſſe, per quod ſalus parta eſt iis, qui ejus Regno obtemperant: hoc tanto magis mirandum mihi videtur, quoniam ipſe locum ex Dione libro XLIV. citat, ex quo doceri poterat. Dicit enim Dio ſic accipiendum eſſe Sibyllinum hoc Vaticinium, Parthos non poſſe ſuperari, niſi ab eo qui Rex appellaretur: ideoque de Chriſto illud non eſſe intelligendum.

CA-

CAPUT XVIII.

DE

REGE VENTURO.

BREVIARIUM.

JUdæorum & Christianorum de qualitate Regis venturi sententia non est eadem. Messias Rex esse debuit. Quomodo fama de Rege venturo totum peragraverit orbem. Inter Gentiles etiam rumor de Rege venturo olim erat dispersus. Regis illius adventum in Vespasiano fuisse adimpletum, testantur nonnulli. Prædictio de Rege venturo diversis fuit applicata, primum Lentulo, postea Ptolomæo Auletæ. Alii de Julio Cæsare intellexerunt. Herodiani Herodi Magno applicarunt, pro vero enim Messia habebatur. Alii de Augusto intellexerunt. Rumor de Rege venturo inter Gentiles sparsus, non fuit à Paganis de Jesu Christo intellectus. Inter Oracula Antiquarum Sibyllarum olim non extitit Prophetia de Rege venturo. Gentiles à Judæis illique à Prophetis acceperant. Virgilii quartæ Eclogæ expositio. Occasio scriptæ Eclogæ quartæ. Servius refutatus. Mos Imperatorum, dividendi agros inter milites, quali modo olim observaretur. Virgilius nihil de Messia refert in Ecloga quarta. Boxhornii de Virgilii quarta Ecloga, sententia. Boxhornius refutatus. Virgilius nihil de Rege venturo ex Judæa, prædixit. Maresius notatus. Virgilius refutatus. An quarta Virgilii Ecloga, desumpta sit ex Sibylla Cumæa. Petrus Molinæus refutatus, ut & alii. Virgilius nunquam Cumææ Sibyllæ carmina vidit, aut legere potuit. Saturni Regnum de aurea ætate. Unde quæ Virgilius in quarta Ecloga cecinit haurire potuit probatur. Constantini sententia refutatur. Augustus Cæsar, Apollinis cultui fuit addictissimus, & cur. Constantini Quartæ Virgilii Eclogæ explicationi contradicitur. Virgilius de Virgine Deipara nihil prorsus scribere intendit. Astarte Virgo unde illi nomen illud? Virgilius non intendit mentionem

injicere de Chriſto nec potuit. Craſſetus refutatus. Conſtantinus denuo refutatus. Valeſius σύμφων@. de la Cerda refutatur.

MEſſiam à Deo per Prophetas promiſſum, Regem eſſe debuiſſe fatentur & Judæi & Chriſtiani, diſſentientes ſuper qualitate Regis illius. Chriſtiani Spiritualem fuiſſe promiſſum, Judæi contra mundanum, qui Judæos à corporali capitivitate & hujus corporis & vitæ miſeriis liberaret, contendunt. Hanc quæſtionem nunc pertractare non eſt animus: quicquid ſit Judæi æque ac Chriſtiani Meſſiam Regali dignitate ornatum, in mundum adventurum crediderunt. Hinc illorum Judæorum nempe, crebra & ad nauſeam uſque repetita vox & phraſis; המלך משיח *Rex ille Meſſias.* Ex maximo Sacræ Scripturæ teſtimoniorum numero, nonnulla quæ Regem eſſe debuiſſe docent, heic in medium proferre lubet. Pſ. II. vers. VI. *Dicet, atqui ego inungens Regem meum, præfeci Iſiioni monti Sanctitatis meæ.* Sic etiam Pſ. XLV. vers II. *Ebullit animus meus, verbum bonum dicturus ego ſum, Poëmata mea de Rege, &c.* Et ibidem vers. VIII. *Dilexiſti Juſtitiam & odiſti improbitatem*, propterea unxit te, ô Deus, Deus *tuus oleo gaudii præ conſortibus*, ut & Jeremiæ Cap. XXIII. vers. VI. *Itaque hoc nomen ejus eſt, quo vocabit eum Iſraël, ô Jehova juſtitia noſtra.* Hoſeæ cap. III. vers. V. *Poſtea reverſi Iſraëlitæ quærent Jehovam Deum ſuum, & Davidem Regem ſuum, &c.* Denique ut multa alia loca prætereamus, Zachariæ cap. IX. vers. IX. *Exſulta valde filia Tziionis, Clange filia Jeruſchalaïmorum, ecce Rex tuus adveniet tibi, Juſtus & ſalute præditus eſt, pauper & inſidens aſino, idque pullo nato aſinabus.* Ad quem locum ἐν παροδῳ notari velim ea quæ dixit Rabbi Schelomo, *impoſſibile eſt ut interpreteris de alio quam de Meſſia, cum in nullo alio hoc videamus impletum.* Nec eſt quod operoſe annitamur hanc Veritatem pluribus Sacri Codicis teſtimoniis probare, quandoquidem nec Judæi nec Chriſtiani hac in re diſſentiunt, diſcrepantia tantum inter illos eſt de qualitate Regni Meſſiæ, nempe utrum de hoc mundo, vel Spirituale fuerit exſpectandum. Prius Judæi, poſterius Chriſtiani aſſerunt. Verum nunc quomodo fama hæc de venturo Rege, totum peragraverit orbem inquirendum eſt. Hoc ut doceamus, putamus inter omnes fere natio-

tiones percrebuiſſe rumorem de Rege naſcituro, qui toti orbi Imperaret, & homines à miſeriis, ſub quibus ingemiſcebant, liberaret, atque hinc factum eſſe ut etiam exteris nationibus innotuerit talis Regis adventus. Inter Judæos quidem obtinuit illa ſententia locum, ſed non ſolum illos inter, verum etiam Paganos. Hinc eſt quod Suetonius in Titi Fl. Veſpaſiani vita cap. IV. teſtatur, *percrebuerat*, inquit, *Oriente toto, vetus & conſtans opinio: eſſe in fatis ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur: id de Imperatore Romano quantum eventu poſtea patuit prædictum, Judæi ad ſe trahentes, rebellarunt:* Tacitus Hiſtor. libro V. *Pluribus perſuaſio inerat, Antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens, profectique Judæa, rerum potirentur.* Virgilii locum ex quarta Ecloga impræſentiarum non adducemus, de illo enim poſtea dicendi erit locus. Audiamus nunc, quid etiam de Rege venturo, ſcripto conſignarit Flavius Joſephus, Hiſtoriarum libro VII. cap. XII. *Sed quod maxime illos ad bellum excitaverit, reſponſum erat ambiguum, itidem in Sacris libris inventum, quod eo tempore quidam eſſet ex eorum finibus, Orbis terræ habiturus Imperium. Id enim illi quidem quaſi proprium acceperunt, multique ſapientes interpretatione decepti ſunt: hoc autem plane reſponſo, Veſpaſiani deſignabatur Imperium, qui apud Judæam creatus eſt Imperator.* Vel hinc itaque conſtat, ad Paganos etiam permeaſſe rumorem de Rege naſcituro ex Judæis: Regali dignitate ornatum Meſſiam in mundum venturum, prædixerunt Prophetæ olim, atque hinc etiam talem Judæi exſpectarunt, atque etiamnum hodie adhuc exſpectant: Maiemon in explicatione miſchnarum tractat: Sanhedrim fol. CXXI. ſcribit Meſſiæ futuram; יתרון דמעלה פבוד על כל המלכים שיהין מעולם excellentiam & gradum eminentiorem & gloriam ſupra omnes Reges qui à ſæculo unquam fuerunt. Idem Maiemon in Miſchnas Sanhedrim fol. CXX. col. I.

אמנם ימדת המשיח הוא זמן שתשוב המלכית לישראל ויהזרו לארץ ישראל ויהיה אותו המלך גדול מאד ובית מלכותו בציון יגדל שמו וזכרו יהיה מלא הגוים יותר מן המלך שלמה וישלימו אותו כל אומות ויעברוהו כל הארצות לצדקו הגדול ולכ פלאות שיהיד על ידו וכל מישקום עליו יאברהו השם יתעלה וימסיר אותו בירד וכל פסוקי המקרא מעידין על הצלחתיו עמו ולא ישתנה במציאות שום דבר ממה שהיא יעתה אלא שהמלכות תהזור לישראל וזדו לשזך הכחמים אין בין העו ים חזת לימות המשיח אלא שיעבוד מלכיות בלבד ויהיו בימיו עשרים ואביונים גבורים וחלשים כנגר זילתם אבל כאותם הימים יהיה נקל מאר על בני האדם למצוא מחית על שביעמל מעט שיעמל אדם יגיע לתועלת גדול ויהו שאמרו עתידה ארץ ישראל לדוציא גלוסקאות וכלי מלית לפי שבנו אדם אומרים כשימצא אדם

אדם דבר מכך וכו כך פרוגי מצא פת אפוי ותבשיל מסשל ודראיה על זה מה שבא מרולני
נכר אכרים וכולמים להודיע שיש עם זרע ומקציר: hoc eſt, *Verum enimvero dies vel tempora Meſſiæ ſunt tempus, quo redibit Regnum Iſraël, & revertentur in terram Iſraël, eritque Rex ille magnus valde, & Regia ipſius in Sione, magnum erit nomen ejus, & memoria ejus plenitudo Gentium, excellentior Rege Salomone: & pacem inibunt cum ipſo omnes Nationes, colentque ipſum omnes terræ ob Juſtitiam ejus magnam & ob mirabilia quæ fient per manum ejus. Quisquis autem inſurrexerit contra ipſum, perdet illum Deus excelſus & tradet illum in ipſius manum. Omnes vero verſus Scripturæ teſtantur de proſperitate Regni ipſius, & proſperitate noſtra cum ipſo. Sed non mutabitur quoad ad eſſentiam quicquam ejus quod nunc eſt, niſi quod Regnum redibit Iſraëli. Quo pertinet dictum ſapientum: nihil eſt inter hunc mundum & dies Meſſiæ, præter ſubjugationem Regnorum duntaxat. Erunt enim in diebus ipſius divites & pauperes, robuſti & debiles, hiſque ſimiles alii; attamen illis diebus facile erit filiis hominum acquirere victum ſuum, quoniam exiguo labore, quem adierit homo, pertinget ad utilitatem magnam: quo facit quod dixerunt: futurum eſt ut producat terra Iſraëlis placentas & veſtes melotas. Quoniam filii hominum dicunt, ſi quis invenerit rem diſpoſitam & paratam* ὁ δεῖνα *invenit buccellam piſtam, & edulium coctum, ratio autem horum eſt quod dicitur* (Eſaiæ LXI. vers. V.) & erunt alienigenæ agricolæ veſtri, & vinitores veſtri, *ad ſignificandum, fore iſtic ſementem & meſſem.* Plura ad hanc rem pertinentia in medium nunc proferre non eſt inſtituti noſtri, putamus hæc ſufficere ut probemus rumorem de Rege venturo Gentiles inter, olim fuiſſe ſparſum. Factum hoc putamus hoc modo, ſcilicet cum poſt conflagrationem Capitolii ſimul etiam Sibyllarum Oracula periiſſent, atque ad damnum illud reſarciendum, ad multas Regiones legati nonnulli ablegarentur, conquiſitum undiquaque vera Oracula Sibyllina, Judæos aut alios ſub Sibyllarum nomine multa Oracula tanquam Sibyllina venditaſſe, ſi Judæos hoc crimine liberare quis velit, non repugnamus, ſi potius labem illam aliis ſive Gentilibus, ſive Chriſtianis poſtea, affricare quis velit, ſuper illa re contentionis funem trahere nolumus, ſed dicendum tunc erit, Gentilibus illam prædictionem innotuiſſe, non ex Dei verbo ſacro, (Deus enim, illis ſed non æque ac Judæis revelare voluit, teſte Davide & D. Paulo) ſed ex Gentilium cum Judæis commercio,

mercio, aut ex abundanti rumore inter Judæos, Meſſiam Regem exſpectantes, ſparſo, ad Paganos perveniſſe, aut Chriſtianos myſteriorum Judaicorum gnaros, illam prædictionem ſub Sibyllarum nomine, obtruſiſſe cæcis Gentilibus, talium quisquiliarum avidiſſimis, Judæi conſtanter Regiam illam dignitatem Meſſiæ ſuo attribuerunt: Pagani autem non uni eidemque illam aſſignarunt. Cornelius Lentulus teſte Cicerone tertia in L. Catilinam oratione, de ſe prædictionem illam factam exiſtimavit. Teſtatur enim Oratorum princeps, *Lentulum ſibi confirmaſſe, ex libris Sibyllinis, haruſpicumque reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem Regnum hujus urbis, atque Imperium pervenire eſſet neceſſe: Cinnam ante ſe, & Sullam fuiſſe: eundemque dixiſſe, fatalem hunc eſſe annum ad interitum hujus urbis atque Imperii qui eſſet decimus annus poſt Virginum abſolutionem, poſt Capitolii autem incenſionem vigeſimus.* Prædictio autem illa de Rege venturo, poſtea Ptolomæo Auletæ fuit aptata, quem cum Romani Regno reſtituere vellent, oppoſuerunt ſeſe Sacerdotes Alexandrini, dicentes ex voluntate Sibyllæ dimittendum & reducendum eſſe Regem ſine pompa & exercitu, quoniam (referente hoc Dione lib. XXXIX. p. m. 109.) Τοῖς Σιβυλλείοις ἐπεσιν ἐντυχόντες, εὗρον ἐν αὐτοῖς γεγραμμένον αὐτὸ τοῦτο. Ἂν ὁ τῶν Αἰγύπτιων βασιλεὺς βοηθείας τινὰς δεόμενος ἔλθῃ, τοῦτον μὲν φιλίαν οἱ μὴ ἀπαρνήσασθε, μὴ μέντοι καὶ πολέμῳ τινὶ ἐπικουρήσητε, εἰ δὲ μή, καὶ πόνους καὶ κινδύνους ἕξετε. *Quum Romani libros Sibyllinos adirent, ita ſcriptum in iis invenerunt, ſi Rex Ægypti auxilii alicujus indigens venerit, amicitiam ei ne denegaveritis, nullis autem copiis illum adjuveritis: ſin ſecus feceritis, labores & pericula habebitis.* Hoc tantum heic ὡς ἐν παρόδῳ notamus, hanc Sibyllinam prædictionem in octo libris quos nunc ſub Sibyllarum nomine habemus editos, à nobis non potuiſſe inveniri, ut vel hinc conſtet, non eſſe eadem Sibyllina carmina quæ nunc exſtant, cum illis apud Paganos adeo celebribus & decantatis. Huic quoque Ptolomæo applicatum fuiſſe hoc de Rege venturo Vaticinium, teſtatur etiam Cicero lib. I. epiſt. ad Lentulum, epiſt. VII. De Julio Cæſare intellectam quoque fuiſſe prædictionem hanc de Rege venturo, uti ſuperiori capite ex Cicerone & Suetonio aliisque demonſtravimus, certum eſt. Herodiani, qui Herodem Magnum pro vero Meſſia agnoverunt, etiam illi adaptarunt illam prædictionem, quæ ſub Sibyllarum nomine circumferebatur, de magni Re-

gis adventu qui totum mundum ſibi ſubjiceret; putaverunt autem illi Herodiani, pro Meſſia illum haberi debere, quandoquidem in illo exacte reperiri opinabantur illa quæ de Meſſia Prophetæ prænuntiaverant, inter alia prædixerant Meſſiam templum inſtauraturum, quod cum magnifice & munifice, ab Herode factum conſpicerent, illum pro Meſſia habendum cenſuerunt. Meſſiam itidem gentium exſpectationem futurum à Prophetis etiam erant edocti Judæi Herodiani, cum vero Regem Herodem præ ceteris prædeceſſoribus, Romanis & Græcis, gratum deprehenderent, ideo in illo prophetiam hanc fuiſſe completam exiſtimarunt, & pro vero Meſſia admittendum dixerunt. Hinc dies illi quibus ad Regiam dignitatem erat provectus, feſti erant Herodianis, teſte Perſio Satyra V. circa finem.

Herodis venere dies — — —

Hos autem Herodiani illi celebrabant, lucernis, floribus, conviviis, vino & precibus, &c. Denique etiam ad Auguſtum paucis menſibus poſt capta Jeroſolyma natum, nonnulli retulere Oraculum illud, *naturam*, *Regem Orbi parturire*, quod paulo ante Auguſti Nativitatem omnibus erat in ore, ideoque ejus adulatores opportunam occaſionem hanc nacti erant illud illi applicandi. Ex dictis igitur conſtat, etiamſi in omnium ore verſaretur Prophetia illa de naſcituro Rege, non tamen illos illam de Jeſu Chriſto Servatore noſtro intellexiſſe, neque intelligere potuiſſe, quandoquidem cognitio filii Dei Servatoris eſt per Revelationem cœleſtem, non vero per ratiocinationem naturalem hominibus communicata, & ſi quid Gentiles de illo Rege venturo diſſeruerunt, hoc tantum ex Judæis eorumque ſcriptis reſciverunt, atque ex eodem fonte promanarunt illa Oracula, quæ hodie in libris Sibyllinis leguntur, de Rege venturo qui toti orbi imperaret; ſive illa à Judæis, ſive à Chriſtianis ſub fatidicarum Fœminarum nomine confecta, quispiam credat, per nos licet. Saltem hoc libere pronuntiamus, nunquam in illis ſcriptis Sibyllinis quæ una cum Capitolio igne abſumpta fuerunt, exſtitiſſe talem Prophetiam de Rege venturo, qualem hodierna Oracula Sibyllarum proferunt: cum enim nunc ſuperſint adhuc quamplurima Antiquorum Sibyllinorum Oraculorum fragmenta, nullibi tamen in illis apud Scriptores Paganos aut vola aut veſtigium talis prædictionis apparet: quod mihi certiſſimum

tissimum videtur argumentum, nunquam Sibyllas hujusmodi Regis adventum prænuntiasse. Concludimus ergo cum Doctissimo Marco Zuerio Boxhornio Historiæ universalis p.m. XXVI. Neque minus ridiculi videri debent illi, qui Sibyllarum de Messiæ adventu tantopere celebrata Oracula Sibyllis tanquam Vatibus adscribunt, cum Prophetarum sint, à quibus per Judæos accepere, ad quos solos, tanquam primos eorum & Divina luce illustratos Auctores interpretesque, sine dubio referenda sunt. Nemo, cui Sacras literas versare licuit, nescire potest, Deum non ita feciſſe omni nationi aut populo, sicut Judæis *fecit.* Revelata enim per Patriarchas, Moysen & Prophetas mysteria sunt de lapsu primorum parentum, & Redemptione Generis humani per semen Mulieris, contriturum caput serpentis, hoc est, Redemptorem & Salvatorem omnium, qui in eum credituri sunt, Jesum Christum, aliisque quæ ad æternam hominis Fœlicitatem pertinent. Revelata ea olim non fuere Gentibus, alias non aliud factum tunc fuisset Judæis quam Gentibus. At aliud factum constat. Quare & Judæi, populus Dei appellantur. Judæi singulari titulo ac prærogativa populus Dei, quia tunc solis iis hæc de servando per venturum & humana induendum carne Messiam genere humano, explorata ac aperta fuere. Si solis Judæis, si soli populo Dei, qui est Judaicus, quare aut quomodo credemus, eadem alias nationes, nisi forte per Judæos, cognita habuisse? Et certe, quod jam diximus, cognita quædam de adventu Regis, qui Fœliciſſima humano generi tempora esset redditurus, habuere Nationes, at non per Sibyllarum aut aliorum Oracula, sed per tradita & accepta à Judæis: quibus solis & primis hæc, Deo solo inspirante, primo ipsius ore, deinde per Patriarchas & Prophetas, erant revelata. Nihil istis est certius. Sicut & nihil magis falsum mihi videtur, quam credere illa tam vera & certa, quæ de Rege Messia pronuntiata Sibyllis tribuuntur, à Judæis eas non accepisse. Habuerunt igitur à Judæis Sibyllæ vel auctores Sibyllinorum quæ de Christo prædixisse dicuntur. Prophetarum ea Oracula sunt, non Sibyllarum. Cæterum quoniam multi viri docti e quarta Virgilii Ecloga fortiter urgent, poëtam de Servatore nostri Jesu Christo ante ejus nativitatem ex Sibyllinis Carminibus ceciniſſe, mysteriaque Religionis Christianæ prænuntiasse, operæ pretium erit ut Eclogam hanc penitius examinemus & excutiamus, atque ut etiam

ex illa omnibus innoteſcat cujus momenti ſit, ad probandam Oraculorum Sibyllinorum integritatem, & quam debili nitantur fundamento viri Docti, qui Sibyllas Divino Spiritu fuiſſe afflatas aſſerere audent. Scio equidem quamplurimos, quartam hanc Eclogam, etiamſi nonnulla Paganorum dogmata inſparſa contineat, tamen referre multa quæ aut ex Prophetis aut ex Cumæa Sibylla ſint petita: imo etiam Maronem hanc cum componeret Eclogam, Divinitus fuiſſe inſpiratum, ut multos ſic ſentire ſcribit Craſſetus Loyolita, p. 60. Verum non opus eſt ut eo confugiamus, ſive enim ſpectetur occaſio conſcribendi hanc Eclogam, ſive poëmatis illius contextus perpendatur, putamus nos cum Magno Blondello & Doctiſſimo Schotano in tractatu cui titulus Triumphi Sacræ Scripturæ, nihil in illa quarta Ecloga contineri quod non redoleat diabolicas ſuperſtitiones & vanam Gentilitatem, uti in illius carminis explicatione clare patebit. Ut autem rite in illa procedatur, in genere hæc notari velim, ut carminis occaſio indicetur. Anno ab Urbe condita 713, qui tertius erat Triumviratus & quadrageſimus primus, ante nativitatem Servatoris, inquit Blondellus, ſub Conſulatu L. Antonii, & P. Servilii, Auguſtus victis Caſſio & Bruto, æſtate præcedenti, veteranis ſuis militibus dono dedit terras omnes trans Padum (vulgo *Po*) Servius ad Eclogam IX. Virgilii, inquit Blondellus, teſtatur Cremonenſium terras, eo quod illi Cremonenſes, Caſſii, uti & Antonii copias ſuſcepiſſent, ab Auguſto Antonii Victore inter milites ſuos fuiſſe diſtributas, ſed putat Blondellus Servium in eo erraſſe, quandoquidem illam diſtributionem decem annis ante bellum contra Antonium factam fuiſſe pro certo habet: ut autem ingenue fateamur, illud ſcriptum fuiſſe à Servio nullibi in commentariis illius ad IX. Eclogam, reperire potuimus: ſed in commentariis Joannis Ludovici de la Cerda illud invenimus, ad dictam Eclogam. Dicit enim morem fuiſſe inter Imperatores, ut juberent agros metari, hoc eſt, in jugera certa diſtingui, ut æqua diviſio inter milites, quibus is ager aſſignandus erat, iniri poſſet: ſi ager autem ille donandis militibus non ſufficeret, etiam vicina loca in ſupplementum addebantur: hinc factum ut diviſo Cremonenſi agro & militibus dato, cum is non ſufficeret, pars quoque agri Mantuani dimenſa fuerit & militibus data. Ad hoc alluſit Lucanus lib. I.

Quæ

Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur
Quæ noſter veteranus aret?

Hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Dicit porrò Blondellus, incolas Cremonenſis agri male exceptos, & Virgilius tum 29. ætatis annum agens multa, debuiſſet pati, (terræ ejus aſſignatæ fuerunt Claudio Veterano aut Ario Centurioni, qui cum illarum poſſeſſionem caperent, illum (*Virgilium*) in vitæ diſcrimen & periculum adduxerant) ſi favore Aſinii Pollionis, Alfeni Vari & Cornelii Galli non fuiſſet ſublevatus bonisque ſuis reſtitutus. Et uti Mantuanorum miſeriam exprimere volens, Melibœum exclamantem introduxerat Bucol; Ecloga. I.

Nos Patriæ fines, nos dulcia linquimus arva:
Nos Patriam fugimus. Et poſtea:
Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

Et Moerin conquerentem de advenis, dicentibus:

— — — — — *Veteres migrate coloni.*

Et Mantuam Cremonæ nimis vicinam fuiſſe atque hinc ejus ortam fuiſſe calamitatem, his verbis exprimit.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Atque alibi Georgic. lib. II.

Et qualem infœlix amiſit Mantua campum.

Et Martialis Epigrammatum lib. VIII. Epigram. LVI. eadem cecinit:

Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oves.

Ut autem gratum erga Auguſtum oſtenderet animum, Virg. illum Dei nomine decoravit, Ecloga I.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi ſemper Deus.

Atque hinc ipſi ſacrificia quotannis per dies bis ſenos offerre vovit & conſtituit. Dicit enim:

Hic illum vidi juvenem Melibœe, quotannis
Biſſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti:
Paſcite ut ante boves pueri; ſubmittite tauros.

Et laudibus extulit Pollionem, Eclogis tertia & quarta, Varum ſexta & nona, & Gallum decima. Adde etiam Gallum hunc Georgicorum lib. IV. laudibus evectum, verum ne Auguſto *diſpliceret*, qui ut violentas ſibi Gallus inferret manus, mandaverat, propter ſuſpicionem eum ſibi fuiſſe inſidiatum, rem totam in Ariſtæi fabulam convertit. Anno urbis Romæ ſeptingenteſimo decimo quarto, Auguſti quarto, Herodis primo, & quadrageſimo ante Servatoris Nativitatem, *Aſi*nio Pollioni cum Domitio Calvino ad Conſulatum evecto, natus fuit filius. Hanc Virgilius opportunam nactus occaſionem, ut exiſtimabat, in laudes Auguſti, Pollionis & illius filii exſpatiandi, omniaque illis fauſta vovendi, à Pollionis conſulatu & Salonini die natali incipiens, dicit:

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.

Apollo, id eſt Auguſtus, de quo porro teſtatur his verbis:

Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit
Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis,
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

Narrat porro Saloninum tot ac tantis bonis cũmulandum, ut non ſolum prima ineunte ætate, verum etiam per totum vitæ curſum, cuncta in mundo videnda ſint fœliciſſima & maxime proſpera.

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,

Miſtaque

Miſtaque ridenti colocaſia fundet acantho.
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Ubera: nec magnos metuent armenta Leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

In adoleſcentia ejus etiam hæc fient:

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.
Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ jubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella:
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Ad virilem autem ætatem ubi pervenerit, tum

Cedet & ipſe mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem:
Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvet arator,
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos:
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ, &c.

Hæc & cætera quæ quarta hac continentur Ecloga, ſi exacte perpendantur, quid in iis Divini? quid reperiamus, niſi quod apprime conveniat Gentili, ejusque ſuperſtitioni? certe nihil. Quare non dubitamus audacter aſſerere, nihil hic de Meſſia commemorari; quicquid dicant contra, credulus nimis Imperator Conſtantinus & Eraſmus Schmidius aliique, qui hanc Eclogam in alienos ſenſus torquent, & Deo Deique filio Servatori noſtro Jeſu Chriſto applicant. Quid hac

de

de re ſit dicturus Conſtantinus, poſtea examinabimus. Lubet heic in medium proferre Doctiſſimi Boxhornii ſententiam ſuper hoc Virgilii carmine, quam his verbis expreſſit. p. m. 24. Hiſtoriæ univerſalis. *Vera haud dubie & ſoli ac uni Chriſto debentur quæ in eo* (Carmine) *dicuntur. At quam illa vera ſunt, falſum eſt Cumæam illa cecinisse, licet cecinisse à Romanorum principe poëtarum dicatur. Commenti ergo aut mendacii hujus origo hic aperienda eſt, ut quod de Chriſto ejusque adventu prædictum vere eſt, falſo à Sibylla prædictum affirmari, tandem intelligatur. Res autem, ut ego opinor, imo plane ut res eſt, ita ut jam dicam, ſe habet; & ita ſe habere nulli, ut ſpero, eorum, qui falli aut decipi inanibus nominibus ac titulis nolunt, poſthac negabunt. Notum, neque pluribus inter Chriſtianos probandum eſt, jam ab ipſo quaſi mundi exordio, poſt primorum, in quibus poſteri omnes damnati ſunt, parentum lapſum, editum Divino ore fuiſſe Oraculum de Mediatore inter Deum læſum & homines reos futuro, & ſuo tempore, ſalutis hominum cauſſa, corpus hominis ex Fœmina homine aſſumpturo. Notum & illud eſt, ejusmodi Oracula deinde Patriarcharum Prophetarumque ore ſcriptoque, Deo inſpirante, ſæpius fuiſſe repetita. Notum quoque in iisdem Oraculis, ſceptri, Regni, Ducis ac principis & Regis diſerte factam fuiſſe mentionem: notum denique, Judæorum vulgus interpretando hæc omnia de Rege Meſſia, ejusque Regno, &, Rege aliquo Regnoque, ut ſic dixerim, ſæculi, ſed male, ut res ipſa docuit, accepiſſe. Neque dubitandum eſt, quin ambitioſa & ventoſa & inſolens Judæorum natio, ejusmodi Oracula, & hanc eorum ſententiam, continuo inter reliquos orientis populos jactaverit, iisdemque perſuaſerit, ex oriente & Judæa, profecturum aliquando Principem, qui longe latéque eſſet regnaturus. Gentes, cum hæc accepiſſent à Judæis, ſicuti Judæi acceperant à Propbetis, Prophetarum, quibus Oracula Divinitus erant inſpirata, ignaræ, ſuis Vatibus, Sibyllis imprimis, tribuerunt. At non Sibyllarum, ſed Prophetarum ea erant, non erant Divinitus Sibyllis aut aliis ejusmodi inter Gentes Vatibus inſpirata, ſed Prophetis: ex quibus cognita de adventu Regis ac Domini Meſſiæ Judæi per Gentes ſparſere; gentes autem, cum Prophetas alios non agnoſcerent, eorum Auctores à Sibyllis prodita credidere: itaque Prophetica (de Veteris Teſtamenti inter Judæos Sanctiſſimis Vatibus loquor) haud dubie origine ſunt, non Sibyllina, quæcunque de venturo Domino ac Rege, qualis Meſſias fuit, prædicta ab iis leguntur: aut nihil prædixerunt de Chriſto Gentium vates & ſacerdotes, aut ſi quid prædictum*

ab

ab iis posſit videri, jam ante prædictum à Prophetis, & per manus quasi Judæorum ſibi traditum prodidere. Hactenus Doctiſſimus Boxhornius, huic quidem aſtipulamur, in eo quod nihil fuerit in ore Gentilium de venturo Chriſto, ejusque officiis, paſſione, &c. niſi quod à Prophetis Judæisque acceperunt, verum hoc non admittimus, quod vera haud dubie & ſoli Chriſto deberi exiſtimat quæ in eo carmine continentur: quaſi vero Ecloga illa ſit prædictio de Chriſto, pernegamus hoc. Virgilius enim longe alia cecinit: Gentiles publico rumore intellexerant, Regem naſciturum in Oriente, & ex Judæa proventurum, teſtibus vel ipſis Paganis, Tacito & Suetonio. Dicunt enim Judæis pariter ac Romanis in ore fuiſſe Oraculum, de prodituro Rege, qui ex Judæa profectus, rerum ubique potiretur. Tacitus loco ſupra laudato: Hiſt. lib. V. *Pluribus perſuaſio inerat, Antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur*, Suetonius in Titi Veſpaſ. vita cap. IV. *percrebuerat Oriente toto vetus & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur*, &c. Sed quid de Judæa Virgilius? Ne χὲ quidem. Oraculum quod Cumææ aſſignatur, ſine definitione & absque ulla determinatione, Regem magnum orbi dominaturum prædicebat, Regem autem illum è Judæa venturum audiverant Pagani, ſed de Judæa altiſſimum apud Poëtam ſilentium, cum tamen Oraculi ſubſtantia in eo conſiſtat, quod ex Judæa, & non aliunde eſſet oriturus. Soli Judææ gloria illa attribuebatur. Deinde notandum ſi ad illud Oraculum reſpexiſſet Virgilius, proculdubio Orientis & Judæorum meminiſſet; cur enim illa non innuiſſet? quandoquidem Tacitus & Suetonius, ut ut Pagani, Judææ mentionem faciunt, certe nullum eſt dubium quin feciſſet poëtarum princeps & accuratiſſimus, ſi ad illum regem, de quo inter Gentes ſparſus erat rumor publicus & generalis, reſpexiſſet. Verum cum intendat exſpatiari in laudes Auguſti & Pollionis, non eſt mirum, illum nihil de Judæa & Judæis protuliſſe. Mirari ſatis non poſſumus, Viros doctos quam plurimos ſentire, Ecloga quarta Virgilii contineri prædictionem de Servatore noſtro Jeſu Chriſto, & inter illos deprehendi celeberrimum D. Samuelem Mareſium, in diſſertatione de Sibyllis & libris Sibyllinis, aſſerentem Eclogam quartam Virgilii de Chriſto Servatore excluſive ad quemlibet alium, debere intelligi. Theſi XLIX.

& quod maxime miror, eſt, quod Doctiſſimus Blondellus qui nihil de Chriſto in illa Ecloga contineri putat, illi hac de cauſa vapulet: ſed quam immerito, clareſcet expoſitione totius aut ſaltem maximæ partis hujus Eclogæ. Non veremur enim aſſerere & pronuntiare, profanum & impium eſſe hoc carmen, & profanam Gentilitatem potius præ ſe ferre quam Vaticinium de Servatore. An non Idololatriam redolet Gentilem, quod in ipſo Eclogæ principio invocet muſas Siciliæ: *Sicelides Muſæ*, &c. Deam item Gentilem: *Caſta fave Lucina*, &c. Quam bene conveniant hæc Poëtæ, quem à nonnullis pro Divinitus afflato haberi ſcribit Jeſuita Craſſetus, ſagaciſſimo Loyolitæ *inquirenda* relinquimus. Certe potuiſſet vel ex hoc concludere, nullo modo potuiſſe tales Invocationes procedere ab homine Spiritu Dei acto. Spiritus enim Dei homines ab Invocatione fictarum Dearum depellit:

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

Hunc verſum hoc modo Græce expreſſum à Conſtantino Magno lego apud Euſebium, in orat: ad Sanctorum cœtum capite XIX.

Ἦλυθε Κυμαίης μαντεύματα εἰς τέλος ὀμφή.

Ad explicationem addit Imperator, Κυμαίαν αἰνετὸμφον δηλαδὴ τὴν Σιβύλλαν, *Cumæam ſcilicet Sibyllam intelligens.* Auguſtinus de Civitate Dei Cap. XXVII. libro X. ſignificat Virgilium ſuam hanc Eclogam ex Cumæa Sibylla hauſiſſe: & Vives ad illum locum ſic ait: *Tota illa Ecloga ſumpta eſt de carminibus Sibyllinis, quæ cum eſſent de Chriſto dicta, tempusque eſſet ænigmatis quibusdam ſubſignificatum, eaque intelligeret Virgilius, & videret adventare, de aliquo ex principibus Romanis exiſtimabat eſſe dicta, & hujus Pollionis filio Salonino attribuit.* Sic etiam Petrus Molinæus lib. III. Vat. (quod valde tamen miror,) ex ſola Cumæi carminis mentione, putat *Virgilio patuiſſe ingreſſum in Bibliothecam Palatinam, eique factam copiam librorum Sibyllinorum, ex Græcia advectorum, atque in his libris Poëtam inveniſſe vaticinia de puero naſcituro ex Virgine, qui toti orbi Imperaturus eſſet, qui deleturus eſſet hominum peccata, & ſerpentem exciſurus & ſæculum aureum reducturus, idque in æternum, & Poëta hæc legens, ex circumſtantiis temporis colligeret tempus à Sibylla deſignatum adveniſſe, homo non capiens ſenſum horum Vaticiniorum*

rum turpi adulatione hæc tranſtulit in Saloninum Pollionis filium modo natum, quædam Poëtarum more ludens & de ſuo intermiſcens. Sic etiam ſenſit Doctiſſimus D. Uſſerius, Epiſcopus Armachanus, in Annalibus V. T. tom. II. ad annum, ante natum Chriſtum, quadrageſimum, ubi ſic inquit: *Aſinius Pollio in Conſulatu filium ſuſcepit, quem à captis Saloninis, Spalatenſi Civitate in Dalmatia, Saloninum vocavit. Cui Virgilius in Pollione ſuo Genethliacum canens, ex Cumæo ſive Sibyllino carmine, ſecula per metalla dividente,* (quæ diviſio eſt omnino deſumpta à Poëtis ex Nebucadnetſaris ſtatua apud Danielem Cap. II.) *decimaque & ultima mundi ætate, qua Sol, id eſt, Apollo eſſet Imperaturus, novam futuram rerum omnium* ἀποκατάστασιν *prædicente* (ex Platonis ſcilicet palingeneſibus) *hoc anno ſæculum aureum & cum eo Erigonem ſive Aſtræam, quæ ferreo ſæculo terras reliquerat, rediturum pronuntiavit:* Ut habet Servius in Virgilii Eclogam quartam. Duas continent partes Doctorum horum Virorum hæ aſſertiones. Primo volunt, carmen hoc deſumptum eſſe ex Cumææ Sibyllæ Oraculis: ſecundo eo poëmate comprehendi prædictionem de Adventu Jeſu Chriſti ex Virgine naſcituri. Primam quod attinet, nullo illam niti fundamento judicamus, Virgilius non dicit hoc ſe ex libris Sibyllinis vel potius Cumææ Oraculis, deprompſiſſe carmen, ſed tantum putat tempori nativitatis Salonini vel etiam Auguſti, quadrare illud dictum de aureo ſæculo venturo, quod à Sibylla Cumæa prædictum fuiſſe rumor inter homines ſparſus, dictabat; at vero Sibylla Cumæa mundi tempora per metalla diviſit, loquiturque de aureo ſæculo, quod non aliter quam relative ad argenteum aliorumque metallorum ſecula poteſt intelligi, ideoque ſtatuendum eſt pro certo, poëtam optimum, hoc ſuum carmen deſumpſiſſe ex Cumæa Sibylla: ſi vero quæritur, quo pacto Virgilio copia facta fuit Cumanorum Oraculorum, reſpondebunt Viri Docti ſupra laudati, aut ſaltem D. Molinæus, illi patuiſſe ingreſſum ad Bibliothecam Palatinam, atque illo modo illum potuiſſe perſcrutari dictæ Sibyllæ Oracula. Verum, bona cum venia tantorum virorum, hoc dicam, me non credere Virgilium poëma ſuum hoc hauſiſſe ex Cumææ Sibyllæ Vaticiniis. Illo enim tempore multa, ſub Sibyllinorum nomine circumferebantur Oracula, quæ tamen Sibyllarum non erant, ideoque non eſt neceſſe ut ad illas tales prædictiones referamus. Ut autem nunc demonſtremus ex Sibyllæ Cumææ Va-

ticiniis carmen hoc ſuum non hauſiſſe Virgilium, rationes ſequentes perponderentur, rogamus. Primo Conſtantinus Imperator aſſeruerat, Ciceronem in Romanam linguam tranſtuliſſe Acroſtichidem de Jeſu Chriſto, quid autem nunc ad rem facit allegatio carminis Virgiliani

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

An ex hoc fluit, Ciceronem Carmen illud in Romanam linguam tranſtuliſſe? ne ipſi quidem viſum aut lectum fuiſſe, ante demonſtravimus: quid porro dicendum Erythram & Cumas unam eandemque eſſe Civitatem? verum ſi quis excipere velit, primo Erythris commoratam fuiſſe Sibyllam, poſtea Cumis, atque hinc Erythræam & Cumæam aut Cumanam fuiſſe dictam & nominatam, nunquid Scriptores illi indicare debuerant diſtincte, primo in illa, poſtremo in alia Civitate, habitaſſe Sibyllam: hoc autem nullibi repperimus validis argumentis demonſtratum. Dicimus porro ſecundo loco: cum Doctiſſimo Blondello hac ſuppoſitione facta, Virgilium nec legiſſe nec legere potuiſſe carmen Sibyllæ Cumææ. Neque enim vel Patricii vel Quindecim-Viri titulo ornatus unquam fuit Virgilius, nec potuit illo titulo decorari, quoniam nondum attigerat illam ætatem qua illo inſigniri poterat. Non enim pervenerat ultra trigeſimum ætatis annum; at vero ad illam dignitatem non promovebantur, niſi Viri provectioris ætatis, uti conſtat ex Hiſtoricis. Tertio, etiamſi inter Quindecim-Virorum numerum fuiſſet admiſſus, tamen inde non ſequitur, illum vera Cumæa Oracula potuiſſe conſpicere, illorumque illi fuiſſe factam copiam, aut illi patuiſſe ingreſſum in Bibliothecam Palatinam, quid hoc ad rem faceret, ſi concederemus Virgilium fuiſſe Quindecim-Virum, aut habuiſſe libertatem intrandi Palatinam Bibliothecam: ergo, regerent contrariæ ſententiæ Viri, vidit & potuit perluſtrare Sibyllæ Cumææ Vaticinia: negamus hoc & pernegamus. Perierant enim jamdudum Oracula illa cum Capitolio, incendio abſumpto. Vera illa Vaticinia Tarquinio oblata non amplius in rerum natura exſtabant, ideoque illa perluſtrare non potuit, illa autem quæ Ciceronis & Auguſti tempore venditabantur pro veris Cumæis, erant undiquaque conquiſita & pro Cumæis populo obtrudebantur, ſic nos hoc docente Dionyſio Halicarnaſſæo. Quarto, dato ſed non con-

conceſſo, quis hoc D. Molinæo revelavit, Virgilio liberum introitum ad Bibliothecam Palatinam fuiſſe conceſſum? quo Authore hoc aſſerit? ſi dicto fidem haberi velit, oportuiſſet probati Scriptoris teſtimonium adhibere, quo ſiquidem deſtitutum conſpicimus, eadem facilitate qua aſſeruit, hanc propoſitionem negare poſſumus. Quinto, etiamſi veri libri Cumani (qui tamen nihil commune cum libris qui hodie oſtenduntur, habebant) integri ſuperfuiſſent, & Virgilius eorum fuiſſet ex ordine, quibus examen librorum Sibyllinorum fuiſſet permiſſum, non tamen adaptaſſet (ſi agnoviſſet de Servatore Jeſu Chriſto mentionem injici) ſenſum Oraculi, Pollioni, ejusque filio, & præcipue Auguſto. Non tantum hoc loco, verum etiam lib. VI. Æneid. circa finem: Ecloga IV. hoc elogio illum inſignire voluit,

Cara Deûm ſoboles magnum Jovis incrementum.

Et lib. VI. jam citato, ſic canit Poëtarum Princeps:

Hic vir, hic eſt tibi quem promitti ſæpius audis
Auguſtus Cæſar, Divûm genus: aurea condet
Secula, qui rurſus Latio, regnata per arva
Saturno quondam: ſuper & Garamantas, & Indos
Proferet Imperium.

Quod igitur ex allegatione Cumæi Carminis concludi poteſt, eo recidit, ut Virgilius cum cœteris ſui ævi hominibus credi debeat, hac opinione imbutus, nempe Cumæa illa carmina ex variis locis Romam aſportata, (quæ cum Cumæa non eſſent, tamen pro illis fuerunt habita, quoniam pro talibus legati illa acceperant) continuiſſe fata tum Civitatis æternæ (Romæ) cum totius orbis, & ſecundum illa omnia per terrarum orbem eventura, uſquequò reverteretur magnus ille annus Platonicus, quo ſeculum Aureum & felicia illa tempora, quæ olim Regnante Saturno fuerunt, eſſent reducenda & renovanda: Virgilius igitur Auguſto Imperatori & Pollioni adulari volens, ſcopo ſuo accommodavit, jam tum adfuiſſe & adveniſſe ſeculum Aureum ſub Auguſti Imperio tranquillo & Pollionis conſulatu. Quale autem fuerit Aureum ſub Saturno ſeculum, omnibus cum ſit notiſſimum,

non opus erit illius descriptioni immorari; pauca hæc protulisse sufficiet: Saturnum fuisse Regem Justissimum Scriptores unnaimi consensu memoriæ prodiderunt: ideoque teste Diodoro Bibliothecæ lib. V. volunt illum τὰς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐξ ἀγελίου διαίτης εἰς βίον ἥμερον μεταστήσαι, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδοχῆς μεγάλης τυχόντα, πολλὰς ἐπελθεῖν τῆς οἰκουμένης τόπους, εἰσηγήσασθαι δὲ ἅπασι τὸν αὐτὸν περὶ τε δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀπλότητα τῆς ψυχῆς: *Homines sui temporis ex agresti vita ad humaniorem cultum transtulisse, & propterea magnos honores consecutum, multa orbis loca peragrasse, & omnes ad Justitiam & Animi Simplicitatem induxisse.* Sic testatur etiam Aurelius Victor in libro de Origine Gentis Romanæ: *Feros homines & rapto vivere assuetos ad compositam vitam traduxit.* Hoc etiam Virgilius suo testimonio confirmat Æneid. lib. VIII.

Is genus indocile, & dispersum mentibus altis
Composuit legesque dedit.

Saturni etiam ætas aurea in eo consistebat, uti fabulantur Poëtæ, quod homines omnia in commune possidebant; Trogus apud Justinum lib. XLIII. p. m. *Saturnus tantæ Justitiæ fuisse traditur, ut neque servierit sub illo quisquam, neque quicquam privatæ rei habuerit, sed omnia communia & indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis Patrimonium esset.* Sic etiam Virgilius Georgic. lib. I.

Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat. — — — —

Et Ovidius lib. III. Amorum Eleg. VII.

Signabat nullo limite fossor humum.

De hac Saturni aurea ætate etiam hæc retulit Hesiodus in Oper. & Di. p. m. XI.

Οἱ μὲν δὴ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν,
Ὥστε θεοὶ ἔζωον; ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀιζύος.

Hoc est:

Cælo-

Cœlorum Imperium dum Rex Saturnus habebat,
Diis ſimiles ſumma degebant pace, nec ullus
His labor aut ærumna fuit, — — —

Eodem fere modo Martialis lib. XII. Epigram. LXIII.

Antiqui Rex magne Poli, mundique prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat.

Ad hoc etiam Saturni Aureum ſæculum referenda cenſemus hæc Telecclidis, apud Athenæum lib. VI.

Εἰρλώη μὲν πρῶτον ἀπάνλων ἶῶ ὥσπερ ὕδωρ ϰ᾽ χειρὸς
Η᾽ γὴ δ᾽ ἔφερ᾽ ὐ δέῳ ὐδὲ νόσυς, &c.

Primum quidem omnibus pax fuit, ut manibus aqua,
Nec quæ metum afferrent nec quæ morbum terra genuit.

Ex paucis his facile eſt conjicere, cur Poëta Virgilius, de reditu Aſtrææ in terram, utpote Juſtitiæ Deæ, cecinerit: cur etiam meminerit pacis & tranquillitatis tum temporis exſtituræ.

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

Et cur etiam addiderit ſequentia:

Molli paulatim flaveſcet Campus ariſta,
Incultisque rubens pendebit ſentibus uva,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Et poſtea:

— — — Omnis feret omnia tellus,
Non raſtros patietur humus, nec vinea falcem:
Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvet arator,
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.

Hæc autem non neceſſe eſt dicamus Poëtam mutuatum eſſex Cumæa Sibyl-

Sibylla, an non enim aliunde, uti reliqui Pagani, ex commercio cum Judæis, vel exſparſo generali rumore de Rege venturo, & Fœlicitate maxima ſub illius Regimine futura, vel etiam ex Sacris codicibus in Græcam linguam tranſlatis, & in omnium manibus verſantibus haurire potuit? Certe hoc pro valde probabili & veriſimili habemus. Viros undiquaque doctiſſimos conſentientes deprehendimus, inter alios doctiſſimum Epiſcopum Armachanum Jacobum Uſſerium in ſuis Annalibus ad A. p. Jul. 4674. ubi ſic ſcribit: *Videtur ea deſcriptioni ſæculi aurei Poëta inſeruiſſe, quæ vel à Judæis, quos Romæ circa gradus Aurelios ſimul habitaviſſe in Oratione pro Flacco docet Cicero, de Meſſia ſuo prædicata audiverat, vel in Prophetarum Oraculis quæ Græce paſſim tum extabant de eodem ſcripta ipſe legerat.* Sic etiam inter Pontificios Baronius, Appar. Num. XXIII. *Potuit Maro ab Hebræis aliqua accepiſſe; nam Herodes Rex Judæorum cum Romam venit, ſæpe Pollione, ut ſcribit Joſephus, utebatur hoſpite Virgilii amiciſſimo.* Concludimus igitur, neque Virgilium, neque Sibyllam Cumæam (ex cujus ſcriniis Poëtam deprompſiſſe ſuam quartam Eclogam putant) potuiſſe vaticinari de Meſſia, quandoquidem ille non niſi ex Divina Revelatione cognoſci poteſt. Videamus nunc, quid porro addat Imperator Conſtantinus eodem capite XIX. Καὶ οὐκ ἠρκέθη τούτοις περαιτέρω προεχώρησεν, ὡς τῆς θείας τῶν αὐτῶν μαρτυρίαν ὑποπτεύσης· τί λέγων αὖθις;

Οὗτος, ἀφ' αἰώνων ἱερὸς στίχος ὤρνυ ἡμῖν·
Ἦκε παρθένος αὖθις, ἄγεσ' ἔφλον βασιλῆα.

Τίς ἂν ἄρα εἴη παρθένος ἐπανήκουσα, ἢ ἐκ ἡ σωτήρις τε καὶ ἔγκυος γλωμμένη ἐξ θείας πνεύματος. Καὶ τί τὸ κωλύον τὴν ἔγκυον ἐξ θείας πνεύματος, κόρην εἶναι ἀεὶ καὶ ἀγαμνεῖν παρθένον; ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἀθανατοφόρῳ ὑποκρίσει. Καὶ προσέθηκεν ὁ ποιητής.

Τὸν δὲ νεοσσί πω τεχθέντα φαεσφόρε μήτηρ,
Ἀντὶ σιδηρείης χρυσέῳ γλυκερῷ ἀπάσσεται
Προσκυνεῖ — — —
Τῷ δὲ γὰρ ἄρχοντος, μυρσινέας πάντας βρόδεας
Καὶ σωσαχαίτε καλύκαζον ἀλιτρῶν.

Σωτῆρα δὴ φανερῶς τε ἅμα καὶ ὑποκρύφως δι' ἀλληγορειῶν τὰ λεχθέντα· τοῖς μὲν βαθύτερον ἐξετάζουσι τὴν τῶν ἐπῶν δυνάμιν, ὑπ' ὄψιν τὴν ἐξ ἀρχῆς θεότη-

θεότητος. Ὅπως ἢ μή τις τῶν δωρεοδοκούντων ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἐγκαλεῖν ἔχῃ τῷ ποιητῇ, ὡς παρὰ τοὺς πατρῴους νόμους συγγράφοντι, ἐκβαίνοντί τε τὰ πάλαι ὑπὸ τῶν προγόνων περὶ τῶν θεῶν νομιζόμενα, ὑπικαλύπτει τὴν ἀλήθειαν· ἠπίσατο γὰρ, οἶμαι, τὴν μακαρίαν καὶ ἐπώνυμον τοῦ σωτῆρος τελετὴν· ἵνα ἢ τὸ ἄγγελον τοῦ ὠμότητος ἐκκλινοῖ, ἤγαγε τὰς διανοίας τῶν ἀκουόντων, πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηθειαν· καὶ φησὶ, χρεὼν βωμοὺς ἱδρύσθαι καὶ νεὼς καθοσιοῦσθαι, θυσίας τ' ὑπιτελεῖσθαι τῷ νεωστὶ τεχθέντι· ἀνηλύθως ἢ τὰ λοιπὰ ἐπήγαγε τοῖς φρονοῦσι· φησὶ γάρ : Hoc eſt: *nec his contentus, ulterius progreſſus eſt, quaſi neceſſitas ipſa teſtimonium ejus requireret. Quid igitur dicit?*

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo:
Jam redit & Virgo: redeunt Saturnia Regna.

Quænam eſt ergo Virgo illa quæ redit? nonne illa quæ plena & gravida fuit Spiritu Sancto? quid autem obſtat, quo minus ea quæ Spiritu Divino prægnans eſt, puella ſemper & Virgo permaneat. Redibit etiam optabilis Rex, & orbem terrarum Adventu ſuo ſublevabit. Sic enim addit poëta:

Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toti ſurget gens aurea mundo,
Caſta fave Lucina.
Hoc duce, ſi qua manent, ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

Quæ quidem aperte ſimul & obſcure per allegoriam dicta eſſe intelligimus. Nam iis quidem qui verſuum vim ac ſententiam altius ſcrutantur, Divinitatem Chriſti oculis quodammodo ſubjiciunt. Ne vero quisquam ex Regiæ urbis primoribus, poëtam criminari poſſet, quod contra patrias leges ſcribere eſſet auſus, & traditas olim à majoribus de Diis opiniones everteret, Veritatem de induſtria occultat. Norat enim, ut equidem cenſeo, Beatum & Salutare Servatoris noſtri myſterium. Itaque ut immanem hominum crudelitatem evitaret, audientium animos ad inolitam ipſis conſuetudinem deduxit: aitque recens nato, Altaria ac templa eſſe exſtruenda & Sacra facienda. Cætera quoque conſentanea ſubjunxit in gratiam eorum qui ita ſentirent. Ait enim. Reſpondemus ad magni Imperatoris effata, primo recedit plane à Latino Virgilii textu Græca Conſtantini verſio, quod

quivis Græcæ Linguæ gnarus facile perſpiciet, ſi collationem cum Latino Poëtæ carmine inſtituat: obſervavit autem bene (noſtro quidem judicio) Doctiſſimus Blondellus, ſi recte vertere voluiſſet Conſtantinus, ſic hæc verba, *redeunt Saturnia regna*, ἄγουσι Κρόνου βασιλῆα vel Κρόνῳ βασιλείαν, fuiſſe vertenda. Certum eſt Poëtam alluſiſſe ad Magni anni Platonici revolutionem, & Saturni Regnum, vel ſeculum Aureum: hæc quam incongrue ab Imperatore ſint reddita, nemo eſt qui non videat. Secundo obſervamus, Imperatorem non potuiſſe dare carmini Virgiliano ſenſum Chriſtianum, niſi miſere in alium ſenſum, à ſcopo Poëtæ prorſus alienum detorquendo. Videantur tantum, ut hoc cuivis pateat, verſus quos è Latino in Græcum ſermonem traductos credi voluit Conſtantinus. Latini verſus ſic ſonant:

Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum
Deſinet ac toto ſurget Gens Aurea mundo,
Caſta fave Lucina, tuus jam Regnat Apollo;
Teque adeo decus hoc ævi, te Conſule, inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.
Te duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

Hos autem ſeptem verſus hoc modo Græce reddidit:

Τὸν ἤ νεωστί πω τεχθέντα φαεσφόρε μιλώη,
Ἀντὶ σιδηρείης χρυσῶν γλυκὺ ἀπάσωλε
Προσκυνώ — — —
Τῷ ἤ κε ἄρχοντ' μυρία πάντα βροτεῖα
Καὶ συναχαί τε κατανάζουσ' ἀλιτρῶν.

Hoc eſt: *Luna præbe lucem, adora recens natum, qui ſequi facit Gentem Auream loco ferreæ, illo dominante conſopientur dolor omnium ulcerum mortalium, & gemitus impietatum.* Quis hoc credere aut divinare poſſet, niſi monitus, inquit D. Blondellus, quatuor hos verſus Græcos exprimere ſenſum & mentem ſeptem Latinè ſupra citatorum? & Virgilii ſermonem poſſe deduci ad Chriſti Adorationem & Reconciliationem mundi cum Deo per ejus ſanguinem, quoniam applicantur recens nato pue-

puero, qui à Poëta Pollioni sunt attributa, si Salonino applicare intendisset; & si Imperator hoc intellexisset, oportuisset vertere Græce, τῷ δ' ἄρχοντι. Notandum porro, Constantinum, votum illud, quod ad Lucinam pro favore erga Saloninum dirigit Poeta, convertere in præceptum ad Lunam de adorando Servatore Jesu, ac referre ad pacem Spiritualem conscientiarum per peccatorum Remissionem, id quod conceperat Virgilius de restabilienda pace temporali, per reditum Regni Saturni, succedentis sub Augusto criminibus sæculi ferrei, quod (ex suppositione) locum dare seculo aureo debebat,, nascenti sub Pollionis consulatu, imo etiam omittere illa, quæ tum de illo consulatu cum de Regno Apollinis à Poëta commemorantur, sub cujus nomine intellexit Maro Cæsarem Augustum, non solum quia Pagani (sic notante hoc Macrobio Saturn. lib. I. cap. XVII.) ut refert Doctiss. Blondellus, omnes quotquot sub cælo crederent Deos, ad Solem vel Apollinem referrent, verum etiam quoniam Augustus Imperator, Apollinis cultui esset addictissimus, cui etiam postea, testibus Historicis, magnificum in monte Palatino, exstruxit Templum, unde etiam Apollo passim *Palatinus* vocatur. Hinc Horatius Epist. lib. I. Ep. III.

Privatas ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo.

Et tanto convenientius se Appollinem colere debere existimavit, quandoquidem ipsius beneficio victoriam Actiacam adeptum esse credidit. Imo etiam adeo Appollinis cultui fuit addictus, ut & ipse pro Apolline haberi voluerit in magnifico quodam convivio: Suetonius in Octav. August. Cap. LXX. *Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, quæ vulgo* δωδεκάθεος vocabatur: *in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas, & ipsum pro Apolline ornatum, non Antonii modo Epistolæ singulorum nomina amarissime annumerantis, exprobrant, sed & sine Auctore notissimi versus,*

Cum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque Deos vidit mollia, sexque Deas.
Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit,
Dum nova divorum cœnat, adulteria:

Omnia, ſe à terris tunc numina declinarunt:
Fugit & auratos Juppiter ipſe thronos.

Dicit porro Conſtantinus, ad hæc Virgilii verba,

Jam redit & Virgo, &c.

Quænam ergo eſt Virgo illa quæ redit, nonne illa quæ plena & gravida fuit Spiritu Sancto? quid autem obſtat quo minus ea quæ Spiritu Divino prægnans eſt, puella ſemper & Virgo permaneat? verum cum bona Magni Imperatoris venia, dicimus, etiamſi credamus perpetuam B. Mariæ Virginitatem, eamque concepiſſe Servatorem noſtrum operatione & virtute Spiritus Sancti, etiamſi ejus reditum ad Judicium extremum confiteamur omnes, an igitur Virgilio innotuit Myſterium hoc Conceptionis miraculoſæ? An ille de Virgine Maria, de qua nec Virgilius nec Judæorum quisquam unquam inaudiverat, prophetavit? ſic Paganus Poëta clarius & diſtinctius Myſterium hoc percepiſſet quam vel ipſi Hebræi, vel Prophetæ. Eſaias qui de conceptione Servatoris noſtri fuit vaticinatus, non dicit, Virgo *Maria* concipiet, ſed ſimpliciter *Virgo*. Quid porro ineptius dici poteſt quam Virginem Mariam in mundum rediiſſe, cum illa, operatione Spiritus Sancti filium concepit? An igitur mulieres omnes, quando concipiunt, in mundum redire ſunt dicendæ? Quid ſtolidius ſuſtineri poſſit, non videmus. Numquid ergo Virgo Maria per nativitatem in mundum intrans, poſtea è mundo fuit tranſlata, ut *circa plenitudinem* temporis rediret? Vel an hoc potius dicendum, primo in mundum introductam Virginem fuiſſe, poſtea ex hominum oculis ſublatam, ut tandem altera productione manifeſtaretur? ſed æque inſulſe hæc ſuſtinetur opinio. Dicimus igitur, per Virginem hanc, de qua Virgilius, non poſſe intelligi Deiparam, & Poëtam ad illam non potuiſſe alludere, quandoquidem ne fando quidem unquam de illa quidquam inaudiverat, nec reſcire potuit, ſiquidem ne ipſi quidem Judæi, imo nec ipſi Prophetæ ſpiritu Divino afflati, hoc norant. Hoc tantum ex revelatione Divina, Virginem parituram conſtabat, ſed Mariæ nomine deſignandam, nemo mortalium hoc ſciebat. Si vero regeratur, Virgilium etiam non loqui in particulari de Virgine Maria, verum *in genere* de Virgine quemadmodum & hoc Prophetæ prædixerant, reſpon-

de-

demus Poëtam Paganum & infidelem non potuiſſe ſcribere de Virgine Deipara, quam nunquam novit, & etiamſi daremus, illum intendiſſe ſermonem inſtituere de Virgine Deipara, tamen inde non ſequeretur, Gentilibus innotuiſſe Myſterium incarnationis filii Dei. Æque enim rumor percrebuerat per totum orientem, Virginem parituram, ac ille qui de Rege venturo erat diſperſus. Ac ſic corruit erronea illa opinio, Gentiles de Chriſto fuiſſe vaticinatos; Mens igitur Virgilii eſt, quando redirent Saturnia Regna, tum etiam Virginem Paganorum, hoc eſt, Uraniam vel Aſtræam de cælo, ad quod ſe ſeculo ferreo receperat, deſcenſuram. Hinc Ovidius lib. I. Metamorph. Fabula V.

Victa jacet Pietas: & Virgo cæde madentes
Ultima cœleſtûm terras Aſtræa reliquit.

Sic & Juvenalis in principio Satyræ VI.

Paulatim deinde ad Superos Aſtræa receſſit
Hac comite, atque duæ pariter fugere ſorores.

Virgo itaque de qua Virgilius hoc loco, eſt Aſtræa, teſtibus fere omnibus interpretibus: de qua ſimilia teſtatur Seneca in Octav.

Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum cruenta cæde pollutas manus
Aſtræa Virgo ſiderum magnum decus.

Vult igitur Poëta adulatorie referre Fæliciſſimum ſtatum Imperii Romani ſub Conſulatu Pollionis & ſub Regimine Auguſti, cujus ævo ſeculum Aureum rediiſſe ſcribit: ideoque, quia (uti ſupra oſtendimus) homines juſte vivebant, nunc itaque reverſam eſſe Juſtitiam, Aſtræam Virginem, ita ut deinceps homines Juſtiorem vitam ſint acturi quam ſub ſeculo ferreo. Concludimus ergo cum Doctiſſ. Blondello in hac Virgilii Ecloga non aliam quærendam eſſe Virginem, præter Aſtartem à Græcis Latinisque Scriptoribus ſic vocatam, Hebraice, I. Regum Cap. XI. vers. V. & XXXIII. dicitur עשתרת *Aſtoreth*, Sidoniorum Numen quod à Salomone cultum fuiſſe legimus, loco jam citato, Chaldaice עשתרתא *Aſtarata* vocatur, & hinc contracte

Ἀστάρτη *Aſtarte.* Hanc Veteres Hebræi, multique inter Gentiles *cæli Reginam* nuncuparunt, hæc Urani filia fuiſſe perhibetur à Philone Biblio, apud Euſebium de præparat: Euang. lib. I. atque hinc facile conjici poteſt, cur cœleſte illi domicilium aſſignetur. Tertullianus illam vocat Apol. Cap. XXIII. *Virginem cæleſtem pluviarum pollicitatricem.* Et Auguſtinus *Virginem cæleſtem.* De hac Aſtarte plura legere qui volet, adeat Pet. Fabri Semeſt. lib. III. p. m. 13. &c. Selden. Syntag. II. Cap. II. de DIS Syris. Et Beyeri ad Seld. additamenta p. m. 272. & Ouzel. ad Minuc. Fælic. Ex iis quæ hactenus propoſuimus liquido conſtare credimus, quam imbecilli nitantur fundamento, qui de Virgine Maria cum Imperatore Conſtantino, ceciniſſe volunt Virgilium. Quando porro Conſtantinus ex Virgilii verbis, *redeunt Saturnia Regna*, concludit Servatoris noſtri Regis optabilis reditum, quo orbem terrarum ſublevabit, quis non videat valde inepte adtribui Servatori Jeſu Chriſto, id quod de Regno Saturni vel Auguſti ſcripſit Poëta. Nunquid Saturnus eſt Chriſtus? vel vice verſa Chriſtus eſt Saturnus? Scio quidem aliquam comparationem Regni Jeſu Chriſti cum Saturni Regno poſſe inſtitui, verum præterquam quod ſimilitudo illa valde claudicaret, dicimus eam non fuiſſe Virgilii mentem, quippe Chriſtum ejusque Regnum plane ignoravit, ideoque hoc cum illo comparare nullo modo potuit. Deinde quid hoc ad rem facit? *Redibit Rex optabilis & orbem terrarum adventu ſuo ſublevabit*, an igitur adventus Servatoris ad Judicium extremum eſt Regnum Saturni? Vel an hoc intendit Imperator, Chriſtum rediturum in hunc Orbem ut mille annis Regnet in hoc mundo, quidquid dicat totum quantum est ἀπερόδιόνυσον. Sed hoc ut evitet telum Imperator, addit, *ne vero quisquam ex Regiæ urbis primoribus, Poëtam criminari poſſet, quod contra patrias leges ſcribere eſſet auſus, & traditas olim à Majoribus opiniones everteret, veritatem de Induſtria occultat.* Sed quis genius Conſtantino hoc Revelavit, Virgilium illis rationibus motum *occultaſſe Myſterium Beatum ac Salutare Servatoris noſtri quod norat.* Nemo mortalium reperitur qui non videat hoc ab Imperatore gratis dici, atque eſſe tantum meram conjecturam, & negari poſſe eadem facilitate qua illud aſſerit. Nullibi enim Poëta hoc indicavit, nec, talem fuiſſe Virgilii mentem, unquam probabit ullo idoneo teſtimonio Conſtantinus. Dicimus porro falſiſſimam eſſe Imperatoris ſententiam, Poëtam *de induſtria*

duſtria veritatem occultaſſe. Certe cuivis legenti hoc carmen luce meridiana clarius patebit, Virgilium nihil occultaſſe aut voluiſſe occultare. Diſerte enim & expreſſis verbis Aſinium Pollionem nominat,

Pollio amat noſtram quamvis ſit ruſtica, muſam,
Pollio & ipſe facit nova carmina, &c.

Imo & ipſi Auguſto ſatis manifeſte adblanditur, & per totam hanc Eclogam tam clare & diſtincte loquitur, ut nullus dubitationi locus relinquatur, *quin* ſcopum quo collimavit, planis verbis expreſſerit. Deinde ſupponit Imperator, Virgilio notum fuiſſe Myſterium Euangelicum de Perſona Servatoris & Salute per illum procuranda, imo ut refert Jeſuita Craſſetus, nonnulli exiſtimant Poëtam Divino Spiritu afflatum Poëma hoc conſcripſiſſe; cui opinioni nihil opponit Loyolita, forte ipſi arridenti, ſed hæc quam ſint falſa & ἀντίγραφα, ſupra oſtendimus, & forte poſtea uberius demonſtrabimus. Non enim Deus ſe æqualiter Gentilibus patefecit, ac populo ſuo, niſi Naturam cum Gratia confundere velimus. Deus enim, inquit Apoſtolus, Actorum Apoſtolic. Cap. XIV. vers. XVI. *præteritis ætatibus ſivit omnes Gentes ſuis ipſarum viis incedere.* Et Cap. XVII. vers. XXX. *Deus temporibus iſtius ignorantiæ connivendo diſſimulatis, nunc mandat omnibus hominibus, ut reſipiſcant.* Et David Pſ. CXLVII. vers. XIX. & XX. *Indicat Deus verba ſua Jacobo, ſtatuta ſua & Jura ſua Iſraëli, non fecit ita ulli Genti, ideoque Jura iſta non noverunt.* Et Paulus Apoſtolus I. Epiſt. ad Corinthios Cap. II. vers. VII. & VIII. *Loquimur ſapientiam Dei in Myſterio occultam illam, quam præfinierat Deus ante ſecula ad gloriam noſtram, quam nemo Principum ſeculi hujus cognovit.* Ut autem porrò clarius innoteſcat Conſtantini hallucinatio: obſervemus Imperatorem ſic ſcribentem introducere Virgilium, *recens nato Altaria at Templa eſſe exſtruenda & Sacra facienda.* Imploramus heic Imperatoris Fidem, ubinam hæc legerit apud Virgilium, nec vola nec veſtigium illorum exſtat in tota hac quarta Ecloga, ideóque ignoſcat Imperator, ſi illa pro confictis & additis præter Poëtæ mentem habeamus. Atque vel hinc conſtat, evidentiſſime Conſtantinum deflexiſſe, & contorſiſſe in alienum ſenſum Eclogam hanc ut inſtituto & præconceptæ ſuæ opinioni adaptaret. Sequamur porro magni Imperatoris veſti-

vestigia. Ait enim, quid Poëta dixerit; citatur illud apud Eusebium Capite XX.

Λήψεται ἀφθίτοιο θεῦ βίοτον, καὶ ἀθρήσει
Ἥρωας σὺν ἐκείνῳ ἀολλέας ἠδὲ καὶ αὐτὸς,
Δηλαδὴ τοῖς δικαίοις.
Πατρίδι καὶ μακάρεσσιν ἐελδομένοισι φανεῖται
Πατροδότῳ ἀρετῇ κυβερνῶν ἡνία κόσμου
Σοὶ δ' ἄρα παῖ πρώτιστα φύσις δωρήματα γαῖα,
Κισσὸν ἀνὰ πλατάνους ὁμοῦ καλλικάρποις ἀκάνθῳ.

Hoc est:

Ille Deûm vitam accipiet, Divisque videbit
Permistos heroas & ipse videbitur illis,
Justis scilicet.
Pacatumque Reget Patriis virtutibus orbem.
Ac tibi prima puer nullo munuscula cultu,
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.

Fallit falliturque Constantinus Imperator, putans versum hunc,

Ille Deûm vitam accipiet, &c.

applicandum Salonino recens nato Pollionis filio. Sed hoc magis cum Poëtæ scopo convenit, quando de Augusto Cæsare dictum intelligimus. Sic etiam Ascensius in commentariis adversum hunc Augusto attribuit illam laudem. Scio quidem heic variare interpretes, Servius enim de Augusto & Salonino dictum putat: Turnebus & Germanus de Salonino capiunt, quoniam illius natales inciderunt in principium Aurei sæculi, in quo homines vivebant Deorum vitam, scribente hoc Hesiodo lib. I. ἐν ἔργ.

Ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες.

Hoc est,

Ut Dii vivebant, securo animo præditi.

Notan-

Notandum etiam Conſtantinum Chriſtiano more locutum, *Ille Dei vitam accipiet*, cum tamen Virgilius Pagano modo ſcribat, *Ille Deûm vitam accipiet*, &c. Addit porro Imperator ex Virgilio.

Οὐδὲ θήμις ταρβεῖν βλοσυρὰς ἀγέλησι λέοντας,

ἀληθῆ λέγων. Ἡ γὰρ πίστις τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τὰς δυνάστας ἀφοβηθήσεται.

Φύσει δ' ἀνώδη τὰ παίγνια αὐτὰ,
Οὐλυτὴ ἰοβόλος φύσις ἑρπετῶν, οὐλυτὴ πόα
Λοιγὸς· Ἀσσύριον θάλλει κατὰ πέμπελ ἄμωμον

Τούτων ἀδὲν ἀληθέστερον, οὐδὲ τῆς σωτῆρος ἀρετῆς οἰκειότερον εἴποι τις ἄν: αὐτὰ γὰρ τὰ τῆς θεᾶς παίγνια πανδύμαλος ἁγία δυνάμις, ἀνώδη τινὰ ἄνθη, νεολαίᾳ ὥπασε χθονί. ὁ γὰρ ὄφις ἀπώλυτο, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἐκείνου, ὃς τὴν πρωτοπλάστου πρώτης ἐξηπάτα, φεύγων τὰς ἀφανοίας αὐτῶν διὰ τῆς ἐμφύτου [σωφροσύνης] διὰ τῶν ἡδονῶν ἀπόλαυσιν, ὅπως γνοῖεν τὸ ἐπιτηδειότερον αὐτοῖς ὄλεθρον. Πρὸ γάρ τοι τῆς καθελούσεως τοῦ σωτῆρος, τῆς ἀθανασίας τὸ δικαίων ἀγκάλῃ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων διὰ μηδεμίᾳ χρησῇ ἐλπίδι ἐρεθομένους, ἔθραυε. παθόντος γὰρ κατὰ καιρὸν τοῦ θεληθέντος σώματος, χωρισθέντος, ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀνθρώποις τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως· καὶ εἴτις ἰλὺς ἀνθρωπίνων ἀδικημάτων κατελείπετο, αὖτη πᾶσα λυτροῖς ἁγίοις ἐσμήχετο. τότε δὴ φθάκελεύει τοῖς ὑπηκόοις θαρρεῖν. καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σεμνῆς ἀφορμῆς τε ἀναστάσεως, τὸ ὅμοια ἐλπίζειν ἐπέλυσεν, ἀκὴν δικαίως ἐπελύθη τῶν ἰοβόλων ἡ φύσις. ἐπελύθη γὰρ καὶ θάνατος. ἐπεσφαγίσθη γὰρ ἡ ἀνάστασις· ἀπώλετο γὰρ καὶ τὸ τοῦ Ἀσσυρίου γλυκὺ, ὃ παραίτιον ἐγλύκετο τῆς πίστεως τοῦ θεοῦ· φύεσθαί τε παντάχοῦ φάσκων τὸ ἄμωμον, πλῆθος τῶν θρησκευόντων σεσαγορεύει. οἷον γὰρ ἐκ μιᾶς ῥίζης πλῆθος κλάδων εὐωδέσι θάλλον ἄνθεσιν, ἀρδόμενον συμμετρίᾳ δρόσου, βλαστάνει. Hoc eſt:

— — *Nec magnos metuent armenta Leones.*

Vera utique dicens. Neque enim fides ovilis Regii proceres formidatura erit.

Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet; Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

Quibus nihil verius, nihil Servatoris virtuti convenientius dici poteſt. Ipſa enim Dei cunabula, Divini Spiritus vis tanquam fragrantiſſimos quosdam flores novellæ obtulit Genti. Occidit vero ſerpens, & venenum ſerpentis ſublatum eſt: Ejus ſcilicet ſerpentis qui primos homines in fraudem primus induxit, eorumque animos ab innata temperantia ad voluptatum illecebras traduxit: ut malum quod ipſarum capitibus incumbebat, minime intelligeret. Etenim ante Servatoris noſtri in terras adventum, ſerpens ille, mentes hominum ignoratione immortalis Juſtorum vitæ occæcatas, ac nulla bonorum ſpe fultas ſubverterat. Poſt paſſionem vero Domini noſtri, cum corpus illud quod acceperat, à Sanctiſſimæ animæ ſocietate aliquanto tempore divulſum fuiſſet, patefacta eſt hominum reſurrectionis Fides: & ſi qua labes, humanorum ſcelerum remanſerat, Sacro-Sancto lavacro penitus abſterſa eſt. Tunc demum ſubditos ſuos bono animo Chriſtus eſſe jubet, & ex veneranda & illuſtri ſua Reſurrectione, ſimilia ſperare. Jure ergo dictum eſt, occidiſſe omnium venenatorum genus. Occidit etiam mors ipſa, & Reſurrectio confirmata eſt. Occidit quoque Aſſyriorum genus, qui Fidei in Deum principes atque Auctores exſtiterant. Amomum vero ubique naſciturum cum dicit, multitudinem Chriſtianorum ſic appellat. Quæ non ſecus ac innumerabiles rami amœniſſimis floribus ornati, & modico rore irrigati, ex una radice pullulat. Perpendamus hanc Imperatoris explicationem, quis unquam magis contortam repperit? Certe cuivis aperte hoc patebit. Dicit Maro:

— — *Nec magnos metuent armenta leones,*

Hoc eſt: inquit Conſtantinus, *Fides ovilis Regii non formidatura eſt proceres.* Certum eſt Fidem adeo confirmare homines, ut cum beato Apoſtolo Paulo Actor. Cap. XX. vers. XXIV. *dicant, nullius rei habeo rationem, neque vita mea mihi ipſi cara eſt*, &c. Et, ut inquit Hieronymus ad Helidor. *Fides famem non formidat.* Verum quis Imperatori hoc revelavit, Virgilium, cum verſum hunc ſcriberet, intendiſſe de Fide loqui? Hoc ſi non eſt detorquere Pagani verba, neſcio profecto quando detorqueri verba Scriptoris ſint dicenda. Serpentem & mortem à Chriſto fuiſſe debellatam putat Conſtantinus, quando Poëta dicit:

Occi-

Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidit: — — — — —

Quando etiam ſcribit Poëta

Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.

Nihil, inquit idem Imperator, Servatoris virtuti convenientius dici poteſt. Ipſa enim Dei cunabula, Divini Spiritus vis tanquam fragrantiſſimos quosdam flores novellæ Genti obtulit. Sed credimus, nihil inconvenientius dici poſſe: quibus argumentis hoc probabit Conſtantinus, Virgilium voluiſſe indicare Divini Spiritus vim? Certe non potuit, imo proculdubio allegaſſet ſuas rationes ſi habuiſſet, ideóque judicandum ipſi defuiſſe. Ejusdem farinæ ſunt, quando interiturum dicit Virgilius ſerpentem & venenum. Non enim exiſtimandum eſt Poëtam Gentilem potuiſſe hariolari, primos noſtros parentes per ſerpentem fuiſſe ſeductos & per Chriſtum fuiſſe occiſum, hoc pacto totum Redemptionis opus Pagano illi innotuiſſe dicendum eſſet: Quod ſi Conſtantinus aut poſt illum quisquam alius affirmare velit, nos negamus & ſemper pernegabimus, uſquedum ſententiam hanc ſolidis rationibus firmatam viderimus. Fatemur, & de Divini ſpiritus efficacia, quæ refert Imperator, & quæ porro addit de Servatore ejusque Reſurrectione & hominum cæterorum, ut & quod narrat de labe humanorum ſcelerum Sacro-Sancto lavacro (modo Sacramentaliter intelligat) abſterſa, vera illa eſſe concedimus, verum Imperatorem haud appoſite illa ad Virgilii ſcopum applicaſſe. Certum enim eſt vel ex Poëtæ verſu illum nihil aliud intendiſſe, quam referre, Fœlix fauſtumque, aut proſperum Auguſti Imperium, & quum Pagani de fœliciori numquam eſſent fabulati quam de Saturni Regno, ideo Auguſti Regnum cum Saturnio comparavit: ejusque ſummam fælicitatem Auguſti Regno precatur & optat, deſcriptione tali quali olim Gentiles illam ſub Saturno fuiſſe retulerunt. Ovidius Metamorph. lib. I. fabula III. hoc modo illam deſcripſit:

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem rectumque colebat:
Pœna metuſque aberant: nec vincla minacia fixo
Ære ligabantur: nec ſupplex turba timebat

Judicis Ora sui: sed erant sine Judice tuti.
Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem
Montibus in liquidas pinus descenderat undas:
Nullaque mortales præter sua littora norant.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat: sine militis usu
Mollia securæ peragebant otia Gentes.
Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.
Contentique cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fetus montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.
Ver erat æternum: placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant:
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Ad hæc etiam alludit Virgilius, in hac Ecloga quarta, nec ulterius ejus intentio extendi (nostro quidem judicio) debet: & si quando apud Poëtas Gentiles reperiatur aliqua cum Scripturis Sacris conformitas, non statim inde concludendum judicamus, Scriptores illos noviſſe res futuras sub Messiæ Regno, aut fuisse Divinitus inspiratos, ut illis cum Sanctis Prophetis tum quoad res & verba conveniret. Legimus Ps. LXXII. vers. XVI. &c. de Fælicitate hominum sub Servatoris nostri Regno, ubi *fuerit pugillus tritici in terra, in vertice montium commovebit se ut Libanus fructus ejus, & florebunt Cives ut herba terræ.* Et apud Esaïam Cap. XI. vers. VI. &c. *Quapropter commorabitur lupus cum agno, & pardus cum hædo recubabit; vitulusque & juvenis leo, ac pecus pingue simul erunt, & puer parvulus dux inter eos futurus est. Et vacca ursaque compascentibus, simul recubabunt catuli earum, & leo sicut bos comedet stramen: & oblectabit se lactens super foramen hæmorrhoi, & super specum viperæ depulsus à lacte manum suam injiciet.* Similia his legi possunt

ſunt apud eundem Prophetam, Cap. LXV. vers. XXV. Quando ergo Scriptores Gentiles alludunt ad talia quæ ſacris literis continentur, non tamen inde ſequitur, illos Divino Spiritu fuiſſe afflatos, aut donum habuiſſe Prophetiæ. Vetus enim Teſtamentum ex ſeptuaginta Interpretum verſione, ducentis & novem annis ante Virgilium natum omnium in manibus verſabatur, ideóque ex illa Græca verſione multa quæ Prophetæ prædixerant, illis erant notiſſima, quæ ſuis fabellis interpolarunt Gentiles & Mythologicis ſuis deſcriptionibus, ad præterita referentes, quæ Prophetæ de futuris ſub Meſſiæ Regno denuntiarant. Illa autem ſententia nullum habebit incommodum, ſi modo dicamus, Gentiles illos retuliſſe prædictiones Prophetarum, pſittacorum more, qui multa absque ulla intelligentia effutiunt, & mutuatos fuiſſe aliorum colores, ut ſua figmenta poſſent exornare. Virgilius igitur, (poſito illum aut legiſſe Eſaïæ verſionem Græcam, aut fando de illius Scriptis aliquid inaudiviſſe) nihil aliud intendens quam vota ſua pro gloria Regni Imperatoris Auguſti, & proſperitate amici ſui Pollionis, referre, ſimpliciter deſcriptionem ſeculi Saturnii inſtituere voluit, ideóque illud non tantum eo modo quo Ovidius Metamorphoſeos libro primo, retulit, verum etiam quo ipſe deſcripſit Georgicorum lib. I. Ovidius autem loco jam laudato, ſic de Saturni Regno, ſub quo homines tranquille & ſine ullo incommodo vivebant, loquitur uti ſupra deſcripſimus, at vero ſeculo ferreo omnia mala adtribuit, fabula quinta.

— — — — *De duro eſt ultima ferro.*
Protinus irrupit venæ peioris in ævum
Omne nefas: fugere pudor, verumque fidesque:
In quorum ſubiêre locum, fraudesque dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene noverat illos
Navita, quæque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultavere carinæ.
Communemque prius, ceu lumina Solis & auræ,
Cautus humum longo ſignavit limite menſor.
Nec tantum ſegetes, alimentaque debita, dives
Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terræ,

Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum,
Prodierat; prodit bellum, quod pugnat utroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: frætrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa jacet pietas: & Virgo cæde madentes
Ultima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.

Et poſt Diluvium terram monſtra produxiſſe narrat idem Poëta Metamorphoſeos lib. I. fabula XII.

— — — — *Partim nova monſtra creavit.*
Ille quidem nollet: ſed te quoque maxime Python
Tum genuit: populisque novis, incognite ſerpens,
Terror eras; tantum ſpatii de monte tenebas.

Virgilius autem eodem modo, quo Ovidius ſeculum Aureum deſcripſit loco ſupra indicato, verſu mihi CXXVII.

— — — — *Ipſaque tellus*
Omnia liberius nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris
Mellaque decuſſit foliis, ignemque removit:
Et paſſim rivis currentia vina repreſſit:
Ut varias uſu meditando extunderet artes
Paulatim. — — — —

Nihil ergo aliud dicere voluit Poëtarum Princeps, niſi, uti ſub Saturni Regno non inveniebantur ſerpentes, nec venena, nec beſtiæ veneniferæ, nec bella; ſic etiam ſub Auguſti Imperio, nulla ſuperfutura incommoda, quæ antea miſeros mortales excruciaverant. Et quod notandum eſſe exiſtimamus, majus Myſterium non deprehendimus in illis verbis, quando dicit Ecloga quarta:

Vul-

— — — — *Vulgo naſcetur amomum:*
Incultisque rubens pendebit ſentibus uva,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Quam quum ſcribit Ecloga tertia verſu LXXXVIII.

Qui te Pollio amat, veniat, quo te quoque gaudet:
Mella fluant illi, ferat & rubus aſper Amomum.

Omnes enim norunt, ſentes æque amomum ac uvas ferendo eſſe ineptas, atque hoc ſi fieret in uno non minus eſſe mirandum quam in altero. *Naſcetur ubique amomum*, inquit Virgilius, at Imperator Conſtantinus dicit, *multitudinem Chriſtianorum ſic appellat*, (Poëta.) Scilicet homini Gentili innotuit futura Gentium vocatio, illamque prædixit Poëmate ſuo, quando ubique naſcetur Amomum. Siccine Myſteria Euangelii Gentibus æque ac fidelibus ſunt nota? Certe hoc nos pernegamus, nobis aſſentiente Sacro codice. Addit porro Imperator apud Euſebium Cap. XX. in oratione ad Sanctorum cœtum. Πεπαιδευμένως ἢ ὦ σοφώτατε Μάρων, καὶ τὰ ἐξῆς ἅπαντα. καὶ ἀληθεύεις ἔχων.

Αὐτίκα δ' ἡρώων ἀρετὴ, πατρός τε μεγίστου
Ἔργ' ὑπερφιάλοισι κεκασμένα πάντα μαθήσῃ.

Τὰς μὲν τῶν ἡρώων ἐπαίνους, τὰ τῶν δικαίων ἀνδρῶν ἔργα σημαίνων. τὰς δ' ἀρετὰς τοῦ πατρὸς, τὴν τοῦ κόσμου συνταξιν καὶ τὴν εἰς αἰώνιον ἀφθαρσίαν λέγων. Ἴσως δ' ἂν καὶ τοὺς νόμους, οἷς ἡ θεοφιλὴς ἐκκλησία χρῆται, ἐπιτηδεύσει τε μετὰ δικαιοσύνης τε καὶ σωφροσύνης βίου. θαυμαστὴ δ' ἂν καὶ ἡ μεταξὺ τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν βίου ἐπὶ τὸ ἀνεγκλητότερον ἀπαγωγὴ, τὸ ἀθρόον τε καὶ ἀφνιδίου μεταβολῆς ἀπηλλαγμένον.

Πρῶτον μὲν, ἀνθερίκων ξανθῶν ἤγοντο ἀλωαί.

Τοῦτ' ἔστιν ὁ καιρὸς τοῦ θείου νόμου ἤγετο εἰς χρείαν.

Ἐν δ' ἐρυθροῖσι βάπτισι παρήορος ἦλθε βότρυς.

Ἅπερ οὐκ ἄλλως καὶ τὸν ἄθεσμον βίον.

Σκληρῶν δ' ἀπὸ πευκῶν λαγόνων μέλιτος ῥέε νᾶμα.

Τὴν ἡλιότητα τοῦ τότε ἀνθρώπων καὶ τὸ καλλεσκληκὸς ὑπογεώδων ἤθους.

ἴσως

ἴσως ἢ ἡ τ ℔ θεῦ πόνον ἀκόυλας, τ ἑαυτῶν καρτερίας γλυκὺ πνᾶ καρπὸν λήψεσθ διδάσκων.

Παῦρα δ' ὅμως ἴχνη προτέρας προλείπε ἄτης.
Πόντον ἐπαΐξας, πρὶ τ' ἄστεα τείχεσι κλεῖσας,
Ῥῆξαί τ' εἰλιπόδων ἑλκύσμασι τέλσον ἀρούρης·
Ἄλλ' ἔπειτ' ἔσται τίφυς, ἡ Θεσσαλὶς ἀργὼ
Ἀνδρῶσιν ἡρωέσσιν ἀγαλλομένη· πολέμοι ἢ
Τρώων ἡ Δαναῶν πειρήσε αὖθις Ἀχιλεύς.

Εὖγ' ὦ σοφώτατε ποιητά. τὰ γὰρ ποιηθέντα ἐξεσίαν, μέχρι ℔ προσήκοντ' ἐταμιεύσω· ἃ γὰρ σοὶ προκείμενον ἀποθεωσίας, μὴ ὄνειρε προφήτη· ἐκεῖνε δέ πως οἶμαι ἡ κίνδυνος, τοῖς ἐλέγχοις τὰ ὑπὸ τ προγόνων νομισθέντα ἐπιστημόνως. Hoc eſt: Docte igitur hæc à te dicta ſunt, ô Maro, Poëtarum ſapientiſſime. Sed & reliqua cum his conſentiunt:

At ſimul Heroum laudes, & facta parentis
Jam legere, & quæ ſit, poteris cognoſcere virtus.

Per laudes Heroum intelligit opera Juſtorum Virorum: per parentis virtutes, conſtitutionem mundi, & manſuram perpetuo conſtructionem. Fortaſſe etiam intelligit leges, quibus Deo amabilis Eccleſia utitur; ex juſtitiæ ac temperantiæ præceptis vitam inſtituens. Admiratione quoque digna eſt, vitæ hominum inter bonos malosque, medio quodam gradu conſiſtentium ad ſublimiora promotio, cum tamen ejuſmodi vita repentinam mutationem non admittat.

Molli paulatim flaveſcet campus ariſta.

Id eſt, fructus Divinæ legis ad hominum utilitatem producetur.

Incultisque rubens pendebit ſentibus uva.

Quæ quidem in injuſta ac depravata hominum vita minime cernebantur.

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Hominum illius temporis ſtuporem ac duritiem mentis deſignat. Ac fortaſſe etiam innuit, eos qui Dei cauſa labores pertulerint, tolerantiæ ſuæ ſuavem fructum eſſe percepturos.

Pauca

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis.
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ jubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella:
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

Recte Vates ſapientiſſime. Poëticam quippe licentiam quouſqu edecebat provexiſti. Neque enim tibi propoſitum erat Oracula fundere, cum Propheta non eſſes. Obſtabat etiam credo præſens periculum, quod eorum capitibus, qui inſtitutas à Majoribus cæremonias confutare vellent, imminebat. *Hactenus Conſtantinus.* Sed quis quæſo hæc ferat: ut adeo audacter & ſine ulla probatione Poëtæ carmen tam fœde in alienum ſenſum torqueatur! Per laudes Heroum intelliguntur opera Juſtorum Virorum, & per parentis virtutes, conſtitutio mundi, & manſura perpetuo conſtructio, dicit Imperator; ſed quis præter ipſum hoc unquam affirmarit? Videmus equidem illum hoc ſic ſcribere & afferre, ſed quoniam hæc opinio caret argumentis quibus ejus veritas confirmetur, eadem facilitate qua propoſuit negatur. Deinde affirmat per parentis virtutes intelligi mundi perpetuo conſtructionem: ſed adhuc ſub Judice lis eſt, utrum mundus non ſit periturus, norunt viri Docti eſſe hanc quæſtionem problematicam, uti & illud:

Molli paulatim flaveſcet Campus ariſta,

Id eſt, fructus Divinæ Legis ad hominum utilitatem producetur, &c. Hoc modo ſi Poëtæ ſint explicandi, neſcio quid non ex illorum verſibus extundamus. Hoc pacto Gentiles Poëtæ facili negotio Sanctorum Prophetarum numero poterunt annumerari, imo ipſe Conſtantinus, etiamſi diſertis verbis negat Virgilium non eſſe Prophetam, re ipſa tamen illum pro Propheta obtrudit, cum dicit ex Virgilio:

Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles,

per *Achillem* Servatorem Jeſum Chriſtum intelligens, ſed quam incongrue hoc Salvatori applicetur, infra patebit. Audiamus autem Conſtantinum diſſerentem: Πεφεσγμένως δὴ καὶ ἀκινδύνως καὶ τὸ δυνατὸν,

[τοῖς] σωιέναι δωάμενοις φράσησας τὴν ἀλήθειαν, πύργους καὶ πόλεμον αἰπασάμενος, ἅπερ ἀληθῶς ἔτι καὶ νῦν ἐξετάζεται καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων βίον, χαρακτηρίζει τὰ σωτῆρος ὁρμῶντος ἐπὶ τὸν τρωϊκὸν πόλεμον. τὴν δὲ Τροίαν, τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, ἐπολέμησε γὰρ ἀνίκητος τοῖς ἀνικήτοις πονηροῖς δωάμεως, πεμφθεὶς ἐξ οἰκείας τε προνοίας, καὶ προαγγελίας μεγίστου πατρός. τί δὴ μετὰ ταῦτα ὁ ποιητὴς λέγει.

Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἰωρέης ὥρη καὶ καιρὸς ἵκηται,

Τοῦτ' ἔστιν ἐπειδὰν ἀνθρωπεὶς, τὰ περέχοντα τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ῥιζόθεν ἐξέλῃ, τὴν τε ξύμπασαν γῆν εἰρήνῃ καταπαύσῃ.

Οὐχ' ὅσιον αὐτοῖσιν ἀλιτρέπουσιν [ἀλιτροῖς]
Φυομένων ἄμυδις γαίης ἄπο πίονι μέτρῳ.
Αὐτὸς δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος, ἠδὲ μελισσὰν
Οἰνοκλέα δρεπάνοιο πεπαινόμενον ἄμπελον οἶμαι
Οὐδ' ἐρέει δοίοιτο βροτοὺς πόνον· αὐτόματος δὲ
Ἀρνειὸς τυρόεσσι περιπρέψει λιβάδεσσιν,
Σάνδυκι πορφυρέῃ λάχνην ῥυπόεσσαν ἀμείβων.
Ἀλλ' ἄγε τιμῆεν σκῆπτρον βασιληΐδος ἀρχῆς,
Δεξιτερῆς ἔσται πατρὸς ἐλευθερόεντος δέδεξο·
Κόσμον κητώεντος ὅπως σὺ πηξάμενος θέμεθλα·
Χαρμοσύνῃσιν γαίης τε καὶ ἠέρος ἠδὲ θαλάσσης,
Γηθόσυνον τ' αἰῶνος ἀπείρεσιν λάσιον κῆρ.
Εἴθέ μοι μεγαλέου ζώοντά τ' ἔχε νήδυμος ἰσχύς,
Σὺν ἀρετῇ κελάδειν, ἐφ' ὅσσον δυνάμις γε πάρειη·
Οὐκ ἄν με πλήξειεν ὁ Θρᾳκῶν δῖος ἀοιδὸς,
Οὐ Λῖνος, οὐ Πὰν αὐτὸς, ὃν Ἀρκαδίη τέκετο χθών·
Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Πὰν ἀνθέξει εἵνεκα νίκης.

Κόσμον κητώεντος ὅρα φησὶ, καὶ τῶν στοιχείων ἁπάντων χαρέν. *Hoc eſt:* Provide itaque & tuto quantum fieri poterat, veritatem exponens intelligentibus, dum cauſam confert in turres ac bella, quæ in hominum vita etiamnum cernuntur, deſcribit Servatorem ad Trojanum bellum proficiſcentem. Per Trojam vero, orbem univerſum intelligit. Chriſtus enim adverſus oppoſitas nequiſſimorum Dæmonum acies bellum geſſit; partim providentiæ ſuæ arbitrio, partim ſummi Patris mandato in terras miſſus. Sed quid poſtea idem Poëta dicit?

Hinc

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas,

Id eſt : poſtquam virilem ætatem ingreſſus, cuncta quæ humanam vitam infeſtant mala ſuſtulerit, & univerſum orbem terrarum pacis legibus compoſuerit.

Cedet & ipſe mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus,
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem;
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.
Aggredere ô magnos, aderit jam tempus, honores,
Cara Deûm ſoboles, magnum Jovis incrementum.
Adſpice convexo nutantem pondere mundum,
Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum.
Adſpice, venturo lætentur ut omnia ſeclo.
O mihi tam longe maneat pars ultima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta,
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis atque huic pater adſit.
Pan etiam Arcadia mecum ſi Judice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe Judice victum.

Adſpice, inquit, nutantis mundi & omnium elementorum lætitiam. Quid hac applicatione abſurdius fingi poſſit non videmus, ideoque cum Doctiſſimo Blondello affirmamus, nihil ad rem & ſcopo Virgilii conveniens propoſuiſſe Conſtantinum, neque ſatis bene perpendiſſe Poëtæ carmen. Non enim tantum bella & turres culpat Virgilius, tanquam *priſcæ* (ſub ſeculo ferreo) *veſtigia fraudis*, verum etiam navigationem ac agriculturam, quæ quam ſint res neceſſariæ nobis mortalibus, nemo eſt qui non ſciat: Secundo, notandum eſt, Virgilium non loqui de bello Trojano, niſi ut exemplum oſtendat, quemadmodum de navigatione agens, Argonautarum allegat exemplum: utramque autem hanc expeditionem proponit, tanquam duo illuſtria argumenta magnæ illius Revolutionis, quam ſecuturam ſup-

ponit poſt Renovationem anni Platonici, & inchoaturam ſub Cæſaris Auguſti imperio, ſub quo talia priſcæ fraudis veſtigia non apparerent. Tertio, ſi per bellum Trojanum intellexiſſet Poëta, totius mundi Victoriam & conquiſitionem per Servatorem, non annumeraſſet illam rebus illicitis &, ſuo Judicio, damnandis; cum autem abſolute abominaretur Navigationem & bellum, utriusque illius mali omnibus notum exemplum proponit, Argonautarum ſcilicet in Colchos iter, & Achillis contra Trojam expeditionem. Quam autem abſurde Servator noſter Jeſus Chriſtus cum Achille conferatur à Conſtantino, vel hinc innoteſcit, quia Achilles non fuit Primarius expeditionis Græcæ, contra Trojanos dux, militavit enim ſub Agamemnone, neque etiam bello Trojam invaſit aut ſuperavit Achilles, vitæ enim diem ſupremum clauſerat, antequam Civitas illa à Græcis occuparetur, ideoque nullo modo Servatoris noſtri typus eſſe potuit Achilles. Chriſtus enim non ſub alio duce Victoriam ſuam nactus eſt, ſed ſolus fuit decoratus titulo *Principis militiæ Jehovæ* Jehoſ. Cap. VI. vers. II. & Eſaïæ LXIII. vers. III. *Torcular calcavit ſolus*, & ſolus per ſe ipſum mundum ſuperavit. Neque etiam venit in *mundum ut illum damnaret, ſed ut ſervetur mundus per eum*, teſte Johan. Cap. III. vers. XVII. Achilles autem ut Troiam deſolaret ac viribus & armis ſubjugaret: addit etiam Virgilius loco ſuperius laudato:

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis.

Quid igitur vult Conſtantinus, Chriſtum mundum ſuperaturum fraudibus antiquis? Hoc pacto blaſphemus eſſet Imperator. Si enim per illorum infidelium expeditionem navalem, & Trojæ expugnationem intellexit Maro, Servatoris bellum Spirituale contra diabolum, quo pacto hæc in ejus laudem dixiſſe poterit cenſeri, quandoquidem expeditiones navales & bella dicit eſſe

— — — *Veteris veſtigia fraudis?*

Ideoque nobis videtur abſurdiſſima Conſtantini applicatio, qui cum Virgilium pro Propheta obtrudere conatur, illum reipſa ut Jeſu Chriſti blaſphematorem proponit. Quod nobis certum videtur argumentum, Conſtantinum non bene percepiſſe mentem Virgilii, &

car-

carmen hoc hominis Pagani, non continere Vaticinium de Chriſto Servatore. Tantam etiam ſub Auguſti Imperio futuram fælicitatem, ut *omnis ferret omnia tellus*, adeo ut nulla cultura indigeret terra, ſcripſerat Poëta: atque hinc Conſtantinus, non perpendens Virgilium paſtorali hyperbole, antiquorum mythologiæ de Saturni ſeculo innixa, mentem ſuam expreſſiſſe, rogat in oratione ad Sanctorum cœtum, Capite XXI. Παιδὸς ἢ πεχθέντος ἀνθρώπου, ποῖον δὴ ἔχει λόγον, γλῶ ἄπαρτον ἢ ἀνήροτον· ἢ τὴν γε ἄμπελον μὴ ὑπιοθεῖν τὴν δρεπάνου ἀκμὴν, μὴ ἢ τὴν ἄλλην ὑπιέλειαν. πῶς ἂν νοηθείη λεχθὲν ὑπὲ γρεὰς ἀνθρωπίνης· ἡ γάρ τοι φύσις, θείας ἐστὶ προσάξεως ὑπηρέτις, οὐκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτις. ἀλλὰ ἢ στοιχείων χαρὰ, θεᾶ κάθοδον, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς χαρακτηρίζει κύησιν. Hoc eſt: *Verum quæ ratio eſt, ut hominis filio in lucem edito, nec aratrum ac ſementem tellus, nec vitis falcem & reliquam culturam deſideret, quomodo hæc de hominis prole dicta eſſe intelligantur? Eſt enim natura Divinæ voluntatis Miniſtra, non humanis miniſtrans juſſionibus. Adde quod omnium elementorum lætitia, adventum Dei, non hominis cujuspiam conceptum deſignat.* Ad has Imperatoris aſſertiones reſpondemus, certum quidem eſſe naturam proprie non debere obedientiam niſi mandatis illius qui ejus Auctor eſt, neque unquam poſt hominis lapſum tali fuiſſe in ſtatu aut futuram tellurem, ut non opus habuerit aut habitura ſit cultura, nullum etiam poſſe reperiri, cui ſanum eſt Judicium, qui credat terram unquam tali in ſtatu fuiſſe: craſſus autem illorum eſt error qui putant deliramenta illa aut tales ineptias in Gentilium mentes non cecidiſſe. Omnes enim uno ore affirmant, & unanimi calamo ſcribunt, ſub Saturni Regno, nullum aut laborem aut ærumnam fuiſſe, terramque omnia abſque cultura tuliſſe, &c. uti ante ex nonnullis Scriptoribus adnotavimus: Illam autem fœlicitatem reverſuram poſt anni Platonici Revolutionem. Virgilius autem ſupponit ſub Auguſti Imperio & Pollionis conſulatu adventura, imo adveniſſe fælicia illa tempora. An non mirandum eſt Conſtantinum ut Poëtam à tam futili opinione liberaret, potius voluiſſe in ineptas allegorias convertere Scriptoris verba & mentem, quam agnoſcere illum nunquam tales foviſſe opiniones. Addit porro Conſtantinus eodem, quo ſupra capite. Τό, τε εὔχεσθαι τῷ ποιητῇ, καὶ βίου τὸ τέλος αὐτῷ μηκύνεσθαι, θείας ὑπικλήσεως σύμβολον· πρὸς γὰρ θεὸν, τὸν βίον ἢ τὸ σώζεσθαι ἀξιοῦν εἰθίσμεθα, ἃ πρὸς ἀνθρώπους. ἡ γῆν ἐρυθραία πρὸς τὸν θεόν. πόθή μοι, φη-

σὶν, ὦ δέσποτα, τὴν τ μαντείας ἐπισκήπτεις ἀνάγκην. ἢ ἐχὶ μᾶλλον ἀπὸ γῆς μετέωρον ἁρπάσασα διαφυλάττεις ἄχρι τ μακαριωτάτης σῆς ἐλεύσεως ἡμέρας. Hoc eſt: *Jam vero quod Poëta vitam ſibi diutius prorogari optat, id plane argumentum eſt Deum invocantis. Vitam enim & Salutem nobis à Deo poſtulare, non ab homine ſolemus. Et Erythræa quidem Sibylla Deum ſic affatur: Cur mihi, inquit, Domine, vaticinandi neceſſitatem imponis, ac non potius ſublimem raptam è terra, ad diem uſque Beatiſſimi adventus tui ſervas?* Verſus autem Virgiliani ſic ſonant:

O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.

His verbis concludit Imperator, Maronem Deum Invocaſſe atque ab illo vitæ prorogationem poſtulaſſe, quaſi vero Pagani veri Dei fuerint Cultores, & non potius Deorum falſorum ac Dæmonum Adoratores: Poëta in carminis principio Sicelides muſas earumque favorem imploravit, nunc vero in fine, ex mente Conſtantini, tanquam verus unius Dei cultor, à Deo vitæ largitore prorogari petit, ut tam Fælicia tempora, qualia ſub Saturno fuere, conſpicere liceat: unde tam ſubita mutatio? ignoſcat nobis Imperator ſi dicto non credimus, non putamus Virgilium Deum invocaſſe quando dixit. *O mihi tam longæ*, &c. Sed ſimpliciter eſſe verba optantis, non Deum orantis, ut vult Conſtantinus; neque etiam ullam Dei mentionem injicit Poëta. Et quæ quæſo, hæc eſt conſequentia, vitam & ſalutem nobis à Deo poſtulare, non ab hominibus ſolemus nos Chriſtiani, ergo dum longiorem ſibi vitam optat Virgilius, illam à Deo petiit, quaſi Gentiles tam exacte Deum in omnibus agnoverint & largitorem rerum omnium crediderint. Dicimus ergo Imperatorem Maronis votum ulterius præter & contra ejus ſcopum detorquere. Quod porro Sibyllam Erythræam in medium producit Conſtantinus, conquerentem de Prophetandi aut Vaticinandi neceſſitate à Domino ſibi impoſita, &c. reſpondemus ſic quidem conquerentem deprehendiſſe nos Sibyllam libro tertio:

Ἤνίκα δή μιν θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ λιτόμην γνωτῆϊ μέγαν παύσασθαι ἀνάγκης.

Ut

Ut mihi Divino requieta à carmine mens est,
Orabam magnum Genitorem, ut vis abesset.

Cœtera autem, quæ Sibyllam optasse narrat, nempe *ut sublimis è terra rapta potius ad diem Beatissimi Dei adventus servaretur*, nullibi apud Sibyllam invenimus, ideoque illa de suo addidisse Constantinum existimamus. Sic porro loquitur magnus Imperator, capite supra laudato: ὁ δ' Μάρων πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπιφέρει καὶ τάδε.

Ἄρχεο μειδιόωντ' ἀνορῶν τὸν μητέρα κεδνὴν
Γνωρίζειν· ἡ γάρ σε φέρεν πολλὰς λυκάβαντας.
Σοὶ δ' γονεῖς ἅπαντα ἐφημέριοι ἐγέλασαν.
Οὐ δ' ἤψω λεχέων, οὐδ' ἔγνως δαῖτα θάλειαν.

Πῶς γὰρ ἂν πρὸς τοῦτον οἱ γονεῖς ἐμειδίασαν· ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν θεὸς, ἄποιός ἐστι δυνάμις· καὶ ἀσχημάτιστος μὲν, ἐν προλαφῇ δὲ ἄλλων, σὺν ἀνθρωπίνῳ δὲ σώματι. Λέκτρων δὲ ἄπειρον, τίς οὐκ οἶδεν ὄν τὸ ἅγιον πνεῦμα; ποία δ' ἐπιθυμία, ἕψεσίς τε ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μαθήσει καὶ πάντα ἑφίεν; τί δ' ὅλως κοινὸν σοφίᾳ τε καὶ ἡδονῇ; ἀλλὰ ταῦτα ἐφείσθω λέγειν τοῖς ἀνθρωπίνως τινὰ [εἰσάγουσι γένησιν] οἱ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτῶν καθαρεύειν ἀπὸ παντὸς κακοῦ γε καὶ ῥήματος προσπευάζουσιν: Hoc est: *Virgilius vero post versus quos supra retulimus, hæc subjungit:*

Incipe parve puer risu cognoscere matrem.
Matri longa decem tulerunt fastidia menses,
Incipe parve puer: cui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Quomodo enim parentes ei arrisissent, etenim pater illius Deus, expers qualitatis vis est. Et figura quidem ipse omni caret, in aliorum tamen circumscriptione existit, nec humano præditus est corpore. Tori quoque expertem esse Spiritum Divinum quis ignorat? quod enim desiderium, quæ cupiditas inesse posset in affectu summi boni, cujus desiderio reliqua omnia ducuntur? quid omnino sapientiæ potest esse commune cum voluptate? verum sic loqui liceat illis, qui humanam quandam Christi generationem sibi fingunt, neque operam dant, ut animum suum ab omni impio facinore ac sermone integrum servent. Ad hæc annotavit Doctiss. Blondellus, cui & nos adstipulamur, Virgilium in versibus illis supra citatis, respexisse ad Gentilium opi-

opinionem, putantium Solem & Lunam esse Deos maximos hominum nativitatibus præsidentes, ideoque Pollionis uxorem, quæ decem mensibus graviditatis fastidia pertulerat, post partum debere lætitia sua filio se notam facere: lætitiam autem hanc filio suo futuram Symbolum & tesseram benedictionis, uti illi esset infelicitatis signum, si parentes ejus nativitate non delectarentur. Hunc Poëtæ sermonem valde interpolavit Constantinus, & plane à scopo Scriptoris alienum sensum dedit. Sic enim Græce locutus introducitur Constantinus, *incipe ridendo & oculos attollendo noscere matrem, quæ tibi cara esse debet, illa enim plurimis annis te tulit, parentes toto die neutiquam tibi arriserunt. Non alligatus fuisti lecto decumbens, nec epulum novisti splendidum* [vel virens.] Quis non videat magnis nos moveri rationibus, ut asseramus Imperatorem deflexisse, tota hac Ecloga, à Poëtæ elegantissimi scopo & mente: conferantur versus Græci quos recitantem Constantinum introducit Eusebius. Ne autem cavillandi pruritu hæc contra Imperatorem dixisse videamur, velim sedulum Lectorem perpendere, illa quæ Doctiss. Valesius ad cum locum annotavit: eumque consentientem plane deprehendet. Verba Virgilii non recte accepit Constantinus, nec interpres Græcus. Sic enim intellexit, quasi dixisset Virgilius, puero parentes non arrisisse; nec Deum illi mensam, nec Deam cubile impertivisse. Scilicet Constantinus versum illum Virgilii

Incipe parve puer. Cui non risere parentes, &c.

legendum putavit uno ductu absque ulla distinctione, cum tamen post vocem *puer*, punctum sit apponendum. Hæc cum Christophosanus non animadvertisset, sequentia Constantini verba interpolavit, addita negatione contra mentem Auctoris, & contra Auctoritatem omnium exemplarium. Illa autem quæ postea addidit Imperator, vera quidem, sed inepte Deo Patri & Christo applicantur: certum est, quandoquidem Deus Pater nullas habet qualitates, nullam figuram, nec corpus, nec passiones, nec desideria, Generationem æternam Verbi nihil commune habere cum hominis generatione. Atqui Virgilius illius mysterii plane ignarus; illud verbis suis nec expressit, nec exprimere potuit, quoniam illud superat captum humanum, nec natura nobis illud patefacit sed Revelatio. Virgilius igitur nihil aliud inten-

tendens quam Pollionis filio omnia fausta precari & vovere, non potest judicari de Christo Vaticinatus fuisse, vel ipso Constantino, hoc ipso loco, teste. Dicit enim, Poëtam Christi Generationem ignorasse. Hoc si bene perpendissent quam plurimi, certe sensum Poëte non immutassent, nec ipse Constantinus putasset de infantis risu locutum Virgilium, cum intendat de matris risu loqui. Deinde quid ad illud Græci Interpretis respondebitur figmentum, multis annis matrem gestasse in utero Saloninum Pollionis filium, πολὺς λυκάβαντας dicit textus Græcus, & Latinus Virgilii versus sic sonat:

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Judicet nunc Lector, an Constantinus non immutarit Poëtæ mentem & sensum: Parentes Salonini filio non arrisisse; Addit etiam Constantinus alia multa futilia, quibus refutandis tempus male tereretur. Notat porro Johannes Ludovicus de la Cerda, infantes statim natos nonnunquam risisse, illudque veteribus habitum pro bono omnine. Catullus in Epithal. Juliæ & Manlii,

Torquatus, volo, parvulus
Matris è gremio suo
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem
Se mihi ante labello.

Nemesian. III. Ecloga. Ubi infantiam bucci-canit enutriti à Sileno, sic ait:

Quin & Silenus parvum veneratus alumnum,
Aut gremio fovet, aut resupinis sustinet ulnis,
Et vocat ad risum digito, motuque quietem
Allicit, aut tremulis quassat crepitacula palmis.

Hoc cum sciret Virgilius, inquit de la Cerda, puerum invitat, ut rideat, & ita det omen reliquæ vitæ. Verum errat de la Cerda, Poëtam de infantis risu loqui existimans, cum de matris ad infantem risu mentionem faciat, uti dictum superius.

CAPUT XIX.

DE

TESTIMONIIS S. S. AUGUSTINI ET HIERONYMI.

BREVIARIUM.

S. Auguſtinus ſe erroribus fuiſſe obnoxium fatetur. Craſſetus refutatus. Cur Galli ſic appellantur, an à γάλα? Iſidorus Hiſpalenſis refutatus. S. Hieronymus refutat Iſidorum. S. Auguſtinus dubitanter ſcripſit, Sibyllam Cumæam de Chriſto fuiſſe vaticinatam. Servii expoſitio. An Sibyllarum Oracula non ſint à Chriſtianis conficta? etiam Pontificii S. S. Patribus contradixerunt. Nonnulli Papiſtæ contemptim de SS. Patribus loquuntur. S S. ſibi invicem contradixerunt. An Sibylla propter initum Matrimonium exhorruerit Judicium extremum. Fabella de S. Catharina. Hieronymi Teſtimonium. D. Marchii obſervatio.

HActenus de Rumore, de Rege venturo inter Paganos diſperſo, & quo pacto inter illos diſſeminato, ac de quarta Virgilii Ecloga, qua nonnulli probare conantur de Chriſto Vaticinatum fuiſſe Poëtarum Principem, ſed quo fundamento ex ſupra dictis conſtat. Audiamus porro Jeſuitam Craſſetum, teſtimoniis B. Auguſtini & Hieronymi ſententiam ſuam probare annitentem: p. 144. Loyolita recenſet laudes Sancti Patris Auguſtini, quas nec nos illi denegamus, verum an inde ſequitur, quæcunque Sanctus

Sanctus Scriptor in chartam conjecit, esse mera Oracula. Certe ipse se erroribus fuisse obnoxium fatetur, libro suo Retractationum, ideoque nec ipse scripta sua ad examen revocari, recusat. Liceat igitur cum bona Jesuitæ venia examinare, quid & quam bene de Sibyllis argumentatus sit Sanctus Pater: primo dicit, libro XVIII. capite XXIII. de Civitate Dei: *eodem tempore* (Ezechiæ) *nonnulli Sibyllam Erythræam Vaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro prodit plures fuisse, non unam: hæc sane Erythræa Sibylla, quædam de Christo manifesta conscripsit, quæ nos etiam in Lingua Latina versibus male Latinis & non stantibus legimus, per nescio cujus Interpretis imperitiam, sicut post cognovimus. Nam Vir Clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillimæ facundiæ, multæque Doctrinæ, quum de Christo colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllæ Erythrææ, ubi ostendit, quodam loco in capitibus versuum ordinem literarum ita se habentem, ut hæc in eo verba legerentur:* Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, *quod est Latine: Jesus Christus Dei filius Salvator.* Versus autem illos nunc heic non addimus, quoniam antea, capite de Sibylla Erythræa, (ad quod Lectorem ablegamus) allegavimus. Antequam autem ad alia transeamus, hoc unum tantum addemus, quod supra referri debuisset, nempe ex his vocum literis initialibus, Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς Σωτὴρ, antiquos formasse vocabulum ἰχθὺς, *piscis*, atque hinc extudisse mysterium quod nullibi fundamentum habere poterat nisi in illorum cerebello: nempe quod Jesus Christus solus esset *piscis* Salutaris, & quod Christiani essent *pisciculi* quos in aqua & piscina Baptismi vivificat. Confitemur quidem hæc esse plane vera & certa, Jesum Christum esse vitæ nostræ Spiritualis scaturiginem & fontem, Baptismum esse lavacrum Regenerationis secundum S. Scripturam, at vero fundamentum cui innitebantur, erat plane stramentitium. Quis enim Prophetarum aut Apostolorum ullam talia comminiscendi ansam aut occasionem suppeditavit, ut ex quinque hisce verbis vocem ἰχθὺς formarent? Gentiles olim Christianos per contumeliam *pisciculos* vocabant, nec eo sarcastico nomine se indigetari ægre ferebant Tertullianus in lib. de Baptismo Cap. I. *Sed nos pisciculi secundum* ἰχθὺν *nostrum Jesum Christum in aqua nascimur, nec aliter quam in aqua manendo salvi simus.* Augustinus lib. XVIII. Cap. XXIII. de Civitate Dei etiam hæc habet: *horum Græcorum quinque verborum quæ sunt* Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς Σωτὴρ,

ſi primas literas jungas ἰχθὺς, id eſt, *piſcis*: *in quo nomine myſtice intelligitur Chriſtus, eo quod in hujus mortalitatis abyſſo, velut in aquarum profunditate vivus, hoc eſt, ſine peccato eſſe potuerit. Hæc autem Sibylla ſive Erythræa, ſive, ut quidam magis credunt, Cumana, ita nihil habet in toto carmine ſua, cujus exigua iſta particula eſt, quod ad Deorum falſorum ſive fictorum cultum pertineat, quinimo ita contra eos cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad Civitatem Dei.* Apud Baſilium Seleuc. Orat. XVII. Apoſtoli vocantur, οἱ τοῦ πνεύματος κολυμβήθρας υἱοὶ. *Spiritus Sancti piſcinæ filii.* Hinc cuivis conſtare poteſt, quam creduli exſtiterint veteres Chriſtiani, ut non ſolum ambabus manibus arripuerint Acroſtichidem fictam, verum etiam ut ex initialibus literis illius carminis vocem ἰχθὺς ridiculo modo extuderint: hæc ὡς ἐν παρόδῳ (forte alias Plura hac de re dicturi) annotamus. Multa porro addit Sanctus pater tum de hac Sibylla Erythræa cum de Acroſtichide, quæ quoniam ſupra expendimus, non opus eſt plura nunc addamus. Verum (inquit Jeſuita Craſſetus) hinc Sanctus pater concludit, *Sibyllam Erythræam in eorum numero deputandam, qui pertinent ad Civitatem Dei.* Sed hoc falſum eſſe ſupra fuit oſtenſum, & poſtea patebit latius. Allegat porro Loyolita Craſſetus nonnulla alia ex Sancto Auguſtino loca, quæ proculdubio ex Blondello, monſtrante viam, hauſit: expoſit. inchoat. Epiſt. ad Rom. circa finem Tomi quarti p. m. 834. ubi dicit Sanctus Pater, *non facile crederem Sibyllam de Chriſto fuiſſe locutam, niſi Poëtarum quispiam in lingua Romana nobiliſſimus, antequam diceret ea de ſeculi innovatione, quæ in Domini noſtri Jeſu Chriſti Regnum ſatis concinere & convenire videantur, præpoſuit verſum, dicens:*

Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.

Cumæum autem Carmen Sibyllinum eſſe nemo dubitaverit. Sciens ergo Apoſtolus, ea in libris Gentium inveniri teſtimonia veritatis, quod etiam in Actibus Apoſtolorum loquens Athenienſibus manifeſtiſſime oſtendit. Non ſolum ait per prophetas ſuos, ne quis à pſeudo-prophetis per quasdam veritatis confeſſiones, in aliquam impietatem ſeduceretur, ſed addit etiam in ſcripturis Sanctis: volens utique oſtendere litteras Gentium ſuperſtitioſæ idololatriæ pleniſſimas, non ideo Sanctas haberi oportere, quia in eis aliquid quod ad Chriſtum pertinet invenitur. Item de Civitate Dei lib. X. cap. XXVII. *De quo* (nempe Chriſto) *etiam Poëta nobiliſſimus, Poëtice quidem, quia*

in

in alterius adumbrata perſona: veraciter tamen, ſi ad ipſum referas, dixit:

Te duce ſiqua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

Ea quippe dixit, quæ etiam multum proficientium in Virtute Juſtitiæ poſſunt, propter hujus vitæ infirmitatem, etſi non ſcelera, ſcelerum tamen manere veſtigia, quæ non niſi ab illo Salvatore ſanantur, de quo iſte verſus eſt expreſſus: nam hoc utique non à ſe ipſo dixiſſe Virgilius in Eclogæ ipſius quarto ferme verſu indicat, ubi ait:

Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.

Unde hoc à Cumæa Sibylla dictum eſſe incunctanter apparet. Item Epiſt. CLV. quam ad Martianum ſcripſit, hoc modo loquitur Sanctus Pater: *Nam omnino non eſt cui alteri præter Dominum Chriſtum dicat genus humanum*

Te duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

Quod ex Cumæo, id eſt, ex Sibyllino carmine ſe faſſus eſt tranſtuliſſe Virgilius, quoniam fortaſſis illa Vates aliquid de unico Salvatore in Spiritu audierat, quod neceſſe habuit confiteri. Citat porro Craſſetus S. Auguſtini Teſtimonium ex Tom. VI. contra Fauſtum Manichæum, lib. XIII. cap. XV. p. m. 199. *Sibylla porro, vel Sibyllæ & Orpheus & neſcio quis Hermes, & ſi qui alii Vates vel Theologi, vel Sapientes, vel Philoſophi Gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixiſſe perhibentur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad iſtorum Authoritatem amplectendam, cum illum Deum nos colere oſtendimus, de quo nec illi facere potuerunt, qui ſuos congentiles populos, idola & Dæmonia colenda, partim docere auſi ſunt, partim prohibere auſi non ſunt.* Ex his verbis ut argumentum intentioni ſuæ accommodum extundere queat Loyolita Craſſetus, addit hanc obſervationem ſuam, notandum eſſe nempe Auguſtinum diſputaſſe contra Manichæum, Legem antiquam, Prophetas & Filii Dei Incarnationem contemnentem. Hæreticus autem ille Manichæus Catholicorum argumentis preſſus, probantium Domini noſtri Adventum Prophetarum Teſtimoniis, re-

ſpondebat, argumentum hoc quidem contra Judæos, Prophetas agnoſcentes & admittentes, valere, verum nihil contra Gentiles, Prophetis Fidem non habentes: ideoque Fauſtum hoc modo reſpondiſſe ſcribit Jeſuita: *Sane, ſi ſunt aliqua, ut fama eſt, Sibyllæ de Chriſto ſuffragia, aut Hermetis quem dicunt Triſmegiſtum, aut Orphei aliorumque in Gentilitate Vatum, hæc nos aliquanto ad Fidem juvare poterunt qui de Gentibus efficimur Chriſtiani; Hebræorum autem*, &c. Reſpondemus, etiamſi S. Auguſtinus exiſtimet, Virgilium verſus nonnullos ſcripſiſſe, qui Chriſto convenienter poſſint adaptari, (uti & apud alios Poëtas tales quam plurimi reperiuntur,) *nullibi* tamen dicit Maro, ſe verſus illos ex Sibyllino carmine deſcripſiſſe, imo ne quidem, etiamſi voluiſſet, potuiſſe deſcribere, ſupra oſtendimus, ſimpliciter tantum dicit Poëta:

Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.

At hinc non ſequitur, Sibyllam Cumæam illa conſcripſiſſe quæ Virgilius IV. Ecloga profert. Dicit quidem S. Auguſtinus Epiſt. CLV. Virgilium tranſtuliſſe ex Cumæo ſivè Sibyllino carmine hos verſus *Te duce*, &c. Verum S. Pater non indicat locum ubi hoc dicit Poëta, imo hoc nullibi dixiſſe pro certo affirmamus: at Craſſetus regeret, ſaltem conſtat S. Patrem credidiſſe, Sibyllam quædam de Chriſto prædixiſſe, verum an ideo vera eſt Auguſtini aſſertio, quia *ſic* ſcripſit? an hinc ſequitur, Oracula illa Sibyllina olim à muliere Tarquinio divendita continuiſſe Vaticinia de Chriſto? Quomodo Jeſuita hoc probabit, quandoquidem cum Capitolii incendio tota quanta periêre. Scio quidem S. Scriptorem affirmare ſe legiſſe carmen hoc de Chriſto Acroſtichicum (quod Flaccianus dixit eſſe Sibyllinum) imo etiam in hodiernis libris Sibyllinis reperiri, ſed inde non conſtat, carmen hoc ab antiqua Sibylla profectum, uti demonſtratum fuit ſupra. S. Auguſtini vera foret ſententia, ſi idoneis rationibus & argumentis eſſet confirmata, hoc vero cum deſideretur, eadem facilitate qua fuit aſſerta, poteſt negari. Notandum etiam Auguſtinum non affirmare carmen illud quod Flaccianus illi oſtendit, eſſe Sibyllinum, ſed hoc *modo* tantum loquitur, *Græcum nobis Codicem protulit, carmina eſſe dicens Sibyllæ Erythrææ*, &c. Perpendat porro æquus Lector, utrum hæc ſin-

ſincera ſit argumentandi ratio, quia S. Auguſtinus judicat Virgilium ſcripſiſſe carmen, cujus pars quædam Chriſto poteſt applicari, an igitur inde Judicandum putabimus, Poëtam intendiſſe Vaticinium de Chriſto conſcribere? Certe ſupra demonſtravimus, nunquam hoc in animo habuiſſe Maronem: imo etiam nunc pro certo habemus, nunquam Paganum illum, ut ut Doctum Poëtam, de Salute Fidelibus per Servatorem parta, ſomniaſſe. Quippe myſterium hoc non niſi Sancta ac Cœleſti Revelatione innoteſcere potuiſſe ulli mortalium, contendimus. Atque vel hinc patet, quidquid dicat S. Auguſtinus, Virgilium, carmen hoc quartæ Eclogæ ex Cumæa hauſiſſe, ejus opinionem non eſſe admittendam. Simile exemplum, illud adnotante Doctiſſimo Blondello, habemus in Iſidoro Hiſpalenſi, Origin. lib. IX. cap. II. *Galli*, inquit, *à candore corporis nuncupati ſunt.* Γάλα *enim Græce lac dicitur. Unde & Sibylla ſic eos appellat, cum ait de iis, tunc lactea colla, Auro innectentur.* Iſidorus dicit, Sibyllam hanc pronuntiaſſe ſententiam, an igitur mihi argumentari licebit eodem modo quo Jeſuita Craſſetus: Auguſtinus dixit Virgilium Eclogam quartam ex Cumæa Sibylla deſumpſiſſe, ergo credendum eſt, revera, Poëtam, Eclogam ſupra nominatam, ex Sibyllino Poëmate deprompſiſſe? Dicam ergo: Iſidorus Doctiſſimus Pater affirmat, Gallos à candore corporis nuncupatos, Sibylla enim à *lacteo* colore ſic dictos eſſe teſtatur, dicens, *tunc lactea colla*, &c. Ergo pro certo habendum eſt, Sibyllam illa verba conſcripſiſſe & pronuntiaſſe: cum tamen falſum ſit, illa apud Sibyllam reperiri. Leguntur enim apud Virgilium Æneid. lib. VIII. p. m. 660. Nunquam Sibylla illa pronuntiavit: An non igitur jure liceat mihi affirmare, etiamſi S. Auguſtinus affirmet, Virgilium illam Eclogam ex Sibylla hauſiſſe, tamen ex illa non promanaſſe, uti heic Iſidoris pronuntiat dixiſſe Sibyllam, etiamſi non dixerit? Similiter S. Hieronymus præfat. in lib. II. Epiſt. ad Galatas, p. m. 172. oſtendit, Iſidorum, alienum Lactantii verbis dediſſe ſenſum. Dicit enim: *Lactantii noſtri quæ in tertio volumine ad Probum de hac Gente opinatus ſit, verba ponemus: Galli*, inquit, *antiquitus à candore corporis, Galatæ nuncupabantur, & ſic Sibylla eos appellat: quod ſignificare voluit Poëta, quum ait:*

— — — — Tum Lactea Colla
Auro innectuntur: &c. — — — —

Cum

Cum poſſit dicere candida. Hinc utique Galatia provincia, in quam Galli aliquando venientes, cum Græcis ſe miſcuerunt. Unde primum ea regio Gallo-Græcia, poſt Galatia nominata eſt. Nec mirum ſi hoc ille de Galatis dixerit, & occidentales populos tantis in medio terrarum ſpatiis prætermiſſis, in Orientis plaga conſediſſe memorarit. Ex his Hieronymi verbis recte concludit Doctiſſ. D. Blondellus, evidenter patere, illum non attribuiſſe Sibyllæ Virgilii verba, ſed tantum Galatarum nomen, derivatum, ſecundum opinionem vulgarem, à verbo γάλα, *Lac.* II. Neque etiam dicit, Virgilium ſe à Sibylla mutuatum fuiſſe opinionem ſuam, verum illum, ut & Sibylla ſenſit, intendiſſe ad Etymologiam *Galatæ*, à verbo γάλα petitam, ac Galatis propter corporis candorem adtributam. Cæterum in Scripto Sibyllino, ad quod reſpexit Lactantius, *Galatæ* nomen non reperitur, ad deſignandum Galatas Occidentales, qui appellantur Oraculorum lib. V. p. m. 316. Γάλλοι, Γαλλικανοὶ, eorumque terra Κελτογωὴ lib. VII. Orac. Sibyllin. p. m. 356. verum ad deſignandum coloniam Gallo-Græcorum aut Aſiaticorum Gallorum in Orientem transmiſſam; Nullibi etiam Sibylla affirmavit, Gallos illos nomen adeptos à γάλα, ſed Lactantium hoc præſuppoſuiſſe tanquam rem probabilem, etiamſi nullo idoneo fundamento ſtaret aut niteretur. Quis autem fuerit ille Lactantius non indicat Hieronymus; apud Lactantium Firmianum non invenimus, niſi forte reperiatur libro tertio Epiſtolarum ad Probum, ſed quoniam Quatuor Epiſtolarum libri ad Probum, uti in vita Lactantii olim adnotavimus, perierunt, fruſtra ex illis requiri, quivis Judicare poteſt: nunquid igitur argumentari licebit, Iſidorus & Sanctus Hieronymus, ſecundum Lactantii opinionem exiſtimant, Gallos, *Galatas* olim dictos, propter corporis candorem, ergo res ita ſe habet? At vero Sibylla hoc dixit, aſſerunt jam jam laudati Scriptores, regerat quispiam, verum hoc falſum eſſe, ante oſtendimus. Virgilius enim hoc de Gallis aſſerit: admittimus quidem, Gallos vel Galatas, candido colore fuiſſe decoros. Sic enim de illis Scriptores teſtantur, Ammianus Marcellinus lib. XV. p. m. 36. *Celſioris ſtaturæ & candidi, pene Galli ſunt omnes, & rutili, luminumque torvitate terribiles, avidi jurgiorum, & ſublatius inſoleſcentes.* Et Silius Italicus lib. IV.

Colla viri fulvo radiabant lactea torque.

Sic

Sic etiam Petron. Sat. *increta facies, ut ſuos Gallia cives putet:* verum à verbo γάλα, *lac*, Galatas fuiſſe dictos, propter corporis colorem candidum, hoc vero fundamento putamus non niti. Gallica-Gens fuit populus ante transmiſſam coloniam in Græciam, à Græcis autem & Græco ſermone Galatas fuiſſe dictos, teſtatur Ammianus Marcellinus. lib. XV. p. m. 33. Proculdubio alio quam Galatarum nomine vocabantur ante illorum in Græciam adventum; à Græcis enim Galatæ propter lacteum corporis colorem, nuncupati fuere. Verum tanti non eſt hæc res, ut diutius illi immoremur: perpendamus potius, quo modo Craſſetus objectionem, quam ex Auguſtino allegat, ſolvat. Locus S. Patris lib. XVIII. Cap. XLVI. de Civitate Dei, ſic ſonat: *Proinde cum Scripturis noſtris non credunt, complentur in eis ſuæ, quas cæci legunt: niſi forte quis dixerit, illas Prophetias Chriſtianos finxiſſe de Chriſto, quæ Sibyllæ nomine vel aliorum proferuntur.* Verum ut conſtet, non fuiſſe illa Oracula à Chriſtianis conficta, ſed ab ipſis Sibyllis profecta; adfert Jeſuita Craſſetus Doct. Ludovici Vivis obſervationem ad locum hunc S. Auguſtini: *non eſſe conficta*, hinc conſtat, quod Lactant. & Euſebius eas citant, quorum tempore Sibyllini libri in manibus omnium erant: nec ipſi fuiſſent tam impudentes, qui ea dixiſſent eſſe in Sibyllinis libris, quæ nuſquam erant. Adde quod plus ſic obfuiſſent Chriſtianæ cauſæ, quam aliis omnibus argumentis potuiſſent prodeſſe, quum homines aperte cernerent, eos fictis in rem ſuam Autoritatibus inniti, quumque hoc falſum & impudens deprehendiſſent, cætera omnia ſuſpecta haberent, & tanquam ſimilia repudiaſſent rejeciſſentque. Quid quod Virgilius & Ovidius manifeſto in poëmatibus ſuis de Sibyllinis carminibus verſus mutuantur, quos nemo ita cœcus eſt, quin eſſe de Chriſto dicta perſpiciat: qualis eſt tota quarta Ecloga Virgilii, & digreſſio de morte Cæſaris in fine primi Georgic. Apud Ovidium vero illa ſunt:

Et Deus humana luſtro ſub imagine terras:
Tum eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus correptaque Regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Primo transfor. Item apud Lucanum de iis quæ præcedent Judicium Domini: primo Pharſal.

— — — — *Si quum compage ſoluta*
Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,
Antiquum repetens chaos, &c.

Quod ſi noſtra, quæ magni Autores tradiderunt, dicunt commentitia, oſtendant ipſi quæ poſſint dici ſine ulla controverſia vera, & afferemus Academicum aliquem, qui ſe dubitare reſpondeat. Hactenus Doctiſſ. D. Lud. Vives. Hiſce telis tueri ſe conatur Craſſetus, ſed quam levia & nulla ſint hæc, vel hinc conſtabit. Primo enim S. Auguſtinum quod attinet, vel ipſo Craſſeto confitente, dubitandi locum S. Pater relinquit, dicens: *Niſi forte*, &c. Plurimos inter Antiquos aſſeruiſſe, à Chriſtianis fuiſſe magnam partem conficta illa Oracula Sibyllina; ſupra probavimus ex Lactantio, Origene aliisque, imo & ipſi Pagani, conficta fuiſſe & ſpuria multa ſub Sibyllarum nomine promulgata affirmarunt: uti conſtat ex eo quod nonnulli inter Imperatores Romanos, delectu habito, aliquot millia Oraculorum concremari mandarunt. An autem Chriſtianis ſolis fraus illa ſit attribuenda, an vero Judæi etiam operam ſuam hac in re non commodarint, nunc non inquirimus, quandoquidem ſupra oſtendimus, nonnulla à Judæis, Legatis poſt Capitolii conflagrationem ex urbibus & Italicis & Græcis & præcipue Erythræis Oracula Sibyllina conquiſitum miſſis, potuiſſe divendi tanquam genuina Sibyllarum vaticinia. Cæſaris Auguſti tempore multa vana ſub nomine Sibyllarum circumlata fuiſſe, teſtantur Tacitus, Suetonius aliique; ideoque non adeo mirandum eſt, ſi pro ſuppoſitiis fuerint habita atque etiam nunc habeantur. Quando igitur S. Auguſtinus dicit, *Niſi forte*, &c. omnino & hoc à Viris Doctis nunc commode poſſe objici, nemo cui ſanum eſt ſinciput, negare poteſt. Deinde notandum, S. Auguſtinum nihil allegaſſe ut Chriſtianos à crimine illo liberaret: ſi ſuppoſitionis illius eos participes non credit, cur non illorum innocentiæ ſe patronum demonſtravit, atque ad accuſationem tam atrocem non reſpondit? Dicit porro Loyolita, S. Auguſtinum non dubitanter locutum, quoniam verbis affirmantibus dixit, *omnino, ſane, nemo dubitaverit*: ſed ſi Sancti Patris loca exacte perpendantur, patebit Jeſuitam mala fide torquere Auguſtini verba, atque illis dediſſe ſenſum quem Sanctus Scriptor non intendit. Debebat Craſſetus oſtendere, Auguſtinum nullo modo dubitaſſe, utrum hæc

hæc quæ nunc ſub Sibyllarum nomine circumferuntur Oracula, ſint ſuppoſititia, ſed illum agnoviſſe illa pro genuinis ac non à Chriſtianis aliisve confictis eſſe habenda: hoc ut probet dicit Craſſetus, S. Auguſtinus utitur verbo *ſane*, reperitur locus illa de C. D. lib. XVIII. cap. XXIII. *Hæc ſane Erythræa Sibylla quædam de Chriſto manifeſta conſcripſit*, &c. Verum ſi attente locus ille conſideretur, videbit ſedulus Lector, S. Auguſtinum dubitanter locutum. Dicit enim, *nonnulli Sibyllam Erytrhæam Vaticinatam ferunt.* Deinde addit, *Flaccianus Græcum nobis codicem protulit, carmina eſſe dicens Sibyllæ Erythrææ.* Si indubitanter S. Auguſtinus credidit, Sibyllam Erythræam de Chriſto fuiſſe Vaticinatam, cur verbis dubitantis ſententiam ſuam expreſſit? *Ferunt*, inquit, *Vaticinatum, dicens eſſe carmina Sibyllæ Erythrææ*: quæ verba non ſunt credentis, ſed aliorum ſententiam referentis, aliisque quæ credere velint de illa re libertatem, relinquentis: *Nemo dubitaverit.* Locus autem ex quo Craſſetus hæc verba hauſit, ſic ſonat: *Cumæum autem carmen, Sibyllinum eſſe nemo dubitaverit.* Dixit autem Poëta:

Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.

Sed an hinc ſequitur, Sibyllam de Chriſto Vaticinatam eſſe? Virgilius nunquam de Chriſto Prophetavit, imo nec potuit, quandoquidem Prædictiones de Chriſto non ſunt factæ, niſi per Revelationem & inſpirationem Divinam, (de Bileami & Caïaphæ Prophetiis quæ ordinarie objiciuntur, poſtea dicendi dabitur locus.) At vero quis ſani Judicii, audeat affirmare, Virgilium Paganum & infidelem Gentilem, fuiſſe θεόπνευστον ac θεοδίδακτον? Deinde notandum, S. Auguſtinum debili ac quaſi nullo niti fundamento, cum dicit: *Non facile crederem, Sibyllam de Chriſto fuiſſe locutam niſi Poëtarum quispiam in lingua Romana nobiliſſimus diceret ea, quæ in Domini noſtri Jeſu Chriſti Regnum ſatis concinere & convenire videantur.* S. Auguſtinus credidit Sibyllam de Chriſto fuiſſe locutam, quia Virgilius quædam ſcripſit quæ Servatoris Regno poſſunt adaptari. Hoc pacto quam plurimos Poëtas poſſemus dicere de Chriſto Vaticinatos fuiſſe, quoniam apud illos multa reperiuntur quæ in Chriſti Regnum ſatis convenire videntur. An ex eo ſequitur, Virgilius meminit Cumæi carminis, ergo Sibylla de eo eſt locuta? Sibylla Cumæa, fertur mundi ætates per metalla deſcripſiſſe ac exhibuiſſe. Prima mundi ætas apud Sibyllam dicta fuit *Aurea*, & Soli at-

tributa, ſecunda *Argentea*, quæ lunæ. Tertia ab electro quatenus pro metallo accipitur, denominata, &c. Vide Doctiſſ. Voſſium de Sibyllis, p. m. 26, 27. Hæc ut clarius intelligantur, Servii expoſitionem heic adjicere lubet: *Sibylla*, inquit, *ſecula per metalla diviſit. Dixit etiam, quo quis ſeculo imperaret: & Solem ultimum, id eſt, decimum volunt. Novimus autem eundem eſſe Apollinem; unde dicit*, tuus jam Regnat Apollo. *Dixit etiam, finitis omnibus ſeculis rurſus eadem renovari: quam rem etiam Philoſophi hac diſputatione colligunt dicentes, completo magno anno, omnia ſidera in ortus ſuos redire, & referri rurſus eodem motu. Quod ſi idem ſiderum motus, neceſſe eſt ut omnia quæ fuerunt, habeant iterationem.* Atque vel hinc patet: *quare Poëta dixerit:*

Ultima Cumæi venit jam Carminis ætas.

Et: *Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.*

Ut &: *Jam nova progenies cœlo demittitur alto.*

Plura de hac materia legi poſſunt apud D. Voſſium loco ſupra laudato. Ex his itaque clarum eſt, S. Patrem nullam rationem habuiſſe, cur crederet, de Chriſto fuiſſe locutam Sibyllam Cumæam. Certe Virgilius etiamſi hoc affirmaret, cum tamen de Chriſto nihil dixerit, uti ſupra notavimus, non eſſet idoneus teſtis, Sibyllam de Chriſto Vaticinatam *fuiſſe*. Hoc ſi ita ſe habet: quare igitur Poëta non habetur in illorum numero qui ad Civitatem Dei referuntur, æque ac Sibylla, cum *ideo* S. Auguſtinus credat, Sibyllam de Chriſto locutam eſſe, quia Virgilius, ut illi ſic videtur, dixit:

Ultima Cumæi, &c.

Atque vel hinc conſtat, majorem Virgilio, quam Sibyllæ, adhibuiſſe Fidem, ideoque Virgilium illi præferendum, quoniam Fides ejus nititur Autoritate Maronis: quanta igitur cum aſſeveratione locutus ſit Sanctus Auguſtinus, ex his Judicare poterit æquus Lector. Ut porro probet Craſſetus, Sanctum Auguſtinum nullum dubitationi locum reliquiſſe, dicit à S. Patre verbum *Omnino* fuiſſe additum: qua autem Fide agat Loyolita, patebit, ſi perpendatur illum debuiſſe probare, S. Auguſtinum nullo modo dubitaſſe hæc, de quibus nunc *agimus* Oracula Sibyllina, quamvis revera ſint ſpuria & ſuppoſititia, eſſe genuina, & de iis nullum dubitandi reliquiſſe *locum*, quin ſint Sibyllæ

adſcri-

adſcribenda. Dixit enim, *Omnino*: Locus hoc modo reperitur apud S. Auguſtinum Epiſt. CLV. *Nam omnino non eſt cui alteri, præter Dominum Chriſtum dicat genus humanum:*

Te Duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

Concedimus equidem, Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum nos plane à peccato liberaſſe, & nulli illam Redemptionem ac Liberationem poſſe attribui, quam Chriſto, At hinc non ſequitur, Sibyllam aut Virgilium *hoc* dixiſſe de Salvatore noſtro Jeſu Chriſto. Jeſum enim pro mundi Redemptore non agnovit Poëta, neque hoc carmine ſuo intendit aut intendere potuit. Deinde verbum illud *Omnino* non refertur ad Sibyllam, ſed ad genus humanum. Hoc autem non poteſt dicere genus humanum à peccatis liberatum, niſi per Chriſtum; Ergo ſunt illi Poëtæ verſus ex Sibylla Cumæa petiti, & S. Auguſtinus affirmative pronuntiavit, eſſe Sibyllæ Cumææ effata? Sed quam miſera hæc ſit conſequentia, nemo eſt qui non videat. Dubitanter loqui S. Patrem, patet ex eodem loco. Dixit enim, *quod ex Cumæo, id eſt, Sibyllino ſe faſſus eſt tranſtuliſſe Virgilius.* Dicimus nos hoc ex nullo Virgilii loco poſſe demonſtrari, ut ante obſervavimus. Subdit poſtea Auguſtinus, *fortaſſis illa Vates aliquid de unico Servatore in Spiritu audierat*, &c. Dicat nunc Jeſuita, nunquid hæc ſint verba affirmantis an dubitantis. Addit porro Craſſetus, evidenter patere illa verba, *Niſi forte*, non exprimere dubitationem Sancti Scriptoris, ſed ultimum infidelium effugium, qui ſe victos & ſuperatos videntes, Prophetiis adeo claris, nullo alio telo aut medio ſe tueri poterant quam hoc effugio, à Chriſtianis nempe fuiſſe conficta illa Sibyllæ Oracula. Oppugnat autem, inquit Loyolita, Judæorum & Paganorum opiniones, Judæorum ipſorum Prophetarum Teſtimoniis, Gentilium, Sibyllarum Oraculis. Judæi non poſſunt tueri ſuam ſententiam, dicentes, nos Prophetarum Oraculis inſeruiſſe Vaticinia de Chriſto, quandoquidem & illa in ipſorum Bibliis reperiantur, ideoque magis ſunt inexcuſabiles quam Pagani qui nobis poſſunt objicere, nos Chriſtianos confinxiſſe illa Oracula Sibyllarum aliorumque Scriptorum (intelligit Virgilii & Hyſtaſpis) verum hoc absque ulla ratione affirmarent, quoniam Sibyllarum aliorumque Scriptorum libri, exſtabant, ante-

quam ullus reperiretur Chriſtianus, nulli autem de hac Veritate poſſunt dubitare niſi Cæci. Hoc modo loquentem introducit Craſſetus Auguſtinum. Verum, Craſſete Pater, liceat hoc nobis negare, fuiſſe infideles illos qui dixerunt carmina Sibyllina eſſe conficta, & ſuppoſititia. Nos enim illud cum Viris Doctis, non ſolum Reformatæ Religioni, ſed & Pontificiæ tuæ addictis rotunde affirmamus. Tempore enim ignorantiæ quo Gentiles vixerunt, non affulſit major lux infidelibus quam dilecto Dei populo. At hoc ſtatuendum eſſet, ſi Sibyllina quæ hodie circumferuntur Oracula, pro genuinis admittamus, uti hoc ante uberius demonſtravimus. Poſſet certe multis argumentis probari, multa à Chriſtianis ſub Apoſtolorum aliorumque Sanctorum Virorum nominibus fuiſſe conficta & evulgata, etiam Pontificiis ipſis hoc agnoſcentibus, atque hoc modo actum fuiſſe in cauſa Oraculorum Sibyllinorum conſtans noſtra eſt opinio: quamvis tamen ſolos Chriſtianos hujus (nonnulli *piam fraudem* vocant immerito, nihil enim pietatis eſt aut eſſe poteſt in fraude) impiæ fraudis reos peragere aut inſimulare nolimus. Putamus enim nonnulla à Judæis compoſita ac pro Sibyllinis divendita fuiſſe. Denique dato, non conceſſo, S. Auguſtinum ita ſenſiſſe & affirmaſſe; talem etiam opinionem foviſſe Lactantium & Euſebium, Hieronymum aliosque Patres multos, an igitur illorum ſententia vera eſt, ac pro effato infallibili accipienda? Craſſetus hoc quidem intendit, ſed Viros Doctos non eo uſque credulos reperiet Jeſuita, ut omnia illa quæ Patres ſcripto conſignarunt, approbent. Etiamſi inſani inſtar, contra Doctiſſ. Blondellum, vocifereris, quando patribus aſſenſum non præbet, clamoribus tuis non movebimur, non deſiſtemus à Patribus diſcedere in iis in quibus illos erraſſe deprehendimus, cur adeo D. Blondello ſuccenſes? Quando illi contingit patrum effata non approbare, an non illi æque ac tuis Doctoribus Papiſticis licet contradicere Sanctis Patribus? nunquid vobis major fuit conceſſa licentia? Certe nos illam vobis non concedemus. Dico igitur, Craſſete, S. Auguſtinum craſſiſſime errare, quando ſibi videri affirmet Sibyllas ad Civitatem Dei referendas: & ſi vociferari velis, fiat hoc contra tuum Coquæum ad hunc Auguſtini locum. Verba ejus heic apponam quæ reperies ad lib. XVIII. de C. D. cap XXIII. p. m. 619. *Id quidem ſuadere videantur tot manifeſta Oracula Sibyllarum de Filio Dei, ut videantur Divinitus inſpiratæ, & Fide in Chriſtum,*

ſine

ſine qua nunquam ſalus contigit, Divinitus illuſtratæ, nec tamen id convincit, Sibyllas hujusmodi ad Civitatem Dei pertinuiſſe, ut nec impius ille Balaam, qui de futuris temporibus & de Chriſto Domino multa Vaticinatus eſt, quem tamen minime pertinuiſſe ad Civitatem Dei certo conſtat. Longe enim aliter Prophetæ apud Hebræos & Balaam ille aut etiam Sibyllæ apud Gentes de Chriſto prænuntiarunt futura. Illi nimirum quæ Vaticinabantur, intelligebant, iſti minime intellexiſſe putandi ſunt & velut arreptitii loquebantur. D. Auguſtinus etiam lib. XIII. *contra Fauſtum* cap. XV. *de Orphei, Hermetis & Sibyllarum prædictionibus, ac Prophetarum Oraculis loquens*; Quantum diſtat, *inquit*, de Adventu Chriſti inter prædicationem Angelorum, & confeſſionem Dæmoniorum, tantum inter Authoritatem Prophetarum & curioſitatem ſacrilegorum. *Ex quo intelligitur, quo ſenſu Juſtinus Martyr ſerm. exhortat. ad Gent. ſcribat, Sibyllina Oracula prope ad Veritatem accedere. D. Hieronymus* lib. I. *contra Jovinianum ob Virginitatis inſigne meritum Sibyllis ſcribit Divinationem eſſe conceſſam. Verum & obſtetricibus Ægyptiorum Deus ædificavit Domos, quæ tamen forte non pertinebant ad Civitatem Dei, & Virginitas quidem laudanda, ſed in illis præmio filiorum Dei compenſari non potuit.* Viden' Craſſete, quam libere Coquæus tuus S. Auguſtino contradicat: quare non debaccharis contra tuæ ſectæ Scriptorem, ſed mavis mortuo inſultare Leoni quam tuos irritare crabrones. An non igitur nobis etiam licebit nonnunquam Patribus à vero aberrantibus contradicere? Novimus equidem Lactantium olim idem dixiſſe, ac D. Auguſtinum Scriptorem illum eſſe ſecutum, *Eo confugere ſolent nonnulli, ut dicant, non illa eſſe Sibyllina Oracula, ſed à noſtris ficta atque compoſita, Lactantius* lib. IV. cap. XV. Reſpondet autem Lactantius, *Sed profecto id non putabit qui Ciceronem Varronemque legerit, aliosque Veteres, qui Erythræam Sibyllam, cæterasque commemorant quarum exempla proferimus, qui Authores ante obierunt quam Chriſtus naſceretur.* Verum Lactantius non probat id quod eſt in quæſtione; debebat ex Cicerone probare, ut & ex Varrone, Scriptores illos de Chriſto fuiſſe locutos, at vero luce meridiana clarius conſtat, nullum de Chriſto Teſtimonium apud illos reperiri. Mentionem quidem de Sibyllis injicere potuerunt, ſed Acroſtichis illa adeo decantata, aut aliud quodpiam de Servatore Chriſto Vaticinium fruſtra apud illos quæratur. Imo ipſe Cicero plane repugnat, ut ſuperius fuit oſtenſum. Audi Craſſete, quo in pretio ſit

Lactan-

Lactantius apud Lorinum tuum in Act. Ap. Cap. II. vers. II. *Lactantius eloquentior quam ſolide doctus.* Bellarminus etiam tuus dicit, illum erroribus variis ſcripta ſua deformaſſe, & fuiſſe ipſum librorum Ciceronis magis quam Scripturarum Sanctarum peritum. S. Auguſtinus Craſſeto eſt *miraculum ingeniorum*; cur igitur patres Concilii Tridentini ejus opiniones de operibus infidelium, de gratia, &c. damnarunt anathemate? cur non approbaverunt ejus ſententiam? Proculdubio regeret Jeſuita, quia in illis erravit; verum an igitur magis infallibilis exſtitit in ſententia ſua de Sibyllis? Hoc tibi probandum reſtat, Pater Craſſete. Certe ille quem erraſſe putas in præcipuis Religionis Chriſtianæ dogmatibus, potuit etiam errori fuiſſe obnoxius in rebus minoris momenti, qualis eſt materia de Sibyllis. Quid dices Craſſete? Si SS. Patres ſibi invicem contradixerunt, an nobis non licebit diſcrepare ab illis? SS. Patres plurima conſcripſerunt quæ poſteriores non ſolum ad examen revocarunt, ſed etiam refutarunt: nec veriti ſunt de Patribus prioribus ſententiam ſuam proferre, uti innumeris illud confirmare poſſemus, hoc ſi inſtituti noſtri nunc eſſet. Audi Craſſete, Hieronymum tuum quem ſummis laudibus (quas equidem illi non invidemus) effers, & quem ſapientiſſimum, doctiſſimum & judicioſiſſimum eorum cenſes qui unquam in Eccleſia Dei fuerunt, in Epiſt. 76. ad Tranquillum Tom. II. p. 485. *Ego Origenem propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror quomodo Tertullianum novatum, Arnobium, Appollinarium, & nonnullos Eccleſiaſticos Scriptores, pariter Græcos & Latinos, ut bona eorum eligamus vitemusque contraria, juxta Apoſtolum dicentem, Omnia probate: quod bonum eſt tenete.* Perpende etiam quam libere, pater ille de aliorum Patrum ſcriptis ſententiam ſuam proferat & judicet: Hieronym. Epiſt. XIII. ad Paulin. Tom. I. p. 123. *Beatus Cyprianus de Scripturis Divinis nequoquam diſſeruit. Inclyto Victorinus Martyrio coronatus, quod intelligi, eloqui non poteſt. Lactantius utinam tam noſtra confirmare potuiſſet, quam facile aliena deſtruxit. Arnobius, inæqualis & nimius eſt, & absque operis ſui partitione confuſus. Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & longis interdum periodis involvitur, & à lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt.* Ut autem dignoſcas, Patres nunquam voluiſſe ſcripta ſua legi tamquam Divinitus inſpirata Oracula, quemadmodum tu illorum Scripta legi debere intendis, Craſſete, & quia S. Auguſtinus Sibyllas ad Civitatem Dei referre vide-

videtur, ideo nobis contra ejus opinionem, te quidem Judice, nec hiſcere nec loqui oportet, cum multi tamen Pontificii Doctores Patribus contradicentes reperiantur, & quandoquidem tam honorificam S. Patris injicis memoriam, quæſumus te, perpende hæc S. Auguſtini verba, quæ reperies in lib. Epiſt. XIX. Ep. Tom. II. Fol. XIV. Et apud Hieron. Ep. 97. Tom: II. *Ego enim fateor Caritati tuæ ſolis eis Scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum Auctorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam. Ac ſi aliquid in eis offendero litteris, quod videatur contrarium Veritati, nihil aliud quam vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſequutum eſſe, quod dictum eſt, vel me minime eſſe aſſequutum quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe ambigam, alios autem ita lego, ut quamlibet Sanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem, quia ita ipſi ſenſerunt, ſed quia mihi vel per illos Authores canonicos vel probabili ratione & quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt.* Nec te, *mi frater, ſentire aliquid exiſtimo: prorſus non te arbitror ſic legi libros tuos velle, tanquam Prophetarum, vel Apoſtolorum, de quorum ſcriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium eſt.* Hæc, Pater Craſſete, paulo amplius deſcribere voluimus, ut pateat quam imbecille tuum ſit argumentum, ideo opinioni alicui SS. Patrum eſſe credendum, quia hoc illi ita affirmarunt. Dixit S. Auguſtinus, *Sibyllam Erythræam in eorum numero deputandam, qui pertinent ad Civitatem Dei.* Supra oſtendimus Sibyllam fuiſſe, illa hoc confitente, proſtibulum, lupam & infame ſcortum, S. Auguſtinus vult illam debere deputari in eorum numero qui ad Civitatem Dei pertinent, hoc quam bene aſſerat S. Pater, Domino Craſſeto, qui Deo Caſtitatem vovit, dijudicandum relinquimus. Excuſat autem ſcortum hoc caſtus Craſſetus, pag. CCXXXVII. Μύρια μοι λέκτρα. *Mille mihi lecti.* Hoc eſt, ſecundum Ordinariam loquendi formulam, multa contraxi matrimonia, quæ non longæ fuere durationis, ſed quid dicet Craſſetus? Nunquid ob contracta matrimonia debebat exhorreſcere Judicium extremum? Matrimonium enim ſecundum B. Paulum *eſt cubile impollutum*, at propter talia non eſt extimeſcendum Judicium extremum; Verum dicet Craſſetus illam, alterius S. Auguſtini inſtar pronuntiaſſe ſe maculis illis pollutam, pœnitentis modo peccata ſua promulgaſſe, imo majori quam S. Pater Auguſtinus, ſic dicente Patre Craſſeto.

Sed ignoſcat nobis, Venerandus ille pater ſine liberis, hoc ſi illi non concedamus, quid enim? pellicem cum S. Auguſtino conferre licebit? illa proſtituti pudoris Fœmina cum S. Patre comparanda erit? Vah Craſſete Pater! ſiccine Patres S S. exaltas, ut cum meretrice conferas? Vide quam prudenter Sanctorum Patrum honori conſulas! Sed Craſſetus Jeſuita ſusque deque habet Patrum honorem ac Veritatem. Ut enim probet Sibyllarum Oracula quæ de Chriſto dicta fuiſſe illis attribuuntur, non pudet illum fabellam de S. Catharina ex Simeone metaphraſte proferre. Dicit autem Virginem illam & Martyrem Alexandrinam, Regis Coſti filiam, à Maxentio Imperatore cum quinquaginta Philoſophis commiſſam, illos ex Sibyllinis Oraculis retudiſſe, ac ad Chriſtianam fidem convertiſſe: ſed hæc narratio æque vera eſt, ac ipſa fabula de S. Catharina, Coſti Regis Alexandriæ filia, cum Maxentii tempore nullus extiterit Alexandriæ Rex, quippe illa Imperio Romano erat ſubdita. Conſule Baronium tuum in Martyrologio, Craſſete, & videbis quid de fabuloſa hac Sancta ſentiat: quam plures alios tales Sanctos ac Sanctas, (quos ſuperſtitio & idololatria veſtra in cœlis collocat, quamvis nunquam in terris degerint) adorandos tibi Craſſeto relinquimus. Poſt Auguſtini Teſtimonium profert Jeſuita S. Hieronymum, ex quo nihil ad rem producit. Dicit enim Sibyllas fuiſſe Virgines ac Prophetiæ donum Virginitate fuiſſe meritas, hoccine eſt probare, omnia illa quæ ſub illarum nomine circumferuntur Oracula, ab illis eſſe profecta & Divinitus inſpirata? ſicuti hoc Loyolitæ probandum incumbebat. Cæci inſtar ſequitur Hieronymum Craſſetus: putat enim cum illo, Virgines fuiſſe Sibyllas, cum Sibylla ipſa fateatur, ſe fuiſſe maritatam, imo meretricem, atque hæc donum Vaticinandi merita eſt, inquit, Jeſuita, Virginitatis puritate: ſed quo pacto Mulier viro juncta & meretrix, Virgo remanſerit, hoc ſagaci Craſſeto expediendum & probandum damus. Plura nunc non addimus, quoniam in hujus operis principio hac de re diximus. Quæ porro Jeſuita de multis aliis S S. Patribus & Doctoribus dictat, illa nihil faciunt ad rem. Non enim eſt quæſtio, quid Patres & Doctores crediderint, ſed quid credere debuerint, firmis nixi rationibus & argumentis: etiamſi nonnulli exiſtimarint pari Fide Oracula Sibyllina ac Sacram Scripturam recipienda, imo S. Johannis Apocalypſi præferenda; an ideo omnes

Viri

Viri Docti illorum opinionibus ſtare tenentur? Certe tali in pretio ſcripta ſua haberi Patres noluerunt, uti ante oſtendimus; ſed objicit perſpicaciſſimus Craſſetus p. CLXXIII. uti & Doctiſſimus D. J. Marckius obſervavit, eamque hoc modo tranſtulit, Specileg. contra Craſſetum p. 295. *Annon eſt*, inquit, *magna injuſtitia litem nobis moveri de bono legitime acquiſito, & an poteſt quisquam nos hoc privare ſine omnium fundamentorum juris prudentiæ everſione. Nos ſumus in poſſeſſione memoria omni antiquiores hæreditatis avitæ, habemus pro nobis titulos legitimos, & authenticos, producimus teſtes ſine fine fidei irrefragabilis. Poſt mille annos tranquillæ poſſeſſionis, incognitus aliquis litem nobis movet, & prætendit hæreditatem hanc antiquam ad nos non pertinere*, &c. Videmus nunc evidentiſſime, te eſſe æque fœlicem Juris peritum ac Theologum & Philologum, quis injuſte tecum agit Craſſete? an hæc eſt tanta injuſtitia quando demonſtramus, id quod vis poſſidere, non eſſe tanti pretii, quanti tu æſtimas tuam poſſeſſionem? litem nemo tibi movet de bono tuo, quod tibi legitime acquiſitum gloriaris, quamvis Juſtos titulos poſſeſſionis non demonſtres, tantum hoc negamus, eſſe unquam hæc de Chriſto Vaticinia à famoſis illis Paganis Sibyllis, diabolicis Prophetiſſis, profecta: ſi hoc tamen renitente omni ratione vis tibi perſuadere, Sibyllas de Chriſto, Spiritu Divino actas Prophetaſſe, gaudeas tuo Judicio, per nos licet, & ſi quisquilias tuas gemmas eſſe vis credere, litem tibi nullam movemus, etiamſi Pariſiis in templo tuo Jeſuitico, Sibyllis ſtatuas erigere velles cum ſociis tuis, quemadmodum in templo Senenſi hoc factum legimus. Crede quod placet, modo liceat nobis tibi cæcutienti oſtendere, ſilices tuos non eſſe adamantes. An Juris prudentiæ fundamenta evertuntur, quando nolumus tecum inſanire, & pro Divinitus inſpiratis Oraculis accipere, quæ ab hominibus otioſis ſunt conficta? Hactenus probare non potuiſti, Craſſete, ullibi apud Gentilem Scriptorem, mentionem factam de Acroſtichide Chriſto applicata, torques nonnullorum verba, & Chriſtum illos noviſſe contendis, quamvis nihil niſi per rumorem ſive Judæorum ſive Chriſtianorum quidquam de Servatore inaudiverint, uti ſupra demonſtravimus. Gloriaris quidem poſt *bis mille annos tranquillæ poſſeſſionis litem tibi moveri ab incognito quodam*, ſed liceat nobis, bone Pater, heic tibi contradicere, nunquam fuit adeo tranquilla poſſeſſio tua, omni ævo reperti ſunt qui

assertionem tuam de Sibyllis negarunt, non solum Christiani primitivæ Ecclesiæ, verum etiam ex vestris Papisticis scriptoribus multi hodie inveniuntur qui somniis tuis non credunt. Quid existimas, Crassete, an mendacium pro Veritate erit arripiendum, quia est antiquum? Si hoc tempore demonstrare potest quispiam, opinionem quandam ante multa secula receptam, esse falsam, an ideo præscriptionem temporis contra veritatem allegare poteris opportune? Certe ridiculus es, hoc si statuas, an Gentiles idololatriæ recte allegarent præscriptionem contra Christianos, qui post multa secula ostenderunt doctrinam Paganorum esse falsam, illosque mendacia docuisse? An tibi videtur Paganis liberum esse respondere, uti tu Doctiss. Blondello oggannis: *Nos sumus in possessione omni memoria antiquiore*, &c. Ideoque vobis non licet, nobis contradicere? An unquam præscriptio locum habet contra Veritatem? Dic sodes Crassete! Nunquid auderes Tertulliano contradicere? Dicit in tract. de veland. Virg. uti Doctiss. Marckius hoc optime contra te observavit, *Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegia Regionum.*

CAPUT XX.

DE ALIORUM,

APOLLODORI

Nempe &

PAUSANIÆ

TESTIMONIIS.

BREVIARIUM.

AN Apollodorus legerit librum tertium Oraculorum Sibyllinorum. Sibylla refutatur. Apollodorus refellitur. Sibyllæ mendacia. Quando floruerit Homerus. Hac de re Marshami ſententia, ut & aliorum. Quando Diluvium terræ fuerit immiſſum. An Homerus quædam ex Sibylla ſit mutuatus. Sibylla non fuit Homero antiquior. Palmarum Foliis Sibyllam inſcripſiſſe ſua carmina putant nonnulli. Alii alius generis Foliis fuiſſe inſcripta, exiſtimant. Homeri libri olim fuere confuſi, quis illos in ordinem redegerit. An Homerus fuerit Chius. Quidam putant fuiſſe Ægyptium: de Patria Homeri variant ſententiæ. Cicero emendatus. Nihil certi de Homeri patria poteſt affirmari. In Chio olim habitavit Homerus. De honoribus Homero delatis. An cœcus fuerit natus Homerus. Cumani Cœcos ὁμήρους vocabant. Cœcitatis calamitas quo pacto evenerit Homero variant ſententiæ. Verſus aliquot Sibyllini qui à Chriſtianis nonnullis pro genuinis afferuntur, olim ab ipſis Paganis pro ſpuriis & ſuppoſititiis habiti. Tertullianus notatus & refutatus. Tertullianus expoſitus. De vaſtatione Deli, &c. Antipatris Theſſalonicenſis Epigramma, &c. Poſſevinus refellitur. Sibyllinorum Author non vidit ſecundum Ædis Veſtæ incendium, nec videre potuit. Mendacium Sibyllæ notatum. Betuleius refellitur. Sibylla non potuit Græce ſcribere, quia Diluvii tempore nondum erat Lingua Græca. Quam diu lingua unica remanſit. Locus ſuppoſititius in Joſepho notatus. Aliud Sibyllæ mendacium.

Homero fuit posterior. A quo Græci literas suas acceperint. Quando Cadmus venit in Græciam. Græci antiqui scribebant more Hebræorum & Phœnicum, à dextra siniſtram versus. Mos scribendi βυστροφηδὸς. Quomodo leges Solonis erant scriptæ. Homerus primus Heroicorum Carminum inventor. Nonnulli illud Moſi attribuunt. De Inventore carminum Heroicorum variant Doctorum sententiæ. Moſes Scriptorum omnium Antiquiſſimus habetur. De riſu Sardonio, quis fuerit. Quomodo populo antediluviano applicetur. Sibylla de riſu Sardonio refutatur. Non eſt tam Antiqua Sibylla, uti gloriatur. Gehenna unde derivetur. Qualis fuerit locus. Oracula Sibyllina non ſunt adeo antiqua, uti gloriantur nonnulli. De Ludis Iſelaſticis. Sibyllæ locus emendatus. De Signis Zodiacis. De Aſtrologiæ inventoribus. Novitas, non autem Sibyllæ antiquitas ubique patet. Camarinam movere non eſt adeo antiquum, uti venditat Sibylla quæ ſe in Noachi arca degiſſe gloriatur. Unde Camarina nomen ſortiatur.

VIdemus nunc, quo fundamento nitantur Craſſetus ac ejus ſequaces, SS. Patrum Teſtimoniis probare annitentes, Virgilii Eclogam quartam eſſe ex Sibyllis hauſtam ac pro Prophetia de Chriſto habendam. Examinemus etiam hac occaſione data, opiniones nonnullorum exiſtimantium, Apollodorum ac Pauſaniam Sibyllinis Oraculis Fidem ac Auctoritatem conciliare poſſe. Multi hodie reperiuntur qui putant, Apollodorum legiſſe librum tertium Oraculorum Sibyllinorum, Lactantii Firmiani Teſtimonio & aſſertione moti. Sic enim loquitur Libro de falſa Religione, Capite IV. *Quintam Erythræam; quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe civem: eamque Graiis Ilium petentibus Vaticinatam*, (Delphicam fuiſſe Daphnen, Tireſiæ filiam, ſcribit Diodorus Siculus Biblioth. lib. IV.) *& perituram eſſe Trojam: & Homerum mendacia ſcripturum.* Locus ad quem reſpexit Lactantius hoc modo legitur apud Sibyllam lib. III. p. m. CCXLVIII.

Ἴλιον οἰκτείρωσι. κἠ Σπάρτῃ γὰ Ἑλένυς
Βλασφήσι φθεικαλλὲς ἀείφατον ἔρνος ἄελσαν,
Ἀσίδ' ἐς Εὐρώπης τε πολυπτερὲς οἶδμα λιπῶσα
Vel ut alii MSS. legunt αἷμα λυπῶσα.

Σοὶ

Σοὶ ἦ μάλιστα γόος, μόχθος, συναχάς τε φέρουσα
Θήσει ἀγήραντον δ' ἔξει κλέος ἐσομένοισι.
Καί τις ψευδογραφέων πρεσβὺς βροτὸς ἔσται ἀοιδὸς,
Ψευδόπατρις, δυσειδέα φάος ὀνοπήσιν ἐν σιν,

Opſopæus ex conjectura putat legendum ἐν ἦσιν ὀπηδοῖ

Νῆν ἦ πολιὴ ἢ ἔπος θ' ἕξει ἔμμετρον Δρυόπας,

Opſopæus forte legendum putat, Δρυόπας ἔμμετρον ἕξει.

Οὐνόμασιν δυσὶ μιγόμενον. Χίον ἦ καλέσει,
Αὐτὸν, ἢ γράψει τὰ καὶ Ἴλιον, ἃ μὴ ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σαφῶς ἔπεσιν ἦδ' ἐμοῖς, μέτρων, ἐκφατὸς
Πρῶτος ἦδ χείρεσιν ἐμὰς βίβλους ὀνομώνη.

Latine hi verſus ſic ſonant:

Ilion, heu miſereſco tui: num creſcat Erynnis
In Sparta, ſpecie eximia, famaque perenni,
Egregium germen, divexaturaque Gentes
Europæ atque Aſiæ populoſas: præcipueque
Plangores, æſtusque tibi, gemitusque datura
Semper, & æterna fama celebranda nepotum.
Quidam deinde ſenex falſorum Scriptor, & ipſam
Mentitus Patriam, naſcetur, lumine captus
Ille quidem, verum præclara mente vigebit,
Adſtringetque modis carmen prædulce, duobus
Mixtum nominibus: Chïon quoque ſe ipſe vocabit,
Hic res Iliacas ſcribet, non ſicut habebunt,
Sed clare verbisque meis utendo, modisque.
Primus enim volvet librorum ſcripta meorum.

Adſtipulamur plane Doctiſſimo Blondello exiſtimanti, mera hæc omnia eſſe figmenta. Pſeudo-Sibylla enim quæ hos, qui nunc exſtant, libros octo, contexuit, & quæ mendaciſſime nomen uxoris filii Noachi aſſumpſit, ducentis annis poſt Varronis obitum, ſecundum Euſebium è vivis ſublatum anno urbis Romæ ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto, viginti ſeptem ante Servatoris Jeſu Chriſti nativitatem, & novem ante Virgilii mortem, Longo tempore ante potuit legere ea quæ Varro de Apollodoro ipſo Varrone antiquiore & ſeniore, commemoravit, & quid

quid minus ſcribere potuit falſa Sibylla ad aſſerendam commentitiam ſuam Antiquitatem, quam ea referre quæ de Apollodoro invenerat apud Varronem, vel in ipſo Apollodoro. Notandum porro Apollodorum teſtari, uti Lactantius ex Varrone ſcripſit, Sibyllam Erythræam ſuam fuiſſe civem, & pro tali agnitam, hoc autem quomodo quadrabit cum ſuppoſititia hac noſtra Sibylla, quæ ſe Babylone ortam, & Noachi nurum eſſe profitetur, imo quod obſervari velimus, ipſa negat ſe Erythris ortam, ac Græcos mendacia talia referentes redarguit. Audiamus ipſam Sibyllam loquentem, lib. tertio circa finem:

Ταῦτά σοι Ἀσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὴ
Οἰχρομανὴς προλιποῦσα ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῦρ
Πᾶσι προφηΐδουσα θεῦ μεμυήματα θνητοῖς,
Ὥστε προφηΐδσαί με βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα
Καὶ καλέσσι βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδ' ἄλλης,
Ἐξ Ἐρυθρῆς γεγαῦαν, ἀναιδέα, οἱ δ' ἄρα Κίρκης
Μητρὸς ἐγὼ Γνωσσῖο πατρὸς, φήσουσι Σίβυλλαν.

Hæc ſunt quæ moneo Aſſyria Babylone profecta,
In Græcos ignis miſſus; fanatica, cunctis
Exponens Divina Dei præſignificata,
Mortali ut generi Divina ænigmata pandam.
Et tamen ex alia Patria me Græcia dicit,
Ex Erythra natam, poſitique pudoris. At illi
Matre ferent Circe, Gnoſto me patre, Sibyllam.

Judicet hæc æquus Lector, nunquid Apollodorus Erythræus potuit niti carminibus Sibyllæ quam ſuam fuiſſe civem affirmat, an cuiquam perſuaderi poterit Apollodorum legiſſe hoc carmen Sibyllinum, quo ſe Babylone ortam dicit, & tamen ipſe Erythræus cum ſit pro cive ſua illam haberet? Certe nemo mortalium hoc crediderit, Apollodorum adeo fuiſſe mente captum. Quid igitur dicendum reſtat, niſi ut pro certo habeamus, Scriptorem horum pſeudo-Sibyllinorum Oraculorum legiſſe, ſive apud Apollodorum ipſum, ſive apud Varronem de Apollodoro, teſtantem, Erythræam Sibyllam ejus fuiſſe Civem, atque hinc occaſionem arripuiſſe Apollodoro contradicendi,

dicendi, ut hoc pacto Apollodoro antiquior haberetur, falsa & commentitia hæc Sibylla. Quod porrò Sibylla hæc redarguat, Græcos tanquam illam à Circe matre Gnostoque patre ortam dicentes, plane in eo illam mentiri deprehendet, quisquis perpenderit, veteres non scripsisse Circes Gnostique fuisse filiam Sibyllam Erythræam: verum dixerunt illam fuisse Jovis vel Apollinis & Lamiæ, aut etiam Aristocratis & Hydolis, vel Crimagoræ Theodori Pastoris & Nymphæ Idææ, verum nemo Circes. Hinc igitur dilucide constat, Sibyllam ipsam, quæ Homerum mendacia scripturum audacter pronuntiat, esse mendacem. Imo & hoc diligentissime observari velimus, hoc non potuisse credere Græcos, fuisse Circe matre ortam Sibyllam Erythræam. Si enim Erythris in Asia sitis, oriundam putarunt hanc Sibyllam Græci, quo pacto illis in mentem venire potuit, illam è Circe *Italica* Muliere, in monte qui & hodie *Circello* vocatur, natam, ac quæ in eodem vixit habitavitque. Quid quod & hujus Prophetissæ stupiditas ac ignorantia vel potius malitia, in hoc apparet, quod, Homeri honori vel potius suo consulens, dixit,

Quidam deinde senex falsorum scriptor, & ipsam
Mentitus patriam, nascetur lumine captus
Ille quidem, verum præclara mente vigebit, &c.

Uti paulo ante citavimus hos versus, quid tibi præjudiciis non præoccupato videtur, Lector? Homerus:

Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt,
Sed clare verbisque meis utendo, modisque.
Primus enim volvet librorum scripta meorum.

Nunquid hæc sunt ἀσύγκα, vera scribere & clare? an veraces coguntur latitare? & mendaces aperte loqui? Hæccine bona est consequentia? scribet falsa,

Primus enim volvet librorum scripta meorum?

An non potest quispiam habere alicujus scripta, eaque perlegere, & tamen vera conscribere? Certe illa non repugnant, nisi velimus supponere scripta illa quæ tenet & quæ in usum suum confert, scatere mendaciis,

daciis, quod de Sibyllinis potius quam de Homericis concedimus. Ut etiam hæc perpendere dignetur Judicioſus Lector, rogamus enixe. Dicit falſa Sibylla, Homerus primus volvet ſcripta mea, itaque tempore Homeri primum innotuiſſe ſcripta ſua vult hæc Sibylla fictitia, ut ſibi Antiquitatis ſpeciem, & famam acquirat, mendaciſſime omnia hæc affirmantur. Homerus floruiſſe putatur anno mundi 3000 vel circiter, ſic docente Bucholzero in ſuo Indice Chronolog. Audiamus etiam hac de re diſſerentem Sethum Calviſium: Homerum ante Romam conditam floruiſſe annis CLX. exſtat apud Gellium ex ſententia Caſſii & Cornelii & Apollodori. Herodotus etiam fere ad hoc tempus collimat. Dicit enim eum priorem ſe fuiſſe annis CCCCXXII. Atque ita deſignaret annum 3048. Ariſtoteles contra in tertio de re Poëtica, & Ariſtarchus habent, Homerum natum in Ionica migratione anno 2879. Qui hoc modo antiquior eſſet annis CLX. Philochorus apud Diogenem Laërt. ſcribit, Homerum floruiſſe annis CLXXX. poſt Trojam captam. Eſſet annus mundi 2947. diſtaretque ab hoc anno, annis XC. Velleius vult, Homerum ante annos nongentos & quinquaginta floruiſſe, & ante annos mille natum. Loquitur autem de conſulatu Vinicii anno 3971. Natus igitur eſſet circa annum 2971. Floruiſſet circa annum 3021. Etiam hæc ſequentia addere lubet ex Jacobi du Porti præfatione ad ſuam Homeri Gnomologiam: quantum mihi ex variantibus Auctorum ſententiis colligere vel potius conjicere licet (& certe in re tam crepera & obſcura,

Αἶσα μάνης, ὅστις εἰκάζῃ καλῶς)

Ii proxime ſcopum attingere videntur, qui Homerum floruiſſe dicunt centum circiter & ſexaginta annis poſt Trojæ excidium, h. e. circa tempora Davidis aut Salomonis, ſiquidem ex communi fere omnium Chronologorum conſenſu, incidit bellum Trojanum, adeoque Ilium captum, in ætatem Judicum Iſraëliticorum, non procul à temporibus Jephtæ. Unde Iphigeniam quaſi Jephtigeniam dictam fuiſſe, (detorta voce corruptaque, ut fit per Gentilium fabulas Hiſtoriæ Sacræ Veritate) ingenioſe hariolatur vir Doctiſſimus Lud. Capellus in diatriba de voto Jephtæ; quadrat enim Chronologia, quippe σύγχρονοι erant Jephta & Agamemnon, nec cætera diſcre-

diſcrepant, uterque Dux populi ſui, & Imperator exercitus, uterque Victor hoſtium, & quod caput eſt, uterque circa idem tempus filiam ſuam immolavit, à Jephta autem ad Solomonem totidem fere anni numerantur, quot à bello Trojano ad Homerum, anni nempe, ut diximus, plus minus CLX. Alios ſin legere aut videre velit lector, poteſt adiri Aldobrandinus in notis ad Diogenem Laërtium p. m. 73. a. b. Deprehendet autem ſedulus Lector, nihil certi de Homeri ætate illum pronuntiare: verum quod à multis ſeculis diſputatum fuit tanquam res incerta, hanc nunc Marshamus Anglus in *Chronic.* Can. p. 412. omnium literatorum, quod ſciam primus, claram & certam, ſuo quidem Judicio expediet: non minus, inquit, obſcura fuit Homeri ætas, quam aut illius Patria, aut Parentes: de qua erat olim quæſtio & vetuſtiſſima & celeberrima; & adhuc ſub judice lis eſſet, ſi non Autoritate noſtri marmoris dijudicata fuiſſet: floruit Homerus ſub Diogneto Athenarum Rege, anno Attico 676. per Julianæ 3807. annis poſt Trojæ cladem 302. antequam Olympia ab Iphito & Lycurgo inſtaurata ſunt, annis 23. antequam Corœbus ſtadium vicerit, annis 131. De eo amplius non eſt ambigendum. Diverſas tamen Veterum ſententias referre, non erit injucundum. *Crates dixit*, (ſic referente Tatiano contra Græcos p. 166. c. Euſeb. n. 980.) *illum floruiſſe ante reditum Heraclidarum intra annos* 80. *poſt bellum Trojanum*, *Eratoſthenes poſt annum* 100. *à Troja capta*, *Ariſtarchus*, *circa Ionicam migrationem ſub Archippo Athenis Archonte*, *id eſt*, *poſt annum* 140. *à caſu Trojæ*; *Philochorus*, *poſt Ionicam migrationem*, *ſub Archippo Athenis Archonte*, *annis* 180. *poſt excidium Trojæ*. *Apollodorus annos numerat* 100. *poſt Ionicam migrationem*, *ut ſint anni* 250. *poſt Trojam*. *Euthymenes dicit*, (*ſic notante Clem. Alexand. Strom.* l. 1. p. 327. a.) *eum floruiſſe cum Heſiodo*, *natum fuiſſe in Chio*, *ſub Acaſto*, *circa annum* 200. *poſt captam Trojam*. *Ejusdem etiam ſententiæ fuit Archemachus*, *ut Caſſius Hemina apud Gellium* l. 17. c. 21. *annis poſt bellum Trojanum plus centum atque ſexaginta*; *ante Romam autem conditam*, *ut Cornelius Nepos*, *annis circiter centum & ſexaginta*. Minus à ſcopo abeſt Nepos; cæteri, quos nominavimus, nimium τῷ παχρονισμῷ peccant. Roma condita eſt anno per. Jul. 3961; deme annos 160, habes annum per. Jul. 3801. Nepotis calculos ſecuti ſunt Scriptores Latini. Velleius l. 1. p. 6.

(Vinicio Coſſ. anno U. C. 783.) de Homero dixit; *Hic longius à temporibus belli, quod compoſuit, Troici, quam quidem rentur, abfuit. Nam ferme ante annos* 950. *floruit, intra* 1000. *natus eſt.* Plinius l. 7. c. 16. (anno U. C. 830.) *jam ante annos prope mille Homerus.* Et Juvenalis (ſub initium Nervæ) anno U. C. 850.

— — — — *Uni cedit Homero*
Propter mille annos — — — —

Soſibius Lacon, loco ſupra citato, *Homerum retulit ad annum octavium Charilli* (cujus tutor fuit Lycurgus) *Regnabat ille annos* 64. *poſt quem ejus filius Nicander annos* 39. *anno illius* 34. *primam Olympiadem inſtitutam fuiſſe ajunt: adeo ut eſſet utique Homerus annis nonaginta antequam inſtituta eſſent Olympia.* Primam intellige Olympiadem, in qua *Coræbus* vicit: ad quam, Clem. ibid. p. 336. b. ab ἐπιτροπία *Lycurgi*, Eratoſthenes numerat annos 108. *Alii* (Tatianus loco citato) *dicunt, Homerum fuiſſe paulo ante Olympiadas, id eſt, annis* 407. *poſt caſum Trojæ.* (Calculus iſte ad primam Olympiadem vulgarem non recte ponitur, recte autem ad Iphiteam.) *Alii* (majori μεγαχρονισμῷ peccantes) *tempus inferius deducunt; dicentes, Homerum fuiſſe æqualem Archilocho, qui floruit circa Olympiadem* XXIII. *tempore Gygis Lydi, annis* 500. *poſt exciſam Trojam.* Eadem delirant Theopompus, & Euphorion, apud Clementem, loco ſupra citato, quippe tantum quilibet à Veritate diſtat, quantum à Marmore. Plura ſi *quis velit*, adeat Marshamum p. 413. Editionis Londinenſis. Fuſius hæc referre voluimus, ut tanto clarius pateat, quàm mendax ſit hæc pſeudo-Sibylla. In operis hujus principio audivimus Sibyllam dicentem, ſe cum Noacho, Diluvii tempore, fuiſſe in Arca, uti de ſe etiam teſtatur, Oraculor. lib. III. circa finem: Diluvium terræ immiſſum ſcribunt Chronologi, anno à mundo condito 1657. à Diluvio uſque ad Homeri tempora, numerantur anni 1343. Ubinam terrarum latuerunt ſcripta Sibyllina per tam longum temporis ſpatium? Quis eorum conſervator & aſſervator? An in Arca, ante notam linguam Græcam, Græce ſcripſit Oracula? ſi poſt linguam Græcam receptam conſcripſit ex Arca egreſſa Oracula? Cur non indicavit tempus quo conſcripſit? Scivit illa Homerum cœcum naſciturum (quod quam verum hoc ſit, poſtea examinabimus:) quare non dixit præciſe

cise, hoc vel illo tempore conscripsi hæc mea Oracula? sed tum indicio suo sorex se proderet. Putamus ac asserimus igitur, Sibyllam falsissime affirmare se Oracula sua ante Homeri tempora (omnium Græcorum Poëtarum Antiquissimi) in lucem emisisse Oracula sua. Nebulones enim vel tenebriones illi qui hæc finxerunt Oracula, (putamus enim non unius hæc esse figmenta nec à Christianis solis, sed etiam à Judæis aliisque promanasse) qui hæc sub Sibyllarum nomine conscripsere Oracula, Sibyllæ nomen sibi adsciverunt ut mendacia non apparerent, ac ut Homero ipso potiores haberentur. Satis mirari non possumus etiam inter literatos reperiri inter alios, ne de Solino nunc loquar, deprehendo Guiliel. Canterum, novarum lect. lib. V. cap. XVII. qui ait, Homerum multis in locis Sibyllam esse imitatum, ejusque hemistichia multa Poësi suæ inseruisse, qui credant Homerum mutuatum fuisse plurima Hemistichia à Sibylla; cum Sibylla vel potius illa vel illi qui Sibyllinum nomen sibi arrogarunt, ex Homero deprompsisse certum sit, hoc tantum scopo, ut prior Homero videretur Sibylla, & falsa illa Oracula cariori divenderentur pretio: falsum est, Sibyllam hanc Homero antiquiorem, testantur Scriptores, Homero neminem inter Græcos Poëtas veteriorem. Diodorus Siculus Biblioth. lib. XVI. Μάρτυρα παρείχετο τὴν ἐπιφανέστατον καὶ ἀρχαιότατον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον. Item Ἀρχαιότατον καὶ μέγαστον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον. Herodotus in Euterpe: Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίῃ τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μοῦνον πρεσβυτέρους γενέσθαι καὶ οὐ πλέοσι *Nam Hesiodus atque Homerus (quos quadringentis non amplius annis ante me opinor exstitisse) fuere*, &c. A. Gellius noct. Attic. lib. VI. cap. II. *Homerus sapientissimus & Antiquissimus Poëtarum.* Claudianus.

Ipse parens Vatum, princeps Heliconis Homerus.

Flav. Josephus lib. I. contra Appionem in principio: ὅλως παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τοῦ Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. *Constat autem, quod apud Græcos nulla invenitur conscripto poëmate Homeri vetustior.* Sic etiam Justinus Martyr Cohortat. ad Græcos, Homerum vocat πρῶτον τῶν ποιητῶν, *Primum Poëtarum.* Tatianus Orat. adverss. Græc. ὅρα εἰ ἡμῖν κεῖσαι Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἡγησόμενον. Dicat nunc pseudo-

Sibylla ſe Homero priorem, illumque mutuatum ex illa, plurima ſua carmina. Quis illi fidem adhibiturus, nos equidem non videmus, niſi forte Craſſetus

Vervecum in patria, craſſoque ſub aëre natus.

Patet etiam ex pſeudo-Sibyllæ ſtylo, illam non ſuppeditaſſe Homero hemiſtichia, verum Sibyllam ex Poëtarum principe, ſua quædam quæ bene dicta ſed male applicata ſunt hauſiſſe, uti conſentientem habemus Doctiſſ. D. du Portum in Gnomologia Homerica. Narrat Sibylla, uti ſupra notavimus, ſe cum Noacho *fuiſſe in* Arca tempore Diluvii, adeoque Moſem anteceſſiſſe vult credi. Sed nemo hactenus Moſe, Scriptorem fuiſſe quempiam Antiquiorem probavit, nec nos unquam credemus. Teſtantur Scriptores Oracula Sibyllina Tarquinio à Muliere quadam, Lactantius ſcribit fuiſſe Sibyllam Cumanam, inſtitut. lib. I. Cap. VI. oblata & divendita, ſive de Priſco aut Superbo intelligamus, perinde eſt. Homerus floruit anno à mundo condito, uti ante notavimus ex Chronologorum ſententiis 3000. obiit ſecundum eosdem anno à M. condito, 3060. At vero Tarquinius, intelligamus de Priſco, Superbo antiquiore, occiditur anno 3394. Homerus autem Tarquinio prior 394. aut circiter. Itaque ſi Sibyllæ Fides eſt adhibenda, Homerus *legit & volvit* Sibyllina Oracula ante Tarquinium, à quo accepit hæc Oracula anus illa quæ Tarquinio vendidit? an *ab Homeri* poſteris? non putamus, multo minus ab ipſo Homero. Poëta enim hic quem pauperem adeo fuiſſe ſcribunt, ut etiam mendicare coactus fuerit, ſi talem theſaurum poſſediſſet, profecto ipſe quidem pauperrimo ſuo ſtatui ſuccurrere potuiſſet: nulla apud Poëtam vola aut veſtigium apparet ſe legiſſe clara & miranda illa Oracula: vel hinc pro certo habemus, Homerum nunquam illa vidiſſe aut legiſſe? Quo modo autem primus legiſſet, cœcum cum deſcribat Homerum Sibylla? ſi trecentis nonaginta quatuor annis ante Tarquinii tempora ab Homero lecta, an igitur nemo illa poſt Homerum conſpexit? per trecentorum nonaginta quatuor aut circiter annorum ſpatium? Certè non eſt credibile, aut probabile: ſi ab aliis viſa, cur nemo Antiquorum Scriptorum, illorum mentionem ullam *injicit?* Homero quadringentis annis poſterior Herodotus, at de Sibyllis earumque Oraculis

culis apud illum altum eſt ſilentium. Dicit porro Sibylla, Homerus Oraculorum libros meos evolvet: foliis autem Sibylla cum Oracula funderet inſcribebat, uti ſupra obſervavimus, &c. Virgilio Æneid. lib. VI.

— — — Foliis tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
Ipſa canas oro. — — —

Et Æneid. lib. III.

Inſanam vatem adſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliisque notas, & nomina mandat.
Quæcunque in foliis deſcripſit carmina Virgo,
Digerit in numerum, atque antro ſeclusa relinquit:
Illa manent immota locis: neque ab ordine cedunt.
Verum eadem verſo tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbavit janua frondes:
Nunquam deinde cavo volitantia prendere ſaxo,
Nec revocare ſitus, aut jungere carmina curat:
Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sibyllæ.

Foliis palmarum putant nonnulli inſcripſiſſe Oracula ſua Sibyllam, alii olim frondibus inſcriptas fuiſſe literas perhibent, alii in foliis malvarum olim ſcriptitata fuiſſe docent vaticinia. Sic Cinna antiquus Poëta, cujus verſus reperiri poſſunt apud Iſidorum Hiſpalenſem Orig. lib. VI. cap. XII.

Lævis in aridulo malvæ deſcripta libello,
Pruſiacâ vexi munera navicula.

Non vacat nunc inquirere, quibus in rebus ſcripſerint olim Veteres, ſive in libris, arborum corticibus, ſive in foliis palmarum, malvarum, &c. Certum eſt Antiquas Sibyllas apud Gentiles tam celebres, Oracula ſua ſcripſiſſe in foliis. Hæc autem Sibylla dicit, Homerum primum futurum qui ejus libros manibus evolveret: Βίβλους *libros* ſcripta ſua vocat Sibylla. Antiqua tamen Sibylla, uti ex Virgilio audivimus, in foliis ſcribebat, quæ folia utrum libri recte vocari queant,

queant, aliis inquirendum relinquimus. Quisnam autem fuerit *ille* qui Sibyllarum Folia in librorum ordinem redegit, an Homerus cui primo visa, non putamus nos, Homerum suorum librorum curam neglexisse discimus ex Cicerone de Oratore lib. III. p. mihi 121. *Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cujus eloquentia literis instructior fuisse traditur, quam Pisistrati qui primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.* Ælianus Variar. Hist. lib. XIII. cap. XIV. dicit, eum in Iliadem & Odysseam digessisse, an igitur Homerus, suorum Scriptorum negligens, Sibyllinorum curam suscepisse credendus, credant qui volunt, nos nunquam. Dicit etiam Sibylla, Homerum mentitum suam Patriam, Χῖον enim se *ipse* vocabit, itaque secundum Sibyllam, Homerus non fuit *Chius*. Sed cur Sibylla scrupulum de Homeri Patria non ademit dubitantibus? Verum putamus Scriptorem horum falsorum Oraculorum ignorasse locum nativitatis Homeri. Dicit tamen mentiri Homerum cum Chium se dicet: an non potuisset eandem curam habere, quam de se habuit ipsa Sibylla, uti ex ipsius versibus rescivimus, Græcos nempe dicturos, illam Erythris oriundam, cum tamen orta esset Babylone, Vid. Sibyl. Orac. in fine lib. tertii: an non eodem modo dicere debebat Sibylla? Homerus se Chium esse jactitabit, sed tali revera loco est oriundus: verum quomodo dicere potuisset ac indicare *illa*, quæ Carminum illorum Scriptor ignorabat? sed forte legit Aristotelis Opinionem qui Chium non fuisse Homerum, pronuntiat lib. II. Rhetor. cap. XXIII. Καὶ Χῖοι Ὅμηρον ὄντα πολίτην. *Chii Homerum, honorant, quamvis non esset eorum civis:* At vero Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. secundum Euthymenen, narrat fuisse Chium. *Euthymenes dicit, eum floruisse cum Hesiodo, natum fuisse in Chio, sub Acosto, circa annum* 200. *post captam Trojam. Ejusdem etiam sententiæ fuit Archemachus.* Alii existimarunt Homerum natione Ægyptium. Lucianus verar. hist. lib. II. Τάτε ἄλλα ἐπιωθανόμην, ἢ ὅθεν εἴη, λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν εἰσέτι νυῦ ζητεῖται. Οἱ μὲν αὐτὸς μὴν ἀγνοεῖν ἔφασκεν· οἱ μὲν γὰρ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν, εἶναι μήν τοι ἔλεγε Βαβυλώνιος· ἢ ἀπάγε τοῖς πολίταις, ἀλλ' Ὁμήρῳ, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖται· ὕστερον δ' ὁμηρεύσας ἀπὸ τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλάξαι τὴν ἀθηναίαν. *Et cum alia multa, tum illud rogabam, cujus esset, dicens illud maxime apud nos ad hunc usque diem esse in controversia.*

troverſia. At ille ſe neſcire reſpondit. Nam quidam Chium, alii Smyrnæum, alii Colophonium eum arbitrantur, ipſe vero ſe Babylonium eſſe aiebat. Siquidem civibus ſuis non Homerum ſed Tigranem vocatum fuiſſe, poſtea vero cum apud Græcos obſidis officio functus eſſet priſtinam appellationem mutaſſe. Plurimos Homerum ſibi vindicandi inceſſit æmulatio. Cicero quatuor urbes nominat, qui ſuum fuiſſe civem contendunt, in Orat. pro Archia Poëta circa finem F. m. 214. verſo: *Homerum Colophonii Civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant; itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt: permulti alii præterea pugnant inter ſe, atque contendunt.* Aul. Gellius lib. III. noct. Attic. cap. XI. *De Patria quoque Homeri multo maxime diſſenſum eſt. Alii Colophonium, alii Smyrnæum, ſunt qui Athenienſem, ſunt qui Ægyptium dicant fuiſſe. Ariſtoteles tradit ex inſula Io* (Putamus *Chio* legendum, at vero tunc pateret Gellium Ariſtoteli contradicere, uti conſtat ex loco ſupra allegato.) *natum.* Varronis Epigramma, quod citat etiam A. Gellius, ſeptem urbes fuiſſe quæ Homerum ſuum fuiſſe Civem contenderunt, narrat.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σάλαμις, Χῖος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.

Editiones quædam pro Χίος habent Ἴος. Anthologia Epigrammatum, pro *Rhodo* & *Salamine* ſubſtituit *Pylum* & *Cumam* vel *Ithacem*; ac tunc Epigramma illud hoc modo legitur:

Κύμη, Σμύρνα, Χῖος, Κολοφών, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Alias,

Σμύρνα, Χίος, Κολοφών, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Salamis autem non pro Inſula in ſinu Saronico, ſed pro Cypri urbe accipienda. Nam ut teſtatur Pauſanias in Phocicis p. m. 341. Οἰκειοῦσι δὲ καὶ τῆς Ὁμήρου Κύπριοι. Κύπριοι δὲ Θεμιστοῦ τε αὐτοῖς μητέρα εἶναι

εἶναι τ' τινα ἐπιχωρίων γυναικῶν λέγουσιν, ἢ ὑπὸ Εὔκλου προφητευθῆναι τὰ εἰς τὴν γένεσιν τοῦ Ὁμήρου φασὶν ἐν οἷς δε.

Καὶ τότ' ἐν εἰναλίῃ Κύπρῳ μέγας ἔσετ' ἀοιδὸς,
Ὃν τε Θεμιστὼ τέξῃ ἐπ' ἀγρῷ δῖα γυναικῶν,
Νόσφι πολυκλεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος.
Κύπρον γ' ἢ προλιπὼν, ἱεροῖς θ' ὑπὸ κύμασιν ὀρθεὶς,
Ἑλλάδος ἀρυχόρους μὲν καὶ πρῶτος ἀείσας,
Ἔσεῖ ἀθανάτοις, ἢ ἀγήραος ἤματα πάντα.

Cyprii vero (nam & hi ſibi Homerum vindicant, Themiſto indigenam Fœminam Homeri matrem fuiſſe dicunt: Euclum vero de ipſius ortu hiſce verſibus fuiſſe vaticinatum:

Fluctiſona in Cypro tunc Vatem dia Themiſto
Altiloquum pariet ditis Salaminos in agris.
Poſt habita hic Cypro, longe provectus in altum,
Grajugenum terras luſtrabit, carmine ſævos
Heroum caſus, & triſtia funera dicens,
Nec ſenium metuet inexorabile fatum.

Colophonii vero (citat locum hunc ut & ſequentem ex Auctore Agon. Heſ. & Homeri p. I. Marsham. p. m. 413.) *Locum, in quo narrant Homerum, literas docentem, Poëticæ exordia feciſſe, & primum conſcripſiſſe Margitem.* Et de Ithaca teſtatur Oraculum, *Divo enim Hadriano Imperatore Pythiam ſciſcitante, undenam eſſet Homerus, & quibus parentibus ortus,* Pythia carmine Hexametro ſic reſpondit:

Ἄγνωστον μ' ἐρεαὶ γένεῖ, ἢ πατρίδα γαῖαν
Ἀμβροσίης Σειρῆνος. Ἔδος δ' Ἰθακήσιός ἐστι·
Τηλέμαχος ἢ πατὴρ· ἢ Νεστορίη Ἐπικάστη
Μήτηρ· ἣ μιν ἔτικτε βροτῶν πολὺ πάνσοφον ἄνδρα.

Ignotam à me quæris generationem, & terram patriam
Ambroſiæ Sirenis: ſolo Ithacenſis eſt;
Telemachus illi Pater; & Neſtoria Epicaſte
Mater; quæ peperit hominum longe ſapientiſſimum.

His autem Fides maxime adhibenda eſt, dicit Agonis Auctor, tum

tum propter ſciſcitantem, tum reſpondentem; præterea quod ipſe Poëta carminibus progenitorem tam magnifice celebraverit. Hac autem de cauſa, in Epigrammate, *Ithace* in locum *Cumæ* ſubſtituitur. Concludimus nos, nihil certi de Homeri Patria poſſe affirmari, & hac in re cum Pauſania in Phocicis p. m. 341. dicimus: Ταῦτα ἡμεῖς ἀκούσαντές τε ἢ ἐπιλεξάμενοι τὰς χρησμὰς, ἰδίᾳ ἢ ἀδέναι αὐτῶν λόγον, ἔτε ἐς πατρίδα, ἔτε ὡς ἡλικίας Ὁμήρῳ γεγόμεν. *Hæc nos de Homero partim audivimus, partim etiam ex Oraculis quibusdam collegimus; nihil omnino, quod de ejus vel patria, vel ætate ſcribamus, certi ex nobis ipſis habentes.* Plinius natur. Hiſtor. lib. XXX. cap. II. in fine. *Apion Grammaticus retulit, ſe evocaſſe umbras ad percunctandum Homerum, qua Patria, quibusque parentibus genitus eſſet, non tamen auſus profiteri, quid ſibi reſpondiſſe diceret.* Interim tamen reprehenſione digna videtur hæc pſeudo-Sibylla, quod Homerum mendacii arguens, ſe Chium eſſe, non indicarit cujas eſſet. Qui alium mendacii reum facit, ſcit ille, aut ſaltem ſcire debet, qua in re mentiatur, & contrarium ejus quod aſſertum fuit novit. Quare igitur non indicavit nativitatis locum? ſe ipſam quidem tantopere amabat, ſed alium cui mendacii crimen impingit, amore tali & honore non dignata eſt. Secundum vulgare dictum, ſe gerere maluit, *Amor bene ordinatus à ſe ipſo orditur & incipit.* Quicquid fit, Homerum aliquando in Chio habitaſſe docemur à Thucydide, Hiſt. lib. III. ex Hymno Apollinis, in quo ſui ipſius meminit Homerus:

Τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ ἢ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ,

Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.

Quo modo autem Homerus & qua de cauſa in Chium transfretaverit, refert hoc exacte Herodotus in libello ſuo de vita Homeri p. m. 644. ubi multa alia, de Poëtæ hujus vita curioſus Lector reperire poterit. Chii autem magnos Homero detulere honores, ſive quod eorum civis fuerit, ſive quod apud illos habitarit. Nummos enim in Poëtæ hujus honorem & memoriam percuti curarunt, ectypum horum unum heic exhibere voluimus. Quinquennales etiam ludos in ejus honorem edebant: hoc exacto quolibet quadriennio Rhapſodorum Agonem celebrabant cum Sacrificiis, & num-



mis in eam rem percuſſis. Numiſmata autem Chiorum Homeri imaginem ferebant. Sic etiam Smyrnæi olim in Homeri honorem nummos percuti voluerunt. Ectypum unum aut alterum *hic* etiam addere placuit. Alterum Smyrnæorum nummorum ectypum inve-



nimus apud D. Sponium in ejus itinerario Tom. I. p. 447. ubi dictus D. Sponius rationem reddit, cur ab altero nummi latere exprimatur figura viri equum ducentis, nempe Homero fuiſſe junctam illam



ima-

imaginem ad memoriam viri alicujus qui curſu aut prælio aliquo equeſtri, illuſtrem ſe reddiderat. Multos alios honores Homero fuiſſe delatos, probari poſſe indubitanter affirmamus, verum brevitati ſtudentes, hæc tantum notabimus, nempe ſtatuas ei erectas, ſacrificia & templa illi fuiſſe oblata & dedicata, uti ex Scriptorum variorum relatu conſtat. De ſtatuis & templis teſtatur Strabo Geographiæ lib. XIV. p. m. 615. Ἔστι δὲ καὶ βιβλιοθήκη, καὶ τὸ Ὁμήρειον, σοὰ τετράγωνον ἔχουσα ΝΕΩΝ Ὁμήρου καὶ ξόανον. *Eſt* (Smyrnæ) *& Bibliotheca & Homerium, porticus quadrata, habens* TEMPLUM HOMERI & SIMULACRUM. Et paulo poſt: ἀνθρωπικῶς δὲ καὶ οἵτοι ἀφαιρέντος τοῦ ποιητοῦ. καὶ δὴ καὶ νομίσματι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. *Nam & hi* (Smyrnæi) *maxime hunc Poëtam ſibi vindicant: unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur.* Cicero-orat. pro Archia dicit Smyrnæos *confirmaſſe Homerum ſuum eſſe*, DELUBRUM *ejus etiam in oppido dedicaviſſe.* Ælianus variar. Hiſt. lib. XIII. cap. XXII. Πτολεμαῖος ὁ φιλοπάτωρ καταστησάμενος Ὁμήρῳ ΝΕΩΝ, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισε, κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις ἔστησε τὰς ἀγάλματα, ὅσαι ἀνθρωπικῶς τὸν Ὁμήρου; Ptolomæus Philopator, *exſtruens Homero* TEMPLUM, *eum decore fecit ſedentem, circum vero Simulacrum ſtatuit civitates, quæ Homerum ſibi vendicant.* Etiam ſacrificia Homero fuiſſe olim oblata teſtantur Scriptores: Aulus Gellius lib. III. cap. XI. ex M. Varrone in libro I. de Imaginibus, dicit, Homeri Imagini Epigramma hoc olim fuiſſe appoſitum:

Capella Homeri candida hæc tumulum indicat,
Quod hac Jetæ mortuo faciant ſacra.

Veteres editiones legunt hoc modo:

Capella Homeri candida hoc tumulum indicat,
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.

Alii putant hoc modo legendum:

Quod aræ Jetæ.

Vel ſic legendum exiſtimant alii:

Capra Jetæ.

Quod magis arridet, eligi poteſt à Lectore. Qui hujus Epigrammatis fuſam & eruditam cupiunt expoſitionem, legant quæ ad illud ſcripſerunt Hieronymus Magius, miſcellan. lib. III. cap. I. & Leo Allatius de Patria Homeri, cap. II. De Harpocratianis teſtantur Patres nonnulli, quod colerent Imagines Jeſu & Pauli, & HOMERI & Pythagoræ, adorando, incenſumque ponendo. Et quidni ſacrificia illi obtuliſſent? quandoquidem non ſolum Pagani, inter quos Silius Italicus lib. XIV. illum iis dignum affirmarunt:

— — — — *Meruit Deus eſſe videri,*
Et fuit in tanto non parvum pectore Numen.
Carmine complexus terram, mare, Sidera, Manes,
Et cantu Muſas & Phœbum æquavit honore.

Verum etiam SS. Patres, Juſtinus Martyr Cohortat. ad Græcos. Et Cyrillus Alexandrinus contra Julianum lib. I. Plura qui de Apotheoſi Homeri deſiderat, legere poteſt Viri Ampliſſimi & Doctiſſimi D. Cuperi tractatum quem anno præterito 1683. edidit de Apotheoſi vel conſecratione Homeri. Cœcum autem fuiſſe Homerum apud omnes conceditur, Sibylla autem noſtra ſuppoſititia illius cœcitatem prædixiſſe vult videri: at utrum cœcus ſit natus aut quomodo in illud incommodum inciderit, non refert, utpote quæ tum temporis æque incerta fuerit ac nos hoc noſtro; quicquid ſit, cœcum non fuiſſe natum, præter Vellejum Paterculum lib. I. cap. V. *quem* (Homerum) *ſi quis cœcum genitum putat omnibus ſenſibus orbus eſt*, docet nos Herodotus in de vita Homeri libello p. m. 638. Χρόνῳ δὲ ὕστερον τούτου ἐξελθοῦσα ἡ Κρηθηὶς μετ' ἄλλων γυναικῶν πρὸς ἑορτήν τινα ἐπὶ τὸν ποταμὸν καλούμενον Μέλητα, ἤδη ἐπίτοκος οὖσα, τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ δεδορκότα· ἐκ τούτου ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγένεα, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐπωνυμίαν λαβόντος. *Progreſſu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad feſtum egreſſa, juxta fluvium Miletem, cum partui jam vicina eſſet, Homerum peperit non cœcum, ſed videntem: nominavitque eum Meleſigenem, à fluvio videlicet prope quem editus eſſet.* Poſtea autem à cæcitatis calamitate Homeri ipſi nomen eſt inditum, hoc nos docente Herodoto in dicto de vita Homeri libello, p. m. 642. Καὶ ὡς οἱ τὰς ὁμήρους δόξῃ τρέφειν αὐτοῖς, ὅμηρον πολλάκις ἐκάλεσεν ἔξω-

σιν

σιν ; ἐντεῦθεν ἢ καὶ τ' ὄνομα Ὁμήρῳ ἐπενεχθῆναι τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορᾶς. Οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν ὡς τε παλαιότερον ὀνομαζομένους αὐτῷ Μελησιγενέος, τοῦτο γὰρ ἦν τ' ὄνομα Ὁμήρῳ. *Quod ſi ſemel* ὁμήρους, *hoc eſt cæcos, alendos ſuſciperent, futurum eſſet ut continuo turbam & multam & inutilem haberent. Atque hic primum Homeri nomen Meleſigeni inditum eſt, à cæcitatis videlicet calamitate; nam Cumani cæcos* ὁμήρους *appellant.* Habemus hic antiquiſſimum pariter ac doctiſſimum omnium Græcorum Scriptorem teſtem, illum non cœcum fuiſſe natum: ideoque notandum, magis nobis arridere debere illorum opinionem, qui hoc ei ex morbo contigiſſe putant: alii ex longa ſenectute illum malum hoc contraxiſſe exiſtimant. Ovidius in Ibin, apum aculeis excœcatum ſcribit:

Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus ſpicula condat apis.

Putant autem nonnulli Sibyllæ Autoritatem conciliari poſſe ex Pauſania. Dicit enim Corinthiac. lib. II. p. m. 50. Ἐκάκωτε ἢ καὶ περὶ Καρίαν, καὶ Λυκίαν τὰς πόλεις, καὶ Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος· ὥστε καὶ τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ ἐς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν. *Eodem vero caſu Cariæ & Lyciæ urbes magnis calamitatibus affectæ. Et Rhodus in primis inſula tam vehementer concuſſa eſt, ut Sibyllæ vaticinatio Rhodi ſit exitio comprobata.* Locus ad quem reſpexit Pauſanias, reperitur apud Pſeudo-Sibyllam lib. IV. p. m. 292.

Καὶ Σάμον ἅμμῳ ἅπασαν ὑπ' ἠιόνεσσι καλύψει.
Δῆλος δ' οὐκέτι δῆλος, ἄδηλα δὲ πάντα τὰ Δήλου.

Et paulo poſt:

Καὶ Σύβαρις πεσεῖται, καὶ Κύζικος, ἡνίκα γαίης
Βεβροσμένης σεισμοῖσι πίπτουσιν αἱ πόλεις.
Ἦξει καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.

Totaque littoreis Samus obducetur arenis.
At Delus, non jam Delus delebitur omnis.
Concidet, & Sybaris, & Cyzicus, oppida quando

Laben-

Labentur magno terra ferveute tremore.
Et Rhodiis clades veniet poſtrema, ſed ingens.

Et libro VIII. p. m. 375.

Ἦξέ ἡ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.

Et paulo poſt:

Ἔσται ἡ Ῥώμη ῥύμη, ἡ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Σάμος ἄμμος.

Roma ruet: Delus nuſquam deleta patebit,
Fiet arena Samus. — — — —

Eadem repetit pſeudo-Sibylla lib. III. p. m. 244.

Ἔσται ἡ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται ἡ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Ῥώμη ῥύμη

Fiet arena Samus: Delus deleta latebit:
Fiet Roma ruina.

Ex hoc Pauſaniæ loco, quid extundere poterunt Sibyllarum patroni? Non enim meminit terræ motus futuri, ſed ejus qui jam dudum ante evenerat: nempe ſub Auguſto Imperatore quo tempore Tiberius illam aliquatenus reſtauraverat, utpote qui per aliquot annos in illa Inſula habitavit, ejusque curam in ſe ſuſcepit, atque hinc in Antiphili Epigrammate adulatorio, Tiberium & ſolem paria Rhodo Inſulæ beneficia contuliſſe legimus. Solem enim ἐξ ἀφανῆς eam Inſulam produxiſſe, Tiberium vero jam fere extinctam atque iterum εἰς ἀφανὲς redactam, reſtituiſſe, atque inſtauraſſe. Antiphili autem epigramma ſic habet:

Ὡς πάρος ἠελίῳ νιῷ Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβέννυμήν με νέα καταφώτισεν ἀκτὶς
Ἅλιε, καὶ σοὶ φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἶπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὅς μοι ἔδειξεν
Ἐξ ἀιδοῦς, ὅς δ' ἤδη ῥύσατο δυομήν.

Sibylla

Sibylla autem mentionem facit terræ motus futuri quando Ῥώμη erit ῥύμη, circa deſolationem urbis Romæ, quæ certe hactenus viſa non fuit, ideoque exſpectandum erit uſque ad Romæ devaſtationem, quæ quando futura ſit, hactenus nondum vidit aut docere potuit quiſpiam. Quo fundamento potuit aſſerere Pauſanias? *Rhodus inprimis Inſula tam vehementer concuſſa eſt, ut Sibyllæ vaticinatio Rhodi exitio ſit comprobata?* illo enim terræ motu non fuit Sibyllæ prædictio comprobata, audiamus autem Sibyllam ipſam libro VIII. p. m. 375.

Ὁππόταν ἐξ Ἀσίης κρατέων ἔλθῃ σὺν ἄρηϊ
Ταῦτα δὴ πάντ' ἔρξας, ἥξει κρίπιθεν ἐς ἄστυ.
Τεὶς δὴ τεσσαρακοντὰ καὶ ὀκτὼ
Πληρώσεις λυκάβαντας, ὅταν σοι δύσμορον ἥξῃ
Μοῖρα βιαζομένη, τὸν ἴνομα πληρώσασα.

Et paulo poſt uti ſupra allegavimus,

Ἔσται καὶ Ῥώμη ῥύμη, &c.

Ex Aſia quando veniet cum Marte potenti,
Omnibus his factis veniet ſublimis in urbem.
Porro quater decies complebis, terque trecentos
Annos, atque octo, cum te pertingere metam
Triſtia fata, tuo completo nomine, cogent

Hinc itaque Judicioſus Lector evidenter concludere poteſt, Sibyllam loqui de longe alio terræ motu quam de illo cujus Pauſanias meminit, hic enim de præterito, Sibylla autem de futuro circa mundi finem, quando Roma, completa annorum 948. periodo, à Nerone ex Perſia reduce, adeo devaſtabitur, ut Ῥώμη futura ſit ῥύμη. Atque hinc quivis conſpicere poteſt, quam inconcinne Pauſanias ex illo terræ motu concludat, Sibyllæ Vaticinationem Rhodi exitio fuiſſe comprobatam, quoniam anterioris terræ motus faciat mentionem. Rogamus ſedulum noſtrum Lectorem, notare dignetur, hæc jam ex Sibyll. lib. VIII. adducta carmina à Chriſtianis pro vere Sibyllinis evulgari, cum tamen ab ipſis Paganis ante Chriſtum, pro ſpuriis & ſuppoſititiis fuerint habita. Audiamus hac de re Dionem libro LVII. p. m. 705. Λέγουσί τινες καὶ Σιβύλλειον, ἄλλως μὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ πρὸς-

προσῆκον, πρὸς ἣ παρόντα ἀδόμενον, οὐκ ἠσυχῇ σφᾶς ἐκίνει, ἔλεγε δὲ ὅτε,

Τρὶς ἢ τεττασίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις, αἱ Συβαρίτις
Ἀφροσύνη. — — —

Ὁ δὲ Τιβέριος ταῦτά τε ἔφη ὡς ἐς ψευδῆ ὄντα διέβαλλε, καὶ τὰ βιβλία πάντα μαντείαν τινὰ ἔχοντα ἐπεσκέψατο· καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκλινε, τὰ δὲ ἐνέκλινε. *Neque parum movit animos hominum Oraculum quoddam pro Sibyllino habitum, nihil quidem ad urbis istæc, sed ad noſtra tempora pertinens, in hanc ſententiam:*

Aſt ter trecentum revolutis protinus annis
Roma inteſtina perdetur ſeditione,
Luxus & exitium Sybariticus afferet urbi.

Hoc carmen Tiberius ut falſum cavillatur, omnes libros, qui Vaticiniorum aliquid continerent, inſpexit, & ex iis alios ceu nullius momenti, reprobavit; alios in probatorum numerum recepit. Pudeat ergo Chriſtianos pro veris & genuinis Sibyllarum Oraculis venditare; & literatis obtrudere, quæ etiam ipſi Gentiles pro adulterinis & ſpuriis habuerunt. Notemus etiam Paganos ipſos aliter applicaſſe hos verſus ac ipſa Sibylla applicavit. Audiamus hac de re differentem eundem Dionem vel potius illius abbreviatorem Xiphilinum. Ὁ μέντοι δῆμος οὐκ ἔσιν ὅτε καὶ τῆς Νέρωνος ἤρξατο, τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ μὴ ὑποκλέπτων, ἄλλως δὲ διὰ τοῖς τὴν πόλιν ἐμπρήσασι καταρώμενοι, καὶ μάλιστα ὅτι αὐτὸς ἡ μνήμη τῆς λοιμοῦ καὶ τοῦ Τιβερίου ποτὲ ἀοιδέν ἐθορύβει· ἰδοὺ δὲ τοῦτο.

Τρὶς ἢ τεττασίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις.

Ἐπειδή τε ὁ Νέρων παρεμυθέμενος αὐτὸς, ὡδαμοῦ ταῦτα τὰ ἔπη ἔφατο ἔλεγε, μεταβαλόντες ἕτερον λόγιον, ὡς καὶ Σιβύλλειον ὄντως ὂν, ἤδον. ἦσι δὲ τοῦτο,

Ἔρχεται Αἰνειαδῶν μητροκλόνος ἡγεμονεύσων.

Καὶ ἔχειν ἔτως, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς θεομανείᾳ τινὶ προλεχθὲν, εἴτε καὶ τότε

πότε ὑπὸ ϛ ὁμίλϛ θεὸς τὰ παρόντα θεσπέσιον. *Tum populus Neroni omnia mala precari: non quod nomen ejus nominaret, ſed quod execraretur eos, qui urbem incendiſſent. Imprimis omnes commovebat recordatio oraculi, quod decantatum fuerat Tiberii temporibus. Id erat,*

At ter tercentum revolutis protinus annis,
Roma inteſtina perdetur ſeditione.

Quumque Nero, populi conſolandi cauſa, hos verſus nuſquam repertos eſſe diceret, mutata ſententia, aliud oraculum, ut vere Sibyllinum canere cæperunt.

Ultimus Æneadum matrem necat induperator.

Id quod accidit, ſive vere prædictum Divino Oraculo, ſive tunc à plebe, quaſi Divino inſtinctu de præſenti rerum ſtatu prolatum. Vides igitur, benevole Lector, quam imbecilli nitantur fundamento illi, qui hos octo Sibyllinorum Oraculorum libros genuinos exiſtimant, cum videamus ipſos Gentiles nonnulla confinxiſſe carmina quæ tanquam à Sibylla prolata falſo jactitarent, atque illa ab his hoc, ab aliis vero illo modo applicata. Plura de hac materia ſcripſimus ante, ubi demonſtravimus, etiam à Paganis omnia illa carmina, quæ Sibyllarum geſtabant nomen, pro authenticis & genuinis non fuiſſe agnita. Si quis de hac re plene velit informari, adeat Ciceronem lib. II. de Divinatione, Vopiſcum de Aureliano, Zoſimum lib. II. Tacitum lib. VI. Annalium, Suetonium in vita Auguſti Cap. XXXI. aliosque quam plurimos: ex his quæ jam retulimus facile diſcernere poterunt quicunque exacte rem perpenderint, Tertulliani σφάλμα, lib. de pallio, ſic loquitur Scriptor, alias doctiſſimus: *Mutat & nunc localiter habitus, cum ſitus læditur: cum inter Inſulas nulla jam Delus, harenæ Samos, & Sibylla non mendax.* Certe quam male ex Sibylla tanquam veriloqua, conentur probare nonnulli Tertullianum Deli ac Sami inſularum interitum, (jam viſum illo tempore quo hæc ſcriberet Auctor) futurum exiſtimaſſe, pateſcet ex eo quod ipſe teſtatur in Apologetico, cap. XL. p. m. LXX. loquens de illis Inſulis tanquam devaſtatis: *Oro vos,* inquit, *ante Tiberium, id eſt ante Chriſti adventum, quantæ clades orbem & urbem ceciderunt? Legimus Hierapolim, &*

Delon, & Rhodon, & Coon inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe. Scivit ergo Tertullianus Delon motu terræ vaſtatam, atque factam ἄδηλου, ſed quod id tanquam à Sibylla prædictum judicet aut ſaltem judicare videatur, hoc plane eſt erroneum. Dicit porro, *& Sibylla non eſt mendax*, certe ex hac ipſo deprehendere poterat mendacem & mentitam eſſe Sibyllam, illa enim dicit, Δῆλον ἄδηλον futuram, illo tempore quo Ῥώμη ῥύμη ſit futura, atque hoc eventurum in fine mundi, cum tamen mala illa quæ futura prædicit jam inſulis eveniſſent, nec tamen hactenus Ῥώμη fuit facta ῥύμη. Romam plane delendam aliquando, diſcimus ex Apocalypſi, ſed vaſtationem illam, circa mundi finem futuram docent nos Theologi Apocalypſeos expoſitores, ut & ipſa pſeudo-Sibylla: ideoque non bene explicant Tertullianum illi qui putant, Scriptorem mentionem facere talium malorum quæ Scriptoris illius ætate nondum evenerant, ſed futura eſſent aliquando ſecundum Sibyllæ non mendacis prædictionem. Illum autem ſcribere tanquam de re facta, quamvis non eveniſſet illo tempore, quoniam infallibiliter ex Sibyllæ Vaticinio evenire debebat, atque hinc illum, de Sibyllæ Veracitate perſuaſum, tam confidenter aſſerere, nullam jam Delon inter Inſulas, & arenas eſſe Samum: ſed hæc expoſitio eſt violenta & ſcopo Scriptoris contraria. Intendebat enim probare contra Gentiles, mala quæ mundo immittebantur, non procedere à Chriſtianis, eorumque Religione, ante Chriſtum enim talia mala accidiſſe narrat, uti ex loco ex Apologetico ſupra laudato liquido conſtat: argumentum hujus Scriptoris quo pacto ſtringeretur adverſus Gentiles? ſuſtinebant illi poſt natum Chriſtum, & propter Religionem Chriſtianam, quam plurimas orbi calamitates immiſſas. Hoc ut refellat Tertullianus, meminit cladium illarum, quæ orbi & urbi Romæ acciderunt ante Servatoris Nativitatem, & ante ſtabilitam Religionem Chriſtianam: illo tempore quo Delus, Rhodus, Hierapolis, motu terræ perierunt, non erant nec reperiebantur Chriſtiani, uti ergo tum temporis etiam clades magnæ & multæ conſpiciebantur, ſic etiam nunc poſſunt à Deo immitti mala maxima, quæ Chriſtianis non magis debent imputari, quam illo tempore, quo nondum exiſtebant. An non deridendum ſe propinaſſet Paganis Tertullianus, ſi probare annitens, Chriſtianis cladium cauſam non eſſe adtribuendam, mentionem faceret malo-

malorum quæ poſt exortos Chriſtianos mortalibus acciderúnt? & quæ à Sibylla ut ventura prædicebantur, & quæ nullam futuritionis aliam haberent certitudinem, quam quod de illis Sibylla *non mendax*, ſit vaticinata? certe quivis hoc facili negotio animadvertet. Cæterum diſſimulare nolumus, Tertullianum etiam hoc modo poſſe explicari, quo pateat ipſum nullo modo fuiſſe mentitum aut contra Veritatem quidpiam ſcripſiſſe. Dicit enim *inter Inſulas nulla jam Delos, harena Samos.* Certo certius eſt illo tempore quo pater hic hæc ſcribebat, quoad Delon & Samon verum fuiſſe quod aſſerit. Delos enim & Samos maxima ſui parte motu terræ conciderant & habitatoribus deſtitutæ erant, uti & Rhodos, & Coos, & Hierapolis tempore Auguſti vaſtatæ erant: Poëtæ illius temporis clades illarum verſibus ſuis deplorant: inter alios Antipater Theſſalonicenſis & Alpheus, quorum Epigrammata heic etiam apponemus. Hoc modo loquitur Antipater Theſſalonicenſis:

Εἴθε με παντοίοισιν ἐπι πλάζεσι ἀήταις,
Ἢ ληιτοῖ ῥιῶσι μαΐαν ἁλωομένῃ.
Οὐκ ἂν χητοσύνῃσι κλαῖον τόσον· οἳ ἐμὲ δειλὴν,
Ὅσσαις ἐλλιώων νηυσὶ πορθαπλέομαι;
Δῆλε ἐρημαίη, τὸ πάλαι σέβας, ὀψέ σοι ἦρη
Δητῶς ἀλλ' οἰκτρῇ πλὴν σ' ἐπέθηκε δίκῃ.

Refert Pauſanias in Laconicis p. m. 106. Δῆλον εἰς ἔδαφος καταβεβλημένην à Menophane Mithridatis copiarum duce, *ſolo æquatam.* De illa vaſtatione intelligendum eſt hoc Antipatri Epigramma. Hoc autem modo Alpheus Epigrammatarius Delon non amplius exſtare ſcripſit:

Κλεινὴν σὲ ἀποφημί, σε γὰ περιπάροιθεν ἔθηκαν
Κλήζεσι πλωτοὶ πλῶτε βορηϊάδαι.
Ἀλλὰ νῦ ὀρτυγίην ἔιχε κλέος, ὄνομα δ' αὐτῆς
Ἤρχετο Ῥιπαίων ἄχρις ὑπερβορέων.
Νῦν δ' σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' οὐκ ἔτ· τίς κεν ἐώλπει
Ὄψεσι πλὼς Δῆλον ἐρημοτέρην.

Hinc igitur clariſſime patet, Tertulliani tempore verum fuiſſe, *nullam*

lam tum *fuiſſe Delon*, non quod velit plane terræ motu abſumptam fuiſſe Delon, ſed tantum quoad Incolas & ædificia fuiſſe Delon vaſtatam, adeoque nullam: alioquin & hoc noſtro tempore ſub Turcarum Imperio ſuperſtites reſtant hæ Inſulæ: ideoque etiam Tertulliani tempore extitiſſe credendum eſt. Lubet etiam heic ad examen revocare Antonii Poſſevini Jeſuitæ ſuper hac re ſententiam: etiamſi hic conſpexerit Sibyllinorum Oraculorum fraudes, maluit tamen corrupta eſſe hæc pſeudo-Sibyllina Oracula aſſerere, quam ingenue fateri, uti res eſt, eſſe ſuppoſititia: de illis præcipue intelligimus Oraculis, quæ de Chriſto ſunt prædicta, tota enim quanta illa plane eſſe ab otioſis & malæ fidei hominibus conficta, & nunquam à Sibyllis dictata, conſtanter aſſerimus, atque aliquatenus nos jam demonſtraſſe exiſtimamus. Ne autem patres Jeſuitæ conquerantur injuriam ullam fieri Poſſevino, ejus opinionem ipſius verbis ex Apparatu ſacro deſcriptam, prout ſub titulo Sibyl. reperimus, referemus. Hoc modo loquitur Jeſuita: *Ex patribus vero & reliquis Eccleſiaſticis Scriptoribus nullam Sibyllam Moyſe fuiſſe veteriorem ut intelligatur, ſi quid in Oraculorum Sibyllarum nomine evulgatorum, octo libris comprehenſorum ſcriptis, reperiatur quod Moyſis ætatem anteceſſerit, id commentitium & falſum fuiſſe, nimirum à Satana invectum, ut Veritati immixta falſitas, eandem Veritatem aliorum temporum ſuſpectam redderet. Quale id* lib. III. verſ. 236. *Quod Sibyllæ de Moyſe Vaticinanti, & Diluvium prædicenti tribuit. Quum item ſcriptum ipſam Sibyllam, una cum ſuo conjuge, ſocero, ſocru, leviribus & aliis in undis tempore Diluvii fuiſſe jactatam, atqui & hæc ipſa, quæ ſub nomine Oraculorum prolata ſunt in lucem, patet ipſa fuiſſe conſcripta mille quingentis annis poſt Græcorum Imperium, cujus initium, ſive ab Argivorum, ſive à Sicyoniorum, ſive ab Athenienſium Regno, de Moyſe, de Regno Salomonis, de Imperio Macedonum, de quatuor Monarchiis ſumatur, vana erunt atque poſt res geſtas hæc, quæ Vaticinia dicuntur. Minus quoque vera agnoſcentur, ſi poſt Moyſem Græcorum Regnum inceperit. Ab exitu enim Moyſis & Iſraëlis ex Ægypto, usque ad everſionem adminiſtrationis, ſive Reipublicæ Judæorum ſub Veſpaſiano, numerantur mille octoginta duo anni. Quid quod* lib. V. p. 332. *aſſerit Sibylla ſe alterum incendium ædis Veſtalis vidiſſe. Hoc autem, Euſebio in Chronicis teſte, contigit anno centeſimo nonageſimo nono ſub Imperatore Commodo: tunc enim ea ædes Veſta-*

lis

lis & Palatium, & plurima pars urbis conflagravit: cum primum incendium acciderit Olympiade CXXXIV. *Quamobrem non ante Chriſtum natum, ſed multo poſt talis Vates (ſi Vates dicenda ſit,) Vaticinata eſt, neque vero ultra Commodum extenditur, quippe poſt Adrianum, tres Imperatores (ſcilicet Antoninum Pium, Antoninum Philoſophum, & Commodum) Regnaturos dicit* p. 304. lib. VIII. *Præterea cum conſtet ex Lactantio Firmiano* lib. I. cap. VI. *Singulas Sibyllas ſingulos libros ſcripſiſſe, unius tamen credi, quoniam Sibyllæ nomine circumferuntur, neque diſcerni, ac ſuum cuique propter confuſionem aſſignari poſſe, niſi Erythrææ, quæ & nomen ſuum verum, carmini inſeruit, & Erythræam ſe nominat: Erythrææ autem is eſt, qui in libris illis tertium locum tenet. Primi libri Author ſe finxit nurum Noæ fuiſſe. Secundum & Septimum adſcribit ſibi ſcortum impudiciſſimum* p. 360. *Cum alioquin veræ Sibyllæ caſtæ & Deo plenæ fuiſſe à Veteribus Authoribus ferantur. Quintum librum ſibi vendicat Iſidis ſoror. Cæteri ſub incertis Authoribus emiſſi ſunt.* Hactenus Ant. Poſſevinus: ad hæc ejus verba præter Doctiſſ. Blondelli obſervationes heic adferemus noſtras. Recte certe Judicat Poſſevinus, nec Sibyllam nec ullum alium Scriptorem, Moyſe antiquiorem eſſe. Hoc aſſeruit olim Juſtinus Martyr in cohortatione ad Græcos, aliique tam Veteres quam recentiores: & ſi curioſus Lector plura de Antiquitate Moſis legere deſideret, præter Joh Henrici Urſini procœmium ad lib. de Zoroaſtre Bactriano, legere poterit quæ etiam habet Chriſtophorus Arnoldus in ſuo ſpecilegio, in principio. Deinde non Moyſes; uti ſcribit Poſſevinus ſed ipſe Noa introducitur Diluvium prædicens, quod multo audacius eſt, uti bene obſervavit D. Blondellus. Qui etiam & hunc Poſſevini notavit errorem. Dicit enim *ab exitu Moyſis & Iſraëlis ex Ægypto usque ad everſionem adminiſtrationis, ſive Reipublicæ Judæorum ſub Veſpaſiano, numerantur mille octoginta duo anni.* Imo, inquit Doct. Blondellus ab exitu Iſraëlis ex Ægypto usque ad captam Hieroſolymam per Titum mille ſexcenti anni completi numerantur, quingenti & octodecim plures quam exiſtimabant nonnulli. Putat Poſſevinus (multi etiam alii hanc fovent ſententiam) Sibyllam affirmare ſe vidiſſe ſecundum incendium ædis Veſtalis, at vero Blondellus putat debere illud incendium intelligi de ultimo incendio Templi Hieroſolymitani, quod bis conflagravit, templum hoc, inquit, vocatur πάλαι πεπυρμένον οἶκον.

Sibyl-

Sibyllæ verſus ſic ſonant lib. V. p. m. 332. Romam autem alloquitur.

Ἔσβεσται ποθὲ σεῖο πάλαι πεποθημένον οἶκον.
Ἡνίκα δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπῇ μέλπον οἶκον
Πρωηδὸν, πυρὶ πεφλεγόμενον ἀφ' χειρὸς ἀνάγνῳ,
Οἶκον ἀεὶ θάλλοντα, θεῷ τετιμένα ναὸν.
Ἐξ ἁγίων γεγαῶτα, καὶ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα.

Extincta eſt iſthic ædes peramabilis olim,
Tum, cum præcipitem flamma ſuperante ſecundam
Vidi labentem manibus crudelibus ædem,
Ædem perpetuo florentem: numine templum
Auguſtum, à Sanctis ſtructum, ſemperque futurum.

Hanc ſupponit (inquit Blondellus) Chriſtum è cœlo venturum reſtauratum; cum ipſa urbe Hieroſolyma, ut in illa glorioſe Regnet: manifeſtum hoc eſt argumentum, etiamſi (minitans Romæ totalem & finalem ruinam) ſcribat eodem loco citato:

Οὐκέτι γὰρ ποθὲ σεῖο τὸ φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κῆραι πῦρ ἔνθεον ὑφήσουσιν.

Non jam perpetuo ſervatas fomite flammas
Virgineæ invenient in te, Diasque puellæ.

Non tamen vidit nec prævidit incendium, quod Commodi anno duodecimo accidit, qui erat annus 191. Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed collimavit ad Sancti Johannis Vaticinium, quod dicit Apocalypſeos cap. XVIII. vers. VIII. Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός· καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται. *Ideo una die venient ejus plagæ, mors & luctus & fames: & igne exuretur.* Adeo ut crediderit quod fruſtra ibi quærerentur ignis Veſtalis, aliaque ſui Paganiſmi monumenta. Imo (proſequitur porro Blondellus) ſi deſignare intendit incendium quod ſub Commodo accidit, vere non potuiſſet nominare *ſecundum*, quoniam præter primum, cujus Dionyſius Halicarnaſſæus meminit, lib. II. quod accidit ſub conſulatu Grachi & Faltonis, anno tertio centeſimæ trigeſimæ quintæ Olympiadis, & Romæ quingenteſimæ decimæ ſextæ, & aliud ſecundum

dum extitit, cujus mentionem facit Tacitus lib. XV. Annalium (p. m. 365.) Sub conſulatu Baſſi & Craſſi, anno quarto ducenteſimæ & decimæ Olympiadis, qui erat Romæ octingenteſimus decimus ſeptimus, Servatoris noſtri ſexageſimus quartus, & Neronis undecimus. Addit itidem Blondellus, non ſolum ultra Commodum non extendit ſe Sibyllinorum Oraculorum Auctor, verum manifeſte ſubſiſtit in Marco Aurelio & Lucio Vero, quem ultimum remanſurum, utpote ſeptem annis natu minorem, exiſtimavit: poſt illum, cujus nomen incipit per T nota numeri trecentenarii *Trajanum*, alius regnabit, homo cujus caput erit Argenteum, vel uti loquitur lib. VIII. qui erit πολιόκρανος hoc eſt canis obſitum, illiusque nomen de mari, ſcilicet Adriatico, ſumetur. Audiamus ipſam Sibyllam:

Ὅς τε τελησθείης κεράης λάχεν ἔντυπον ἀρχὴν
Κελτὸς ὀρειοβάτης ποδὸς ὄπι δῆριν ἐῶσαν.
— — — — Μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνὴρ τῷ δ' ἔσεται ὄνομα πόντος.
Ἔσσῃ γ' Παναρίστος ἀνὴρ, γ' Πάντα νοήσει.
Καὶ ὄφρά σοι παναρίστε πανέξοχε κυανοχαῖτα,
Καὶ ὄφρὰ σοῖσι κλάδοισι τὰ δ' ἔσεται ἤματα πάντων,
Τρεῖς ἄρξουσιν, ὁ δ' τρίτος ὀψὲ κρατήσει ἁπάντων.

— — — *Cui dat nota tricenaria nomen,*
Gallus montivagus, properans Orientis ad arma.
Poſt hunc argento galeatus nomine Ponti.
Dictus Regnabit: vir is optimus, omnia noſcet.
Atque hæc, cæruleis ſub te inſignite capillis
Optime, ſubque tuis excellentiſſime ramis
Omnia tempora erunt. Tres rerum ſumma tenebunt,
Omnibus ac tandem potietur tertius ille.

Item lib. VIII. p. m. 367.

Τὸν μὲν τρεῖς ἄρξουσι πανύστατον ἦμαρ ἔχοντες,
Οὔνομα πληρώσαντες ἑπτακρανίοιο θεοῖο,
Οὗ τὸ κράτος νῦν, γ' εἰς τοὺς αἰῶνας ἅπαντας.

Post hunc regnabunt tres, ultima tempora habentes,
Implebuntque Dei cœlestis nomina, cujus
Imperium nunc est, & tempus in omne manebit.

Hæc ut melius intelligantur, hoc modo exponit Blondellus, *subque tuis excellentissime ramis*, hoc est, sub filiis tuis adoptivis. *Tres rerum summa tenebunt*, scilicet, Antoninus, Marcus & Lucius, *ac tandem tertius*, nempe Lucius & lib. VIII. *post hunc*, id est Adrianum, *implebuntque*, &c. hoc est vocabuntur *Antonini*, vel nostro pronuntiandi modo, *Andonini*, scilicet à nomine *Adonai* & *Adonim*, nempe Antoninus Pius, Antoninus Philosophus, & Lucius Verus Antoninus. Quem, utpote minorennem, duobus prioribus supervicturum putavit, atque illorum facultates possessurum, & vitam prorogaturum usque ad Romæ annum 948. vel ad Servatoris nostri 195. quo ætatem 67. annorum attigisset: non prævidens Lucium Sanitatis adeo prodigum futurum ut in flore ætatis moreretur, medio Hyemis tempore inter annos 169. & 170. Quod vero Doctiss. Blondellus illam secundam conflagrationem, non intelligendam esse de templo Vestæ, verum de templo Hierosolymitano existimat, per nos licet, gaudeat suo Judicio, nos tamen hac de re Possevino litem movere nollemus, quoniam aliquo modo de illa loqui velle videtur Auctor horum Oraculorum. Dicit enim, uti ante notavimus,

Non jam perpetuo servatas fomite flammas
Virgineæ invenient in te, diasque puellæ.

Deinde concedatur, Sibyllam vidisse secundum ædis Vestæ incendium, certe nihil mali inde orietur, imo tanto splendidius ejus apparebit mendacium. Dicit enim se fuisse cum Noa in Arca tempore Diluvii, & vidisse se secundum Hierosolymitani templi incendium non solum, (secundum Blondellum,) verum etiam alteram ædis Vestæ conflagrationem conspexisse, secundum alios, atque hoc pacto tanto evidentius patet illam mentitam esse, cum asserit se secundam Vestæ ædis desolationem vidisse. Ad illa quæ ex Lactantii libro primo cap. VI. citat Possevinus, annotavit Blondellus, etiamsi præjudiciis sui temporis abreptus fuerit Lactantius, ab Antiquis, adeo inter

inter Gentiles celebribus Sibyllis, profecta fuiſſe hæc quæ nunc extant Oracula exiſtimans, miſere tamen fuit deceptus, uti dilucide conſtat ex eo quod illas putat fuiſſe Caſtas & Virgines & etiam pro talibus habet, cum hæ fateantur ſe adulterii & fornicationis vitiis conſpurcatas, uti fuſius ſupra notavimus. Putat etiam fuiſſe Divinitus inſpiratas, quæ opinio quam bene poſſit talibus Sibyllis applicari, quæ præter jam notata ſcelera etiam multis hæreſibus & ſententiis inſulſis, Idololatria, &c. fucre inquinatæ, Lectori perpendendum relinquimus, & hanc opinionem de illis non poſſe foveri, ex iis quæ poſtea adducemus, luce meridiana clarius probabimus, Deo dante. Notandum etiam, tertii libri Auctorem, nolle ſe credi fuiſſe Erythræam Sibyllam, ſed Noachi nurum, Babylone in Græciam profectam, hæc ſunt ipſius verba, in fine libri tertii:

Ταῦτα σοὶ Ἀσσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μητρὸς
Οἰχρομανὴς ἀπέλιπεν, &c.

Hæc ſunt quæ moneo Aſſyria Babylone profecta, &c.

Et paulo poſt:

Καὶ καλέσει βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδ' ἄλλην,
Ἐξ Ἐρυθρῆς γεγαῶν, αἰναιδέα, &c.

Et tamen ex alia patria me Græcia dicit,
Ex Erythra natam, poſitique pudoris — —

Fallitur porro Poſſevinus, ſolum librum primum adtribuens nurui Noachi, cum certum ſit ex iis quæ jam attulimus, etiam tertium illi aſſignandum, imo putamus octo omnes à fraudulentis impoſtoribus promanaſſe. Lib. ſecundo & ſeptimo in fine, deſcribuntur ſcelera & ſpeciatim fornicationes & adulteria quibus ſus illa impura, ſe pollutam fatetur, hæc autem tanquam nurus Noachicæ κριτήρια quibus dignoſcatur libro tertio recenſentur: αἰναιδέα enim me dicent & vocabunt, inquit illa. Hiſce itaque, aliisque quas poſtea allegabimus, rationibus moti, aſſerimus conſtanter, non uti vult Poſſevinus, fuiſſe, interpolata & corrupta Oracula hæc quæ ſub Sibyllarum nomine circumferuntur, ſed eſſe plane ſuppoſititia & ab otio-

ſis hominibus confícta, præſertim illa omnia quæ de Chriſto aliisque Religionis Chriſtianæ myſteriis, mentionem faciunt. Falſiſſimum enim eſſe contendimus, à Sibyllis Paganis fœdere Dei excluſis, potuiſſe proficiſci talia quæ nec Apoſtoli ipſi poſt rerum eventum, clarius conſcribere potuerunt: præcipue vero diſplicet illa ſententia, Sibyllas illas Dei Spiritu fuiſſe actas. Et quam futilis illa ſit, cum bono Deo, oſtendemus: lubet & hæic nonnulla addere quæ Sibyllas in genere ſpectant. Dicunt fere omnes Græca Lingua fuiſſe ſcripta hæc Oracula: quamvis etiam reperiantur nonnulli qui Latine ſcripta aſſerant, quoniam Romanis, Latinis, inſerviebant. Inter alios & Xyſtum Betuleium illius opinionis patronum deprehendo. In præfatione epiſtolis ſuis ad Oporinum præfixa: quaſi vero Lingua Græca Romanis non fuerit familiaris, hac etiam exiſtimamus de cauſa B. Apoſtolum Paulum ad Romanos & ad Hebræos exaraſſe ſuas Epiſtolas Lingua Græca, quandoquidem Romanis tum temporis Lingua illa eſſet maxime familiaris, uti & hoc multis oſtendi poſſet, ſi Inſtituti noſtri hoc foret: imo & inter Judæos ipſos varias Regiones incolentes, magis erat recepta Lingua Græca quam ipſa Hebræa, ut teſtantur Hiſtoriæ. Judicamus nos non opus eſſe ut operoſe inquiramus, qua Lingua ſpuria hæc Oracula ſint conſcripta, Gentiles enim & Chriſtiani qui nonnunquam eorum meminerunt, Græce illa allegant. Supponemus itaque nos, ea Lingua fuiſſe conſcripta, qua nobis nunc apparent: attamen illam Sibyllam Græce ſcripſiſſe in Arca Noæ, vel ante fundatum Græcorum Imperium, pernegamus, imo nequidem potuiſſe, affirmamus conſtanter. Tempore Noachici Diluvii unica tantum erat Lingua duravitque hoc usque ad conſtructionem turris Babylonicæ, hoc nos ſic docente Moſe, Geneſ. XI. vers. I. quæ certe non erat Græca, utpote multo tempore poſterior. Unicam tantum hominibus Linguam fuiſſe ante Babylonicam ſic dictam Linguarum confuſionem, docent nos præter Patres, etiam Rabbini Judæi, imo etiam ipſi Gentiles. Auguſtinus de Civitate Dei lib. XVI. cap. XI. in principio: *Nam & ante Diluvium una erat Lingua.* Et paulo poſt: *Non defuit domus Heber, ubi ea, quæ antea fuit omnium, Lingua remaneret.* Item *quia ergo in ejus familia remanſit hæc Lingua, diviſis per alias Linguas cæteris Gentibus, quæ Lingua prius humano generi non immerito creditur fuiſſe communis, ideo deinceps Hebræa*

bræa eſt nuncupata. Etiam paulo poſt: *Quando autem erat una, nihil aliud quam humana Lingua, vel humana locutio vocabatur qua ſola univerſum genus humanum loquebatur.* Indicat autem interpres Hieroſolymitanus Linguam illam unicam fuiſſe Hebræam. והוון כל דרייא דארעא לישן חד וממלל הד ו צא הרא ארנכם בלישן קודשא הוו ממללין דנה אתברי עלמא מך ש׳ויא: *Et omnes incolæ terræ Linguæ unius erant, & ſermonis unius, & conſilii unius, quippe Lingua Sancta loquebantur; qua eſt creatus mundus à principio.* Eadem fere, dicit Jonathan in Paraphraſi. Et R. Shelemo Jarchi: *Labium unum eſt Lingua Sancta*, ſic etiam Aben Ezra: *Labium unum, ſignificat Linguam unam, quæ mihi videtur fuiſſe Lingua Sancta.* Abydenus autem Ethnicus, apud Euſebium Chron. p. m. 13. Ejusdem rei mentionem injicit: Τέως ἦ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύφθοον φωνὴν ἐνείκαθε. *Cum vero ad id temporis homines unius Linguæ fuiſſent, Linguam diverſam ipſis à Diis eſſe immiſſam.* Lubet & heic addere locum ex Joſepho, quem nonnulli lib. I. contra Appionem reperiri ſcribunt, cum inveniatur lib. I. Antiquit. Judaic. cap. V. In noſtra quam habemus verſione Latina, in Græco autem noſtro exemplari legitur cap. VI. hoc modo: Περὶ ἧ ἕ πύργε τέτε ἢ τ ἀλλοφωνίας τ ἀνθρώπων, μέμνηθ ἢ Σιβύλλα, λέγεσα ὅτως, πάντων ὁμοφώνων ὄντων τ ἀνθρώπων, πύργον ὑψηδόμησαν τινὲς ὑψαλόταπον, ὡς ὅθι τ ἄρανὸν ἀναβησόμενοι δ' αὐτέ· οἱ ἧ θεοὶ ἀνέμες ἐκπέμψαντες ἀνέτρεψαν τ πύργον, ἢ ἰδίαν ἑκάςῳ φωνὴν ἔδωκαν, ἢ ἀφ' τέτε Βαβυλῶνα σωέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. *De Turri autem hac, deque linguis hominum mutatis, meminit & Sibylla his verbis. Cum univerſi homines uno eloquio uterentur, Turrim excelſiſſimam quidam ædificaverunt, quaſi ad cœlum per eam adſcenſuri. Dii vero ventis immiſſis turrim everterunt, & propriam unicuique Linguam attribuerunt, unde factum ut urbi Babyloni nomen eſſet.* Videtur Fl. Joſephus reſpexiſſe ad locum Sibyllæ qui reperitur Oraculorum lib. III. p. m. 222. Verum ut ut citaverit Sibyllam teſtem, de quo tamen dubitandi locus relinquitur, (potuit enim illud teſtimonium Sibyllæ huic Scriptori ab alio inſeri, quemadmodum & alia ipſi attributa legimus, quæ tamen ab illo conſcripta fuiſſe non credimus:) neque ab hac opinione alienos nos profitemur: ſemel enim tantum, quod ſcimus, Sibyllæ mentionem facit Scriptor ſedulus, quod ſi legit hæc quæ nunc habemus Oracula Sibyllina, cur non etiam ex illa teſtatur, il-

lam Diluvii tempore vixisse, una cum Noacho fuisse in Arca, atque illam Homero fuisse priorem, utpote quæ de illo sit Vaticinata, *illum mendacia scripturum*, &c. Imo locum hunc, Josepho attributum, non esse genuinum sed suppositium, vel hinc quivis facile Judicet, quod *Deorum* meminit, quis credat, Judæum scripsisse, Deos tempestatem ad destructionem Turris immisisse. Quid? an putandum est Josephum credidisse, Deorum pluralitatem? absit hoc. Insignem super hac re invenimus locum, quem etiamsi longior sit ad scribemus, quoniam evidenter docet Sibyllam mentiri, illamque Homero esse posteriorem. Extat autem apud Fl. Joseph. contra Appionem lib. I. in principio p. m. 916. Atque ex eo (quod probe notandum,) patet illum Sibyllæ contradicere: Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, ἄρτι γεγονότα. Λέγω δὴ τὰς κλίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν. καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμων ἀναγραφάς. πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ ἧς συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια τὰ μέν τοι παρ' Αἰγυπτίοις τε, καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξιν, ἐπεὶ γὰρ νεῖν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν, αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτοις τε καὶ μνημοτάτοις ἔχειν τὴν μνήμης τοὺς πρόσθεν· καὶ γὰρ τόποις ἅπαντες οἰκοῦσιν. ἧκισα δὲ ἐκ ἐπιέχονται φθοραῖς ὑποκειμένοις. καὶ πολλοὶ ἐποιήσαντο πρόνοιαν, τὸ μηδὲν ἄμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιερῶσθαι, ἃ ἦν περὶ τὴν ἑλλάδα τόπον μύεται μὲν φθοραὶ καλέσαν, ἐξαλείφουσαι τοῖς μνήμοις τῶν γεγονότων· ἀεὶ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους, καὶ παιδὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστοι τὰ ἀφ' ἑαυτῶν. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γὰρ ἀρχαιοτάτοις αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, παρὰ Φοινίκων, καὶ Κάδμου σεμνύονται μαθεῖν. ὃ μὲν δὴ ἐπ' ἐκείνοις δὲ χρόνοις δυσαιτόν τις ἂν δεῖξαι, σωζομένοις ἀναγραφοῖς, ἔτ' ἐν ἱεροῖς, ἔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. ὅπου γε καὶ περὶ τὴν Τροίαν τοσοῦτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο. καὶ τ' ἀληθὲς ἐγκρατεῖ μᾶλλον, περὶ δὲ τὴν νῦν ἔσων τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἀγνοεῖν. ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἁδὲν ὁμολογούμενον διέσκεδαι γράμμα, τὸ Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. ἔτι δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ὕστερον φαίνεται γεγονός, καὶ φασὶν ἁδὲ αὐτῶν ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ μνημονευομένην ἐκ τῶν ἀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας, &c. *Omnia siquidem Græcorum nova*, (hoc modo vertit Gelenius) *& heri (ut ita dicam)*

dicam) nuperque facta cognovi: hoc est fabricam Civitatum & adinventiones artium, conscriptionesque legum, cunctarumque rerum junior apud eos est Historiæ conscribendæ diligentia. Apud Ægyptios autem atque Chaldæos & Phœnices (desino enim nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res gestæ Antiquissimam & permanentem habent memoriæ traditionem: nam & locis omnes inhabitant, quæ nequaquam aëris corruptioni subjacent & multam providentiam habuere, ut nihil horum quæ apud eos aguntur sine memoria relinqueretur, sed in publicis conscriptionibus semper à viris sapientissimis dicerentur. Græcorum vero Regionem innumeræ corruptiones invasere, rerum memoriam delentes. Qui autem novas constituentes conversationes, omnium se primos esse credidere, sciant quia etiam sero vix naturam potuere agnoscere literarum: nomen Antiquissimum earum usum habuisse creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo se didicisse gloriantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demonstrare servatam conscriptionem, neque in Sacris, neque in publicis anathematibus, quando etiam de Trojanis rebus, ubi tot annis militatum est, postea multa quæstio atque contentio facta est, utrum literis usi sint & magis Veritas obtinuit, quod usus modernarum literarum illis fuit incognitus: constat autem quod apud Græcos nulla invenitur conscriptio, poëmate Homeri vetustior, & hunc etiam post bella Trojana fuisse manifestum est. Et aiunt neque hunc literis suum poëma reliquisse, sed cantibus memoria reservatum, postea fuisse compositum, & propterea multam in eo comperiri dissonantiam qui autem Historias apud eos conscribere tentavere, id est Cadmus Milesius & Acusilaus Argivus, & post hunc alii quicunque fuisse referuntur, paulum tempus Persarum contra Græcos expeditionem præcessere. Ex his luce meridiana clarius patere judicamus, unica cum tempore, Diluvii, imo usque ad tempus exstructionis turris Babylonicæ, Lingua in mundo extiterit, uti & hoc testatur Sibylla lib. III. p. m. 222. atque illa cum fuerit Hebræa, falsum itaque esse Sibyllam illo tempore Græce sua Oracula conscribere potuisse. Dicit enim loco jam statim laudato, unicam illo tempore in mundo Linguam extitisse, quis vero non videat splendide mentiri Sibyllam, unica tantum fuit Lingua cum ædificaretur Turris Babylonica, & tamen ipsa Sibylla Græcam Linguam callebat, pudeat hoc fœminam Divinitus se inspiratam jactitantem. Sin autem immediate post linguarum confusionem, illam Græce scripsisse creditur, saltem tum dicendum est, illam Græce con-

conſignaſſe ſua Oracula, illo tempore, quo nondum Græca Lingua fuit in rerum natura, longo enim tempore poſt Græcorum Lingua, & Imperium mundo innotuere, etiam poſt exſtructionem Turris Babylonicæ, fuit in mundo unica tantum Lingua, uti hoc Doctiſſimus D. Campegius Vitringa S S. Theologiæ Profeſſor Franequeranus, in tractatu ſuo de Linguarum confuſione eruditiſſime docet: & ut ut extiterit tum temporis dialecti aliqua varietas, attamen Gentes Orientales tali uſas fuiſſe ſermonis genere, ita ut ſemet invicem intelligere potuerint, quod multis rationibus & exemplis probat: ſi itaque homines varias & longe diſſitas Regiones inhabitantes, ſe invicem intellexerunt, uti ex mutuis colloquiis patet Geneſ. XXIV. ubi legimus Abrahami ſervum Eliæſerem in Meſopotamiam profectum, cum Rebecca ſermonem habuiſſe atque illam petitioni Eliæſeris annuiſſe, quod firmiſſimum nobis eſt argumentum tum temporis nondum adeo variaſſe linguas ut ſe mutuo non intelligerent. Similia occurrunt exempla Geneſ. XXIX. ubi Jacob cum paſtoribus Meſopotamitis diſſerens narratur & introducitur. Si librum Jobi legimus, deprehendemus, Arabem, Chaldæum, & Idumæum collocutos fuiſſe, ſi Linguæ illorum hominum adeo diverſæ tum temporis fuerunt uti hoc noſtro, quomodo illi ſe invicem intellexiſſent? Plura ſiquis velit, legat diſſertationem dicti D. Vitringa: hinc itaque conſtare poteſt falſam hanc Sibyllam Græce ſcribere non potuiſſe in ipſa confuſione linguarum vel paulo poſt, quoniam Græca Lingua, longo tempore poſt in mundum fuit introducta, & quod probe notandum, ſaltem illo tempore, eo modo quo ſcripta ſunt falſa hæc Oracula Sibyllina, tam ornata non innotuit mundo. Linguæ enim in principio non ſunt adeo politæ uti ſucceſſu temporis poliuntur ac exornantur. Uti hoc patebit, ſi quis Antiquiſſimam Linguam Græcam cum illa quæ poſtea Homeri & Herodoti ævo apparuit, conferat. Deprehendet enim, magis magisque in dies fuiſſe excultam. Videſis Scaligeri Annotat. ad Euſebium p. m. CX. & CXI. &c. Uti & hoc apparet ex diverſis Græcæ Linguæ ſucceſſu temporis introductis dialectis, unaquaque Gente pro captu & Judicio ſuo illam ornare annitente. Deinde etiam notandum eſt, tale Idioma Græcum non extitiſſe eo tempore quo coli cœpit Græcia, (quod Abrahami ævo factum fuiſſe contendunt nonnulli,) quali conſcripta hodie videmus

Ora-

Oracula hæc Sibyllina: Cadmus Phœnicius literas in Græciam introduxit, fatentur & hoc ipſi Græci, Herodotus lib. V. p. 351. Οἱ δὴ Φοίνικες ὅτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπιγμένοι, τῶν ἔσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλά τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτῃ τῇ χώρῃ, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέειν· πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες· μετὰ δὲ, χρόνῳ προβαίνοντι ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, &c. *Phœnices autem iſti qui cum Cadmo advenerunt, quorum Gephyræi fuere, dum hanc Regionem incolunt, cum alias multas Doctrinas in Græciam introduxere, tum vero literas, quæ apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerant. Et primæ quidem illæ extiterunt quibus omnes Phœnices utuntur: progreſſu autem temporis, una cum ſono mutaverunt, & modulum priſtinum*, &c. Hinc Zenodotus de Zenone in Epigrammate apud Laërtium:

Εἰ δὴ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος, ἦν καὶ ὁ Κάδμος
Κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπταὶ Ἕλλασι θῆκε δέλτοι.

Si patria es Phœnix, quid tum? fuit hæc quoque Cadmo
Patria, qui Græcis prima elementa dedit.

Euſebius Item docet lib. X. præparat. Euang. non ſolum à Cadmo Phœnicio literas Græcis datas, verum & ea de cauſa Phœnicias literas fuiſſe vocatas. Πρῶτος τοιγαροῦν ὁ τὰ κοινὰ γράμματα, καὶ τὰ δὴ πρῶτα τῆς γραμματικῆς στοιχεῖα, Ἕλλησιν εἰσηγησάμενος Κάδμος, τὸ γένος Φοίνιξ ἦν, ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματά τινες τῶν παλαιῶν ὠνόμασαν, *Primus qui communes literas, id eſt prima grammaticæ elementa Græcis tradidit, Cadmus genere Phœnix erat, unde & Phœnicias literas quidam Veterum appellarunt.* Et Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. Κάδμος δὲ Φοίνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετὴς, ὡς φησὶν Εὔφορος (alii legunt Ἔφορος) *Cadmus autem erat Phœnix, Græcis literarum Inventor, ut ait Euphorus* (al. *Ephorus.*) Hinc apud Heſychium ἐκφοινίξαι *phœniciſſare* eſt ἀναγνῶναι *legere.* Et Tacitus lib. XI. p. m. 226. *Quippe fama eſt, Cadmum claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus Auctorem fuiſſe* Plinius lib. V. cap. XII. in fine: *Ipſa gens Phœnicum in gloria magna literarum inventionis & ſiderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Joſephus libro primo contra Appionem exiſtimat literarum uſum apud Græcos

Cadmo multo esse recentiorem. Tzetzes autem contrariam fovet opinionem, putans Græcos habuisse literas etiam ante Cadmum: quid autem de hisce sit sentiendum opinionibus, videri potest apud Doctiss. D. Sam. Bochartum lib. I. de Coloniis & Sermone Phœnicum cap. XX. & Scaligerum in notis ad Euseb. p. m. 111. 112. Hinc itaque concludere possumus, Sibyllam non potuisse Græce scribere ante Cadmum & ante inventas Græcas literas: Cadmus autem in Græciam è Phœnicia navigavit anno mundi secundum Bucholcerum, 2507 vel circiter. Aut secundum Calvisium anno mundi 2509. Confusio autem linguarum secundum Buholcerum in annum mundi 1758. & secundum Calvisium 1757. incidit. Quidquid sit, distincte & clare videt sedulus Lector, mentiri Sibyllam quando tantam sibi arrogat Antiquitatem, se fuisse in Arca, & tum Prophetasse, ac Græce scripsisse ante linguæ illius existentiam & ante inventas literas: diximus ante de Sibyllæ stylo Græco, qui etiamsi multis modis reprehensionem mereatur, attamen ante Cadmi, imo etiam post Cadmi tempora, adeo polita Lingua illa non fuit, imo eo modo non fuit scripta quo Sibyllina Oracula hoc tempore nunc conspiciuntur. Primi enim & Antiqui Græci eo modo, quo nunc conscripta videmus Sibyllina Oracula, non scribebant, de illis autem memoriæ proditum legimus, illos aliquatenus imitatos fuisse morem Phœnicum & Hebræorum. Scribebant autem illi à dextra siniſtram versus, ut multis hoc probari posset, instituti nostri si hoc foret. Locum tamen unum aut alterum addemus ex quibus pateat modus scribendi primorum Græcorum: ubi autem primam regulam absolverant à siniſtra dextram versus, Europæorum more, inde quia is locus primo se offerebat, siniſtrorsum Hebræorum more scribebant, postea dextrorsum, & sic eodem ordine deinceps. Hic mos scribendi βυσροφηδὸς vocabatur, quoniam ductus boum arantium, sulcos, imitabantur, hi enim sulcum secundum ducere incipiunt, inde ubi prior desiit. Hoc modo scriptæ erant Leges Solonis, atque hinc Harpocration in lexico suo Græco dixit, in voce ὁ κατώθεν νόμος: κατώθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. ὅτι γάρ φησι βυσροφηδὸν ἦσαν οἱ Ἄξονες καὶ οἱ Κύρβεις γεγραμμένοι. *Deorsum vocat Demosthenes, quoniam dicit, Axones & Cyrbes conscripti erant eo modo quo convertuntur boves.* Optime autem hanc vocem βυσροφηδὸν explicat Hesychius, ὕτως, inquit, ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βοσὶ

βȣσὶ τὰς ἀνλιȣροφὰς ποιῆ τις ἔλεγον ἢ ὅτι ȣ γεȣφειν τȣ́πῳ τοιȣ́τῳ. *Ita appellabant quando inſtar arantium boum fit regreſſus, quod uſurpatum, quia eo modo ſcribebatur.* Huic adſtipulatur & Iſidorus Hiſpalenſis Origin. lib VI. cap. XIII. *Verſus autem vulgo vocati: quia ſic ſcribebant Antiqui ſicut aratur terra, à ſiniſtra enim ad dextram primum deducebant ſtylum, deinde convertebantur ab inferiore & rurſus ad dextram verſus, quos & hodie ruſtici verſus vocant.* Pauſanias etiam lib. V. p. m. 174. meminit, Agamemnonis ſtatuæ adſcriptum fuiſſe nomen, γέγραπται ἢ ἡ τȣ́το ὅτι τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν, *id autem ſcriptum eſt à dextra in lævam.* Hoc eſt, Siniſtrorſum, Orientalium more, verum poſtea Græci βȣȣροφηδὸν ſcripſerunt, hoc nos ſic docente eodem Pauſania eodem lib. V. p. m. 165. Καὶ τὰ μὲν ἐς δȣ́θὺ αὐτῶν ἔχȣ, χήματα ἢ ἄλλα τ γραμμάτων βȣȣροφηδὸν καλȣ́ȣιν Ἕλληνες. Τὸ ἢ ἐȣτὶ τοιόνδε· Ἀπὸ ȣ πέρȣ ȣ ἔπȣς ὅτιȣτρέφȣ τ ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥȣπερ ἐν διαύλȣ δρόμῳ. *Et quædam literarum formæ recta ducuntur, aliæ autem* βȣȣροφηδὸν, *ut Græci dicunt: eſt autem hujusmodi: à fine verſus ſuperioris fit converſio ad initium ſequentis, eo modo quo in diaulo curritur.* Hoc autem modo pſeudo-Sibyllina Oracula nunquam viſa fuere conſcripta, unde luce meridiana clarius patet, non eſſe tam Antiqua, uti ea venditat Oraculorum horum Scriptor, quisquis ille fuerit. Imo ex verſuum genere, Heroicorum nempe Græce ſcriptorum, conſtat non poſſe Sibyllam Homero aut Heſiodo fuiſſe priorem. Homerus primus Heroicorum carminum inventor, reputatur, teſte Athanaſio. Orat. contra Gentes. Γράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες, ποίησιν ἢ ἡρῳϊκὴν Ὅμηρȣ: *Literas quidem adinvenerunt Phœnices, Heroïcam autem Poëſin Homerus.* Syneſius lib. de inſomniis, Ὅμηρȣ μὲν Στησίχορȣ τὸ μὲν ἡρῳϊκὸν φȣ̃λον μᾶλλον τὰς ποιήσεις αὐτῶν ὑπεκυδέστερον ἔθεσαν, ut & Joſephus lib. I. contra Apionem in principio. Ὅλως ἐπὶ τοῖς Ἕλλησιν ὐδὲν ὁμολογȣ́μενον εὑρίσκεται γράμμα τ Ὁμήρȣ ποιήσεως, πρεσβύτερον. *Conſtat autem quod apud Græcos nulla invenitur conſcriptio, poëmate Homeri vetuſtior.* Itaque Carmen Heroicum, quo Sibyllæ ſua conſcripſere Oracula, non extitit ante principem illum Poëtarum, atque inde concludere nos poſſumus, illam nec ante nec longe poſt potuiſſe ſua conſcribere Oracula Græco Heroico carmine. Caſtilio lib. I. de Curiali. *Homerum animadvertite, qui Heroicorum poëtarum & tempore & excellentia primus putatur.* Nonnulli in-

ventionem carminis Hexametri Moſi attribuunt, fretri Autoritate Flavii Joſephi p. m. 114. lib. IV. Antiquit. Judaic. Ἔπειτα πίησιν ἑξάμετρον αὐτοῖς ἀνέγνω, ὃν καταλέλοιπεν ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ ἱερῷ. *Deinde illis Recitavit carmen Hexametrum, quod ſcriptum reliquit in Sacro volumine.* Quod quam verum ſit, illi conſtabit, qui Canticum illud Moſis Deuteron. cap. XXXII. Attente perlegerit, certe nos carmina Hexametra ibi reperire non potuimus. Alii aſſerunt Phemenoën, Moſis filiam Hexametrorum carminum fuiſſe inventricem, eamque Delphis Vaticinia edidiſſe: Alii, ut Plinius lib. VII. Appollinem eorumdem Inventorem conſtituunt. Alii Sibyllas earum Inventrices prædicant. Hoc ſi verum foret, Sibyllas inveniſſe carmina Hexametra, tum illas Moſe priores conſtituere deberemus quæ certe ſententia contra Doctiſſimorum Virorum, fere omnium, opinionem arietat: concludimus ergo non eſſe tam Antiquam vel Sibyllam vel ejus Oracula, etiamſi ſe pro omnium Scriptorum prima venditet. Hæc autem opinio contra vulgo receptam opinionem impingit. SS. Patres nullum extitiſſe Scriptorem ante Moſem, uno ore pronuntiant, locum unum aut alterum tantum allegabimus, Juſtinus Martyr Orat. ad Antonin. Pium p. m. 81. Apol. 2. de Platone loquens, ſic dixit: ὃθεν Μωσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε, πρεσβύτερος γὰρ Μωσῆς τῶν παρ' Ἕλλησι συγγραφέων. *A Moſe Propheta id acceptum protulit, longe enim Antiquior eſt Moſes omnibus etiam Græcorum Scriptoribus.* Sic etiam Tertullianus de Moſis Antiquitate teſtatur, libro de anima Cap. XXVIII. *Multo antiquior Moyſe, etiam Saturno nongentis circiter annis, nedum ejus prænepotibus.* Idem in Apologetico adverſus Gentes cap. XIX. *Siquem audiſtis interim Moyſem, Argiva Inacho par eſt ætate quadringentis pæne annis, nam & ſeptem minus, Danaum, & ipſum apud vos vetuſtiſſimum, prævenit, nulla circiter cladem Priami antecedit. Poſſem etiam dicere quingentis etiam amplius & Homerum; habens quos ſequar. Cæteri quoque Prophetæ, etſi Moyſi poſtumant, extremiſſimi tamen, eorum non retroſiores deprehenduntur primoribus veſtris Sapientibus & Legiferis & Hiſtoricis.* Lactantius lib. IV. de Vera Sapientia, ſcribit, Moyſem nongentis fere annis Trojanum bellum anteceſſiſſe Cap. V. Ad quem locum (ſi quis plura velit) notas noſtras ad Scriptorem illum legat. Hinc etiam factum eſt, ut & Pagani ipſi, quidquid in illorum ſcriptis Antiquitatem ſapit, illud ex Moſis

ſcriptis

ſcriptis hauſiſſe perhibeantur. Minucius Fœlix, in Octav. p. m. 38. *Animadvertis Philoſophos eadem diſputare quæ dicimus, non quod nos ſimus eorum veſtigia ſubſecuti, ſed quod illi de Divinis prædicationibus Prophetarum umbram interpolatæ Veritatis imitati ſint.* Tertullianus in Apologetico adverſus Gentes cap. XLVII. *Quis Poëtarum, quis Sophiſtarum, quinam omnino de Prophetarum fonte potaverit? inde igitur Philoſophi ſitim ingenii ſui rigaverunt, ut quæ de noſtris habent, ea nos comparent illis.... homines gloriæ & eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in Sanctis Scripturis offenderunt digeſtis pro inſtituto curioſitatis ad propria opera verterunt, neque ſatis credentes Divina eſſe, quo minus interpolarent, neque ſatis intelligentes, ut adhuc tunc ſub nubila, etiam ipſis Judæis obumbrata, quorum propria videbantur.* Hinc & Clemens Alexandrinus, Strom. lib. V. & alibi, Græcorum Philoſophos generaliter fures fuiſſe, ſcribit: utpote ὡσὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων οὐκ ἀχαρίστως εἰληφότας, *qui à Moſe & Prophetis præcipua ſua dogmata ſatis ingrati* (vel *beneficii immemores*) *acceperant.* Videſis etiam Origenem contra Celſum lib. I. &c. Si igitur Sibyllæ Moſe priores, uti falſo & nullo cum fundamento gloriantur, an non potius Scriptores Antiqui inter Paganos, ex Sibyllarum fonte plurima ſua dogmata hauſiſſe eſſent dicendi quam ex Moſis? nobis ſaltem ſic videtur. Imo & ipſi Gentilium Scriptores Doctiſſimi, Moſen Antiquiſſimum fuiſſe Scriptorem & Legiſlatorem, agnoſcunt. Audiamus Diodorum Siculum Biblioth. lib. I. Μετὰ γὰρ τὴν παλαιὰν ἐν Αἰγύπτῳ βίου κατάστασιν τὴν μυθολογουμένην ὑπὸ θεῶν καὶ ἡρώων, πᾶσαι φασὶν ἐγγράφοις νόμοις πρῶτον χρηθῆναι τὰ πλήθη καὶ βίου Μωϋσῆν, ἄνδρα καὶ τῇ ψυχῇ μέγαν καὶ τῷ βίῳ ἱκανώτατον μνημονεύσαι. *Secundum veterem quæ fuit in Ægypto vitæ inſtitutionem quæ ſub Diis & Heroïbus fuiſſe perhibetur fabuloſe, multitudini primum ut ſcriptis Legibus uteretur & viveret, perſuaſiſſe ferunt Moſem; Virum & animi magnitudine, & vitæ commoditate commendatiſſimum.* Audiamus etiam Antonii Poſſevini ſententiam de hoc negotio, in apparatu Sacro ſic ſcribentis: *Et Patribus reliquis & Eccleſiaſticis Scriptoribus nullam Sibyllano Moſe fuiſſe priorem, ut intelligatur, ſi quid in Oraculorum Sibyllarum nomine evulgatorum & octo libris comprehenſorum, reperiatur, quod Moſis ætatem anteceſſerit: id commentitium & fictitium fuiſſe, nimirum à Satana invectum, ut Veritati immixta falſitas, eandem veri-*

tatem aliorum temporum ſuſpectam redderet. Plura autem ſi quis velit, legendus eſt Joh. Henric. Urſinus Analectorum parte prima p m. 312. videbitque nec *Thaautum* Ægyptiorum, quem Mercurium Trismegiſtum vocaverunt, nec Sanchoniathonem, qui Judaicam Hiſtoriam ſcripſiſſe & dedicaſſe fertur Abelbalo Regi Berytio, &c. Recte igitur Virorum Doctorum pars maxima affirmat & docet, *Moſen non modo omnibus Græcorum Sapientibus ſed & Diis ipſis fuiſſe Antiquiorem.* Hinc igitur dijudicet lector præjudiciis non præoccupatus quam falſo illa Prophetare de Moſe vult videri, uti conſtat lib. Oraculorum. III. ubi prædicit Deum populo Iſraëlitico daturum Ducem & Gubernatorem Moſem, quem filia Pharaonis filium ſuum vocavit, &c. Sed hæc & innumera alia quæ in fictitiis illis Oraculis reperiuntur, ex Sacris Scripturis eſſe deſumpta nemo eſt, qui non videat, ſi modo Judicii oculos aperire dignetur. Sæpius mirati ſumus atque etiamnum adhuc miramur, reperiri etiam inter Viros Doctos, tantæ & tam abjectæ credulitatis, ut exiſtiment, illa Sibyllarum, ſic dicta Oracula, eſſe genuina & à Mulieribus Paganis Spiritu Divino actis prædicta. Nos certe conſtanter credimus, omnia illa quæ de Myſteriis Divinis tam Veteris quam Novi Teſtamenti loquuntur, fuiſſe conficta & conſcripta, poſtquam Prophetæ Prædictiones ſuas evulgarunt, ac Euangeliſtæ Apoſtolique ſcripta ſua Eccleſiis tradiderunt, quod luce Meridiana clarius patere exiſtimamus, quandoquidem ipſiſſima tum Prophetarum cum Apoſtolorum verba & Phraſes in Sibyllinis illis ſcriptis leguntur ac deprehenduntur. Oſtendemus autem alibi non potuiſſe hanc pſeudo-Sibyllam de Moſe Prophetare, quoniam uti ejus ſcripta clare demonſtrant, poſt Apoſtolorum tempora fuerunt compoſita carmina illa Sibyllina. Prædicit ſuppoſititia hæc Sibylla, Diluvium à Deo hominibus, propter illorum ſcelera, immittendum lib. I. p. 172. 175. &c. At vero quanti hæc prædictio ſit facienda, conſtabit illi qui perpenderit, quod Sibylla narrat ſe Diluvio interfuiſſe & una cum Noacho Maritoque aliisque in Arca degiſſe, uti hoc refert lib. I. p. 183. Quis autem unquam cogitavit pro Prophetiſſa habendam, quæ non de re futura verum præſenti narrat. Interfuit Diluvio & tamen tanquam de re futura loqui vult videri: oporteret hoc pacto credi Sibyllam longo aut ſaltem aliquo tempore ante Diluvium vixiſſe, quod quam credi-

credibile ſit, facile judicari poteſt, ex eo, quod dicat ſe vidiſſe ſecundum ædis Veſtæ, vel ſecundum alios, templi Hieroſolymitani incendium. Imo & hoc notari velim, quod fictitia hæc Sibylla in principio operis ſui promittit, ſe Prophetaturam de principio & origine mundi, προφητεύσω inquit, an itaque exſtitit Sibylla ante creatum mundum? certe ſic credere deberemus ſi illi Fidem adhibere nos volunt: Prophetia enim eſt de re futura & nondum exiſtente. Similem Prophetiam de mundi Creatione, reperiet Lector lib. Sibyllinorum Oraculorum VIII. p. 399. quis ergo non percipit fabuloſas eſſe illas Prædictiones. De Diluvio Vaticinatur etiam hæc Sibylla lib. I. & multo quidem exactius & longioribus cum circumſtantiis deſcribit Diluvium Noachicum, & quod notandum ipſius Sacri Codicis verbis cuncta refert, additis inſuper iis quæ illa in cerebello ſuo cuderat. Narrat enim quid Noachus dixerit hominibus impiis, quæ tamen Moſes non referet, ut illa gloriam ſibi arrogat, plura retuſiſſe quam ipſe Divinus Moſes. Verum inter alia, hoc refert de hominibus tempore Diluvii viventibus,

Σαρδώνιον μείδημα γελάσετε, ὁππόταν ἥξῃ
Τοῦτο, λέγω τὸ θεῖ φοβερὸν, ἢ ἐπήλυτον ὕδωρ.

Sardonium riſum ridebitis, horrida quando,
Quam dico, torrens quæ Dei vos opprimet unda.

Reliquas Diluvii circumſtantias narrat pſeudo-Sibylla non ſolum ipſis S. Scripturæ verbis, verum multa alia ipſius Noachi verba, quæ Scriptura non expreſſit. Divus Petrus Ep. II. cap. II. vers. V. Noachum vocat δικαιοσύνης κήρυκα, *Juſtitiæ præconem*, ſed quid dixerit & quibus verbis conciones ſuas habuerit, nec Moſes nec Petrus indicant, ſcilicet Sibylla hæc, totum hoc negotium ſi DIS placet, conficiet. Refert enim Viri Sancti ipſiſſima verba, & tanta quidem cum confidentia, ut ipſam ſermonibus illis interfuiſſe credendum ſit, ſicuti & ipſa ſatis impudentur affirmat & mentitur. Sed quod maxime notandum heic occurrit, eſt quod prædicat Sibylla, impios illos tempore Diluvii *Sardonium riſum*, riſuros. Quid hoc ſit Sardonium riſum ridere, paulo latius inquiramus & diſpiciamus: neminem hactenus vidimus qui hoc argumentum melius tractaverit quem Eraſmus

Rotero-

Roterodamus Adagiorum Chiliadis Tertiæ centuria quinta. Et ſenſus & origo hujus proverbii adeo varie tractatur ab Authoribus, inquit Eraſmus, loco citato, ut verear ne Riſus hic Sardonius non citra riſum legatur, tamen accingemur referre quædam. Zenodotus in collectaneis ſuis Æſchylum citat, qui hujusmodi ferme tradiderit in opere de paræmiis, Gentem eſſe quandam Carthaginenſium Coloniam, quæ Sardonem Regionem inhabitet, ei morem eſſe ſenes ſeptuageſimum prætergreſſos annum, Saturno ſacrificare, ridentes interim, ac mutuo ſeſe complexantes. Nam turpe ducebant, in funere aut ejulatum ædere, aut lachrymas profundere. Hinc ad ſimilatum riſium, Sardonium vocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodotum ait, Sardoniis conſuetudinem fuiſſe, ut filii parentes jam grandævos juxta foſſam, aut præcipitium, in quo ſepeliendi forent, collocarent, atque inde fuſtibus cœdentes, in eam darent præcipites. At illi interim pereuntes ridebant, exiſtimantes eam mortem fælicem, atque egregiam, quod filiorum impietate interirent. Sunt qui dicant, in Sardorum inſula, herbam naſci quandam, cui Sardoæ cognomen ſit, Apiaſtro ſimilem, eam ſapore quidem eſſe dulcem, verum guſtatam, ora hominum in rictus dolore contrahere, ut veluti ridentes emoriantur. Hoc ſenſiſſe videtur Solinus, cumque hoc Servius Grammaticus enarrans hunc ex Virgiliano *Thyrſide* locum,

Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Atque his ferme confinia tradit Lycophronis interpres, de riſu Sardonio, Servium ſecutus Latinus Drepanus in panegyrico, ſerenos ergo, inquit, vultus induebamus, & ad illorum vicem, qui deguſtato Sardorum graminum ſucco feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Neque rurſum deſunt, qui Sardonium riſum cognominatum autumant, ἀπὸ τῦ σπᾶν τὰς ὀδόντας, quod dentes aperiat atque renudet, cujus modi riſus eſſe ſolet eorum, qui non ex animo rident. Hinc & jocus ille paraſiti Plautini conquerentis, quod ſuis dictis nullo pacto juvenes arriſiſſent, ac non ſolum canes fuiſſent imitati, ut dentes oſtenderent. Et Apuleius, reſtrictis forte ſi labellis *riſeris*, id genus riſum deſcripſit Homerus Iliad. O. de Junone loquens,

— ἀ' ἐγέ-

— — — — — Η' δ' ἐγέλασσε
Χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ὑπὸ ὀφρύσι κυανέῃσιν
Ἴαινθη. — — — — —

Id eſt:

Illa quidem labiis ridebat, nubila porro
Frons minime renitebat. — — —

Ad id facit quod ſcribit Ariſtophanes in pace.

Η' γελωμβύας ἐπ' ἀλλήλοισι ἢ σεσηρότας,

Id eſt:

Invicem in ſe exaſperatis osque diducentibus.

A canibus ducta metaphora quibus hoc iræ indicium eſt, nudare dentes. Quem morem etiam equis ineſſe, ajunt, ſi quando parant mordere: unde vulgo nunc riſum hujusmodi, *riſum equinum* vocant. Rurſum alii perhibent, apud Sardinios fuiſſe receptum, ut ex captivis pulcherrimos quosque ac natu maximos, qui ſeptuageſimum exceſſiſſent annum, Saturno mactarent ridentes in morte, propterea quod id forte & virile videtur. Citatur Autor Clearchus, Carthagine ſolennem fuiſſe morem, ut in magnis Votis puerum Saturni manibus imponerent. Hujus ſtatua fingebatur ærea, manibus porrectis. Sub ea fornax erat, ea ſuccendebatur, puer itaque ignis vapore contractus ac tortus, ridentis ſpeciem exhibebat. Denique & Simonidem allegat Zenodotus, novæ fabulæ Autorem. Ait enim Talum quempiam æreum virum, priusquam in Cretam perveniret, in Sardiniam acceſſiſſe, ubi non paucos mortales neci dedit. Qui quum morientes ringerentur, riſus imaginem quandam exhibentes, proverbio locum fecerunt. Addunt nonnulli, quum è Sardiniis in Cretam transmittere vetaretur, illum in ignem deſiliiſſe, quandoquidem ærei corporis erat, deinde Sardinios pectori ſuo admotos necare ſolitum. Moriebantur autem velut in amplexu, ac ridentibus adſimiles, nimirum rictu incendii vi diducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. Ajunt enim hunc à Vulcano ex ære fuiſſe fabrefactum, Minoique

que dono missum ad Cretensis insulæ tutelam. Erat autem illi unica duntaxat vena, eaque à summa cervice ad imos usque talos porrecta. Ter in singulos dies insulam obibat, excubias agens. Itaque & Argo navem è Colchide cum Jasone redeuntem vetuit in portum Cretensem appellere. Sed à Medea deceptus periit, ut nonnulli dicunt, dato veneno, quod insaniam immitteret: ut aliis placet, cum illa pollicita esset se illum immortalem reddituram, clavum qui summæ venæ erat affixus eduxit, atque ita sanguine totoque corporis humore defluente periit rursum. Alii tradunt interiisse percussum arcu à Pæante circa talum. Dioscorides lib. VI. inter Venena prodidit herbæ speciem esse quandam, quam quidam *ranunculam* appellant Latine, Græci *Batrachion*, eam à Regione, in qua copiosius provenit *Sardoam* sive *Sardoniam*, dicunt: Quæ pota sive comesa mentem adimat labiisque contractis, risus speciem præbeat: atque inde in hominum vitam siniſtri ominis venisse, de risu Sardonio proverbium. Meminit & hujus herbæ Plinius lib. XXV. circa finem. Strabo lib. Geographiæ XI. scribit, in Cambysene quæ flumen Alazonium accolit, aranearum genus quoddam nasci, quod alios ridendo cogat emori, alios flendo desiderio suorum. Quidam addunt de Tarcotella, cujus morsum interitus cum risu sequatur. Quin & Aristoteles de partibus Animalium lib. III. ait, ictu etiam trajecta præcordia, in prœliis risum attulisse literis proditum esse, idque accidere calore quem moveat vulnus. Mortuus est Zeuxis Pictor ridendo, dum sine fine ridet anum à se pictam, & Chrysippus conspiciens Asinum vescentem ficis. M. Tullius Epist. familiar. lib. VII. ad Fabium Gallum *Videris*, inquit, *mihi vereri ne si istum habuerimus, rideamus* γέλωτα Σαρδώνιον, significans futurum, ut si Cæsar rerum potiretur, multis arridere atque applaudere cogerentur quæ magnopere displicerent. Lucianus in Asino, Σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον, id est, *Sardonice ridentes ajebant*, risum innuit contumelioſum & subsannantem. Idem alibi: ὁ δὲ μὴς ἢ τὸ Σαρδώνιον ἐγγελῶν ἔτι μᾶλλον παρώξυνε. Id est: *Damis autem Sardonio arridens risu, magis etiam irritavit.* In eodem sensu videtur usurpatum & à Platone lib. de Repub. I. cum scribit Trasymachum quem amarulentum & arrogantem ubique facit, Sardonice risisse. Καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασέ τε μάλα Σαρδώνιον ἢ ἔπτεν, id est: *His ille auditis, edito cachinno, valde Sardonice risit, ac dixit.*

Home-

Homerus item aliquot locis hujus riſus mentionem facit in Odyſſee Y. narrans, quemadmodum ex procis quispiam puta Cteſippus Ulyſſem in ædibus ſuis habitu ſpecieque mendici ſedentem, arrepto è ſportula bovis pede petiſſet, atque ille capite commodum deflexo declinaſſet ictum:

— — — Μείδησε ὃ θυμῷ
Σαρδώνιον μάλα τοῖον. — — —

Quo loco Euſtathius Interpres admonet, eum ridere riſum Sardonium, qui diductis modo labris rideat: cœterum intus aut ira aut moleſtia diſcruciatus. Veteres enim riſum Sardonium vocaſſe, quoties aliquis deſpectim non ſolum ridet, ſed etiam irridet: dictum autem ἀπὸ τὸ σπᾶν τὰ χείλη, id eſt: *à diducendo labia.* Quomodo fere rident qui apud ſeſe perniciem alicui deſtinant, quemadmodum Ulyſſes mox ſublaturus è medio procos, idque jam tum in animo ſtatuens, riſit riſum quendam ſubamarulentum. Conſimilem riſum riſit apud Heſiodum Jupiter, iratus Prometheo, propter ignem furto ſublatum: Carmen adſcripſi, quod quidem eſt in primo libro operis, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι.

Τὸν δ' χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.
Ἰαπετιονίδη, πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας;
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσομένοισι.
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κῆρ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ὣς ἔφατ'. ἐπὶ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id eſt:

Huic animo infenſus, qui nubila colligit, inquit,
Proles Japeti multo technisque dolisque
Inter mortales unus Doctiſſimus omneis,
Impoſuiſſe mihi gaudes, ignemque tuliſſe,
Nempe ingens atroxque malum, & tibi poſtque futuris
Queis ergo pro rapto igne malum dabo, quo ſimul omnes
Gaudebunt, propriumque malum foviſſe libebit.
Sic fatus, riſitque parens hominumque Deumque.

Riſum hunc fatalem interpretantur, quoties imminet pernicies à fatis deſtinata. Cujusmodi fuit & ille procorum, quem deſcribit Homerus eodem libro, quem paulo ante citavimus, alioque retulimus loco.

— — — Μνησῆρσι δ' Πάλλας ἀθηνὴ.
Ἄσθεσον γέλον ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα,
Οἳ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισιν,
Αἱμοφόρυκτα δὴ ῥέα, ἤθιον, ὄφρα δ' ἄρα σφέων
Δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ὤϊετο θυμός.

Id eſt:

Diva procis movit validum Tritonia riſum,
Haud compeſcendum; ac animum ſtupefecit, at illi
Jam malis ſine mente quidem riſere alienis,
Carnis fruſta & cruda & ſanguinolenta morantes.
Interea lachrymis implentur lumina, fletum
Senſit & ipſe animus. — — —

Opinor & Sardonium riſum accipiendum quem Homerus Iliados H. tribuit Aiaci ſingulare certamen ineunti.

Τοῖο, κὰρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν
Μειδίοων βλοσυροῖσι παρασώπισιν. — — —

Id eſt:

Sic ingens Aiax ſurgebat Murus Achivum
Terribili ridens vultu. — — —

In vetuſtiſſimis quibusdam in Heſiodum commentariis Epigramma reperi, quo proverbium de riſu Sardonio non ineleganter explicatur, id eſt hujusmodi.

Σαρδὼ τὶς ἐστὶ νῆσος ἱπποτρόφος,
Ἐν ᾗ βοτάνη φθαρτικὴ γῆς ἐκτρέχει
Σεληνοειδὴς σαρδάνη κεκλημένη
Βεβρομένη δ' τοῖς ἀπείροις αὐτίκα
Σπασμὸς τε ποιεῖ καὶ γελώτων ἐμφάσεις,
Καὶ πότμος δ' θὺς καὶ γελώσιμος μόρος.

Ἄλλοι

Ἄλλοι δέ φασι σαρδανὺς τὺς Βαρβάρυς
Γηρῶντας αὐτῶν γῆραρχυς ἐκχάτυς
Ἄγειν λαβόντας εἰς ἀπόκρημνον τόπον,
Κτείνειν τε τύτυς ἔντε ῥοπάλοις ἢ λίθοις,
Ἔπειτα ῥίπτειν ὠμ πετρῶν τὺς ἀθλίυς
Γελῶντας εἰκῆ παιδιαῖς παιζοκτόνοις.
Ἄλλοις ἢ τὺς θνήσκοντας ἀρέσκῃ πλέον
Γελᾶν, ὁρῶντας τεκνικὰς παροινίας,
Καὶ τὰς κυκλόρας ἢ τροφὰς τ' ὠμῳγμάτων.

Id quoque nos noſtro more propter imperitiores Latinum ex tempore fecimus, hoc modo.

Quædam inſula eſt vocata Sardo Hiberiæ,
In qua herba pernicioſa ſurgit è ſolo,
Cui Sardanæ nomen, apiaſtri præferens
Figuram, at ea comeſa ab imprudentibus,
Mox ora contrahit, atque riſus exhibet
Speciem, deinde protinus mors occupat
Imitata riſum. Cæterum ſunt qui ferant
Gentem eſſe quandam Sardanorum Barbaram,
Ætate qui feſſos parentes in loca
Prærupta raptos deferant, atque ibi neci
Saxisque fuſtibusque dent miſerrimos
Ex arduis ſubinde præcipitent petris.
Atque inter iſthæc impiis rident jocis,
Luduntque temere parricidis luſibus.
Aliis magis probatur hæc ſententia,
Ridere eos qui ſic necantur, quippe qui
Spectent ſuorum pignorum veſaniam,
Citasque rerum & æſtuarias vices.

Pauſanias in Phocaïcis tradit, Sardoam Inſulam ſerpentes gignere innoxios, præterea eam à venenis herbarum prorſus eſſe immunem, niſi quod unam aut exitialem, apii ſpecie, quæ juxta fontes quidem proveniat, non inficiat tamen fontium aquas: eam qui ederint, ait ridentes emori, atque hinc Homerum, & poſt Homerum,

alios adagium induxiſſe, ut dicerent eos ridere riſum Sardonium, qui riſum riderent omnino inſanum, itaque non abſurde videtur accipi poſſe riſus Sardonius, pro riſu demente, quoties inſtantibus malis inſane ridetur, ſiquidem legimus C. Gracchum in ambiendo magiſtratu repulſum, adverſus inimicos inſolentius ridentes inclamaſſe, eos Sardonium ridere riſum, ignaros quam magnis tenebris ex ſuis actibus circumfunderetur. Hoc in Gracchorum vita Plutarchus: idem in commentario de ſuperſtitione, ἐνταῦθα τοίνυν σκόπει τὸν ἄθεον, γελῶν τὰ μὲν μανικὸν καὶ Σαρδώνιον γέλωτα. Id eſt: *Hic itaque conſidera eum, qui nullos credit eſſe Deos, inſanum quidem & Sardonium ridentem riſum.* Interpres quiſpiam Heſiodi, riſum Sardonium interpretatur, riſum πλατὺ, id eſt, *amplum*, ubi quis ore vehementer diducto ridet, quem eundem opinor, γέλωτα συγκρύσιον appellant, id eſt, riſum concutientem, cujus quidem interpretamento ſuffragatur ipſius Etymologia vocabuli, quam paulo ſuperius oſtendimus, ἀπὸ τῆς στυπρέναι τὰς ὀδόντας. Poſtremo, non omnino videbitur abſurde Sardonius riſus accommodari poſſe, ad riſum luctuoſum ac triſtem, cujusmodi tribuit Homerus Iliados Z. Andromachæ tanquam is indicium fuerit animi, Hectoris mortem præſagientis:

Ἡ δ' ἄρα μιν κυώδεϊ δέξατο κόλπῳ
Δακρυόεν γελάσασα. — — — —

Id eſt:

Illa ſinu accepit ſpiranti, flebile ridens.

Eudemus, in collectaneis dictionum Rhet. ait placere nonnullis, ut de riſu contumelioſo accipiatur, ubi quis deſpectim & contemptim ridet, de quo etiam proverbium fertur, ἀφ' ὕψους καταγελᾷς μου, id eſt: *è ſublimi me derides.* Addit idem lapidis eſſe genus qui *riſus Sardonius* appellatur. Suidas ſcribit hinc etiam verbum effictum, ut σαρδάζειν dicantur, qui Sardonium rideant. Sed jam dudum libet à Sardonio riſu diſcedere, idque faciemus, ſi prius illud addiderimus, epithetum hoc Sardonium variis formis inveniri apud Autores: apud Lucianum & Ciceronem σαρδώνιον legimus: apud Homerum σαρδάνιον, apud Virgilium, Sardoum, apud Lycophronis enarrationem, σάρ-

σάρδιον γέλωτα, apud Plutarchum Σαρδιανὸς, εἴτις ἐστὶ τῆ ψυχῆς σαρδιανὸς γέλως. Id eſt: *Si quis eſt animi Sardianus riſus.* Stephanus indicavit dici σαρδωνικὸν & σαρδιανικὸν, tametſi non omnia ab eadem voce manant. Nam à Sardo ſive Sardonia ſumi, cui quondam nomen fuit Ichnuſæ, deducitur Sardonius, Sardone & Sardonicus. A Sardos Illyriæ Civitate proficiſcitur σαρδῶοι, unde, ſicuti reor, mutato η in α, σαρδάνιοι. A Sardis Lydiæ oppido Sardianos & Sardianicus. Ex his ſuccurrit conjectura in Epigrammate Græco, quod modo citavimus, non legendum fortaſſis ἰβηροτεόφῳ ſed ἰλλυροτεόφῳ. Uſurpavit Adagium Salvianus lib. VII. Sardonicis quodammodo Herbis, omnem Romanorum populum putes ſaturatum: Moritur & ridet. Videamus nunc quo ſenſu Sibylla de populo ante Diluviano dixerit, *Sardonium riſum ridebitis.* Exiſtimamus autem, Sibyllam indicare voluiſſe, impios illos, illius temporis homines voluptatibus & delitiis ſuis adeo fuiſſe addictos, ut etiamſi ſe iis & in iis quam maxime oblectarent, attamen gaudia illa ipſis exitio & luctuoſa & triſtia eſſent futura, uti talium riſuum exempla nonnulla allegavit Eraſmus loco jam ſtatim laudato: nempe qui in luctum & mortem deſinerent. Ponamus itaque alluſiſſe Sibyllam ad morem Carthaginenſium Coloniæ Sardoniam Regionem inhabitantis, qui ſenes ſuos ſeptuagenarios Saturno immolabant, & qui ſenes læti ac ridentes mortem adirent, &c. vel ad Sardoniorum conſuetudinem, qui parentes ſuos fuſtibus cædentes in foſſam præcipites dabant, &c. Vel ad herbam Sardorum, quæ comeſa homines veluti ridentes enecat, ſive ad riſum fatalem reſpexerit, cujus etiam Eraſmus meminit, ſive ad riſum inſanum, cujus exempla ante fuerunt indicata, ſive luctuoſum & triſtem, res eodem redit: quidquid ſit, rem mali ominis indicat Sibylla: ſed ut nunc ad rem ipſam, id eſt, prædictionem Noachicam accedamus, confidenter pronuntiamus nunquam Noacho, proverbium hoc *de riſu Sardonio* in mentem veniſſe, imo ne quidem venire potuiſſe. Quid? an Noachus unquam cogitare aut ſomniare potuit, Carthaginenſes in mundo futuros, eosque coloniam in Sardonem Regionem emiſſuros, illamque tam ferream in parentes futuros? certe nos non credimus nec unquam credemus. Verum Craſſetus ejusque ſequaces, ſatis novimus, regerent Spiritu Prophetico Noachum illud prædicere potuiſſe: verum ponamus iſtud

ſic

ſic fieri potuiſſe, quamvis *à poſſe ad eſſe non valeat conſequentia*, an non Juſtitiæ præco Noachus, ad Auditores ſuos, quos ad pœnitentiam invitabat, ſermonem intelligibilem direxiſſe cenſendus eſt? nemo certe hoc in dubium revocare poteſt, nunquid igitur etiam Noachi Auditores, Spiritu Prophetico, præſcire potuerunt plusquam mille annis ante rei eventum, Coloniam è Carthaginenſibus orituram, quæ parentes ſeptuagenarios, tam horrendo parricidio necaret. Credat hoc qui velit, nos autem contendimus, nunquam homines illos impios rem hanc ita percepiſſe, quod tamen ſtatuendum eſſe exiſtimamus, ſi ab Auditoribus ſuis intellectus fuit vir Sanctus Noachus: ſin autem profanos illos comminationem hanc de Sardonio riſu non intellecturos ſcivit Noachus, cur ad illos admonitiones ſuas direxit hic Juſtitiæ præco? an credendum eſt Virum hunc Pium pariter ac Prudentem, tam inutiliter voluiſſe operam ſuam collocare? certe nos quidem nullo modo hoc credimus: cœterum ut Antiquitas illa, quam tanto cum faſtu ſibi arrogat Sibylla, evaneſcat: rogamus notare dignentur, Lectores, ante Homeri tempora non innotuiſſe proverbium de riſu Sardonio, ſi Sibyllinorum mendaciorum Patroni, ſartam tectamque velint conſervare Sibyllarum Antiquitatem, enixè petimus, ut idoneo aliquo teſte confirment, ante Homeri aut Heſiodi ætates cuiquam de Sardonio riſu innotuiſſe. Adeo ut vel hinc etiam conſtet mentiri Sibyllam, quando, uti ante oſtendimus, Homero ſe priorem extitiſſe gloriatur. Patet porro, non adeo Antiqua eſſe Oracula hæc Sibyllina, meminit enim Gigantum qui Tartareas ædes ſubierunt,

Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαπολίσιν,
Εἰς γέενναν μαλερὸν λάβρον θεὸς ἀκαμάτοιο.

In fractis vinclis ſervati, ſuppliciumque
Ignis inextincti juſſi perferre gehennæ.

Alludit Sibylla ad loca S. Scripturæ Matth. V. vers. XXII. p. 167. Γέεννα Hebræis eſt גיהנום *gehinnom.* Rabbinis גיהנם *gehinnam.* Eſt vox compoſita, ſignificans: *vallem Hinnom.* Sic dictam à nomine ejus qui vallem iſtam olim poſſidebat, uti hoc colligitur ex Joſuæ cap. XV. vers. VIII. Notandum autem Doctiſſ. Saubertum in lib. de

Sa-

Sacrificiis cap. XXI. existimare non à nomine viri vallis illius possessoris, nomen hoc fuisse petitum, veri similiora etenim, inquit, legimus in lib. Jalkut. in cap. VII. Jerem. fol. 61. Vallis fuit dicta הנם quia vox pueruli erat נהם *rugiens*, aut quod adstantes sacrificuli dicerent, בהנה לך *utile erit tibi*. Scribit enim R. Bechai Lev. XVIII. *parentes persuasos fuisse reliquos liberos, sacrificio à morte ereptum iri, seque tota vita futuros prosperrimos.* In hac valle erat locus excelsus, ubi olim Judæi, superstitionibus vicinarum Gentium addicti, filios suos Molocho immolabant, aut potius immani crudelitate comburebant, Abrahamum scilicet ut imitari viderentur, utpote qui Deo id jubente, paratus fuerat filium suum in holocaustum offerre: de hoc Judæorum nefando ritu, legere possumus II Regum cap. XXIII. vers. X. & II Chronic. cap. XXVIII. vers. III. Jeremias etiam conqueritur cap. VII. vers. XXXI. Judæos filios suos & filias suas igne combussisse. Videsis etiam cap. XIX. vers. V. Locus autem iste excelsus *Tophet* vocabatur, à Tympanis quibus locus ille resonabat, ne infantum qui comburebantur ejulatus audirentur. Tophet enim Hebræis est Tympanum. Similia in usu fuisse olim apud Carthaginenses, qui etiam filios suos Saturno immolare consueverant, testatur Plutarchus in tractatu suo de superstitione, circa finem. Eadem de Carthaginensibus testatur etiam Lactantius lib. I. cap. XXI. Ex Pescennio Festo. Vide sis etiam Dionysium Halicarnassæum lib. I. Locum autem hunc Tophetum polluit Josias Rex, sic enim legimus II Regum cap. XXIII. vers X. *Polluit etiam Tophetum quod est in valle filiorum Hinnom, ne traduceret quisquam filium suum aut filiam suam per ignem Moleco.* R. David Kimchi: *Gehinnom*, ait, *est locus vicinus urbi Jerusalem contemptissimus, inquem projiciebant sordes & cadavera, fuitque illic ignis continuus, ad comburendum cadavera, ossa & reliquas sordes.* Fecit hoc Rex ille ob fœdam idololatriam, qua idolo Ammonitarum Molech ex καθαρσία sacrificii Abrahami, parentes liberos suos offerebant: cadaveribus jumentorum, ossibus defunctorum, sordibus & excrementis, locum hunc fœdavit, igne perpetuo ibidem ordinato ad Cadaverum reliquarumque sordium exustionem. Hinc factum est ut Gehinnom pro inferno tum apud Judæos, aliosque postea usurpetur. Quis enim locus aptior ad exprimendum illum ubi damnati æternas ferent pœnas,

quam ille qui ob impuritatem erat infamis, horrendus & perpetuo igne notiſſimus : ut ut autem Antiquitatem aliquam ſapiat verbum hoc γέεννα, non tamen ſub hac notione, ut infernum denotet, ante Joſiæ tempora innotuit. Ipſe enim eſt ille qui primus ignem perpetuo extrui juſſit ad cadavera aliasque ſordes concremanda : quo pacto autem ſecundæ ætatis homines intelligere potuerunt, futurum ut aliquando vallis cujusdam, cui nomen daretur à poſſeſſore *Hinnom*, ac poſtea ſucceſſu temporis Judæorum filii ibidem comburerentur, ac deinceps Joſiam locum illum polluturum, ac ibidem ignem perennem, accendi juſſurum, ut vere poſſet eſſe typus & emblema inferni, in quo impii poſt mortem æternis cruciatibus eſſent puniendi? Hoc ſi quisquam credere poſſit, dabimus herbam. Sed nemo, uti exiſtimamus, quempiam reperiet : quidquid ſit, non putamus ante Joſiæ tempora aut ſaltem Judæorum, qui liberos ſuos Molecho immolabant, pro loco damnatorum & æternorum cruciatuum intellectnm & ſumptum fuiſſe nomen hoc *Gehinnom*. Ante autem illa tempora nulla fuit ratio, cur locus ille infernum deſignaret potius quam alius, nihil enim horrendi in illo loco tum temporis conſpiciebatur. Sed poſtquam ibi infantes vivi in honorem Molechi comburebantur, ubi Joſias perpetuum ignem ſtrui juſſerat, ad uſum ſupra indicatum, tum evidentiſſime cuique patebat, *illum* locum pro typo inferni potuiſſe allegari. At vero ſecunda hominum ætate vocem hanc γέεννων, ut vult *Sibylla*, *fuiſſe notam & pro* damnatorum *loco acceptam*, *hoc eſt quod pernegamus.* Chriſti ætate eo ſenſu quidem intellectum fuiſſe hoc verbum, concedimus, hac in re cum Doctiſſ. Druſio conſentientes, verum cum Doctiſſimo Grotio exiſtimamus verba גי הנם *gehinnom* ab Antiquis ſic pronuntiata, poſteriorum temporum pronuntiatione fuiſſe prolata γέεννων, atque hinc eſt quod D. Hieronymus in X Matthæi caput, dicat, nomen *Gehennæ in Veteribus libris non inveniri*, *ſed primum à Salvatore poni.* Ut ut ſit Antiqua vocis *gehinnom* pro infetno uſurpatio, attamen ea ætate qua Sibylla locuta fuiſſe vult videri, illo ſenſu nec fuit accepta, nec intellecta. Ut autem porro innoteſcat Oraculorum Sibyllinorum novitas, notandum judicamus Sibyllam alludere, imo αὐτολέξει mentionem injicere ludorum Iſelaſticorum, quorum originem, nemo eſt qui ad Noachi, tempora extendat, aut quispiam

illius

illius ævo inſtitutos fuiſſe illos Agones affirmare audeat, aut demonſtrare poſſit: Sibylla Orac. lib. II. p. 195. de Chriſti adventu extremo, quo putat Cœlo ſereno fulſuram ſtellam clariſſimam Coronæ ſimilem, differens, addit hæc verba quibus illam alludere ad certamina Iſelaſtica, patet:

Καὶ τόθμαι μέγας γὰρ αἰὼν εἰσελασικὸς ἔσαι,

Præſtare lectionem codicis Regii exiſtimamus, hoc pacto verſum hunc referentis, hoc obſervante D. Opſopœo!

Καὶ τότε γὰρ μέγας αἰὼν εἰσελάσικ@ ἔσαι.

Vel uti hunc locum reſtituit Doctiſſ. Turnebus,

Καὶ τότε δὴ μέγας αὖπις ἀγὼν εἰσελασικὸς ἔσαι.

Has poſtremas lectiones priori præferimus. Certamina autem Iſelaſtica, qualia aut quænam fuerint, paſſim apud ſcriptores reſciri poteſt: hoc tantum ad illorum explicationem addemus: Iſelaſtica autem, vel ut Græci pronuntiant εἰσελασικοὶ ἀγῶνες, dicta fuerunt illa certamina, ab εἰσελαύνω, *induco*, *invehor*. εἰσελαύνειν eſt proprium hieronicarum verbum: uti hoc annotavit Doctiſſ. Caſaubonus ad Athenæum lib. XV. cap. XVII. Agones autem illi Iſelaſtici dicebantur propter Victorum in illis Ludis aut Agonibus in Civitates ſuas pene triumphalem ingreſſum. Solebant enim Athletæ Victores, equis albis vel quadrigis invecti, ingredi ſuam Civitatem, disjecta aliqua muri parte, teſte Plutarcho: hoc facto indicare volebant, non magnopere urbi illi opus eſſe muro, quæ viros haberet, qui pugnare poſſent & vincere, Plutarchi autem locus ſic habet, lib. II. Sympoſ. problem. II. quæſt. V. Τὸ τοῖς νικηφόροις ἐλαύνεσι τ τειχῶν ἐφίεσθ μέρ@ διελεῖν, ἢ καθαιρεῖν τοιαύτην ἔχει διανοίαν, ὡς ὐ μέγα πόλει τειχῶν· ὄφελ@ ἄνδρας ἐχέσι μάχεσθαι δυναμένους ἢ νικᾶν. *Quod triumphantibus permittitur ut partem muri demoliantur hunc habet ſenſum, Urbi murorum non eſſe magnum uſum viris præditæ, pugnandi vincendique gnaris.* Suetonius in Nerone Claudio cap. XXV. *Reverſus è Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos hieronicarum eſt.* Præter illos honores qui Athletis Iſelaſticorum certaminum Victoribus, con-

cedebantur, etiam illis obſonia & privilegia conſtituebantur ac perpetuum ipſis ex publico vectigal dabatur: hinc Vitruvius præf. lib. IX. *nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum Majores ita magnos honores conſtituerunt, ut non modo in conventu ſtantes cum Palma & Corona ferant laudes, ſed etiam quum reverturtur in ſuas Civitates, cum Victoria triumphantes quadrigis in mœnia & in Patriam invehantur, è reque publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur.* Illi igitur cum in ſuas Civitates & Patriam deducebantur, εἰσελαύνειν dicebantur. Hoc ſenſu ſcripſit olim Juſtinus Martyr in epiſtola ad Zenam & Serenum, circa finem p. m. 513. Οἱ μὲν εἰσελάσαντες εἰς τὴν ἠγαπημένην πόλιν ⁊ πατρὸς γέρας αἴδιον μεταλήψονται, τοῖς δ' ἀποβήσεται μὲν τὸ ἐνταῦθα τυφῆς ⁊ κεῖ ἀληθείαν ἀπολαύσεως μὴ μεταλαμβάνειν. *At illi quidem qui in dilectam patris urbem evadunt, præmium percipient ſempiternum: hiſce autem eveniet, ut per alimenta iſta terrena veris illis delicias non ſint participaturi.* Ludi autem hi Iſelaſtici ab Antonino Pio in honorem Patris, uti teſtatur Ælius Spartianus in vita Adriani Cæſaris cap. XXVII. vel ſecundum alios à Trajano, qui anno poſt Chriſtum centeſimo regnavit, fuere inſtituti: Artemidorus lib. primo cap. XXVIII. Οἶδά τινα σοφιέα, ὃς μέλλων ἀγωνίζεσθαι Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Ἀντωνίνου ὅτι τῷ πατρὶ Ἀδριανῷ, ἔδοξε τυφλὸς γεγονέναι. Item Plinius Cæcil. Secun. Epiſt. lib. X. ep. CXIX. *Athletæ, Domine, ea quæ pro Iſelaſticis certaminibus conſtituiſti, deberi ſibi putant ſtatim ex eo die quo ſunt coronati* Et paulo poſt: *iidem obſonia petunt pro eo Agone, qui à te Iſelaſticus factus eſt.* Epiſt. CXX. qua Trajanus Plinio reſpondet ſic habet: *Iſelaſticum tum primum mihi videtur incipere deberi, cum quis in Civitatem ſuam ipſe* εἰσέλασεν. *Obſonia eorum certaminum, quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi, ſi ante Iſelaſtica non fuerunt, retro non debentur. Nec proficere pro deſiderio Athletarum poteſt, tam eorum quæ poſtea Iſelaſtica lege conſtitui: quam quæ, cum vincerent, eſſe deſierunt.* Vetus inſcriptio ſaxi Melphæ olim eruti ita habet:

IMP. CÆSARI.
DIVI. HADRIANI. FIL.
DIVI. TRAIANI.
PARTHICI. NEPOTI.

DI-

DIVI. NERVÆ. PRONEP.
T. ÆLIO. HADRIANO.
ANTONINO. AUG. PIO.
PONTIF. MAX. TRIB. POT. V.
IMP. II. COS. III. P. P.
CONSTITUTORI. SACRI.
CERTAMINIS. SELASTICI.
SOCII. LICTORES. POPULARES.
DENUNTIATORES. PUTEOLANI.

Notandum autem in hac Inſcriptione, Sacrum certamen, ſecundum Doctiſſ. Caſaubonum, Vitioſe SELASTICUM vocari, cum omnino ſcribendum ſit ISELASTICUM. A verbo enim εἰσελαύνειν derivatur. Nobiliſſ. autem Salmaſius in Lapide Melphenſi SELASTICUM quidem fatetur ſcriptum eſſe, pro ISELASTICUM. Negat vero illud ſculptoris vitium eſſe, ſed ſcribendi pronuntiandique uſum illius ævi fuiſſe, ſic πλίμια pro ἄπλιμια apud Heſychium & πίπρ@ pro ἄπίπρ@, ῥύσιμον pro ἐρύσιμον, ῥίτζι@ pro ἐρίτζι@, apud recentiores Græcos, ita enim Ericium appellaverunt, ſic Σπανίαν pro Ἱσπανίαν dixere & ſcripſere: χιάδα pro ἐχιάδα. Hinc χίεια κόμματα in optimo gloſſario pro ἰχίεια. Sic ſtrix eſt *hiſtrix*. Unde *ſtriculus* apud Arnobium pro *Hiſtriculus*, *ſtrionem* pro *Hiſtrione* Iſidorus & gloſſæ Veteres. Plura talia reperiri poſſunt apud jam laudatum Salmaſium. Hiſce itaque bene penſitatis an non luce meridiana clarius patet, verſus hoſce Sibyllinos ad Noachi tempora non poſſe referri? imo an hinc non poſſumus confidenter concludere poſt Euangelii tempora, & Chriſtianorum ævo fuiſſe conficta, quoniam horum Oraculorum Scriptores expreſſis verbis ſe Chriſtianos eſſe profitentur, & de rebus quæ poſt Chriſtum natum evenerunt, imo nullam in tota hac farragine reperiri prædictionem quæ non ſit ante à Prophetis prolata, aut ſi qua aliarum rerum, qua Paganarum qua Chriſtianarum rerum eventus prædicuntur, illos confictos eſſe ſub prædictionum ſpecie, poſtquam impoſtores horum Oraculorum fabricatores, illos impletos vel legerunt vel viderunt, indubitanter affirmamus: pene infinita talia producere poſſemus, ſi non pigeret illis quisquiliis inhærere: unum tamen aut alterum

terum horum Oraculorum novitatis exemplum adjungemus ne quispiam ſuſpicetur, exaggerations malo contra rei Veritatem nos labo rare. Ut ut Antiqua ſit Aſtrologia, non putamus tamen Zodiacorum ſigna quarum frequens eſt in his Oraculis mentio, cognita fuiſſe aut recepta Noachi vel Abraham temporibus: meminit Sibylla ſignorum Zodiacorum lib. V. p. 316. & p. 343. certiſſimum eſt ſigna Zodiaca tempore Diluvii non innotuiſſe ſed multo poſt ita fuiſſe nominata. Quid ergo dicendum Sibyllam Spiritu Prophetico prævidiſſe quibus nominibus ſigna cœleſtia tandem poſt plurima ſecula vocarentur aut deſignarentur, credat hoc qui vult, nos nunquam illi aſſertioni fidem adhibebimus: hoc pacto Sibyllæ Prophetis erunt anteponendæ, quandoquidem tot tantasque res & rerum circumſtantias nec præviderunt nec prædixerunt, uti Sibyllæ prænuntiarunt. Sibyllarum igitur hæc ſuppoſititia Oracula non ita ſunt Antiqua, uti illæ pro talibus venditare annituntur, poſt Chriſtum natum fuiſſe illa Oracula conficta jam ex iis quæ diximus innotuit, & poſtea ex iis quæ addemus patebit: Abrahami tempore artem Aſtrologicam tum fuiſſe conſtat inventam, hic enim perhibetur Ægyptios illam docuiſſe. Euſebius nobis conſervavit plurima Doctorum Virorum teſtimonia, qui omnes uno ore aſſerunt Abrahamum fuiſſe Virum eximium ἠ τὰ ὐρανία ἔμπειρον, *rerum cœleſtium cognitione præditum.* Hoc etiam teſtatur Beroſus apud Joſephum antiquit. lib. I. cap. VIII. μνημονεύει ὴ ἔ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραμου Βηρωσὸς, ὸυκ ὀνομάζων, λέγων ὅτως· μετὰ ὴ τ κατακλυσμὸν, δεκάτῃ γενεᾷ, παρὰ Χαλδαίοις τὶς ἰῶ δικαιῳ ἀνὴρ, ἠ τὰ ὐρανία ἔμπειρῳ. Hoc eſt: *Meminit autem patris noſtri Abrahami Beroſus quoque, non tamen eum nominans, his verbis: poſt dilivium autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam Vir Juſtus, etiam rerum cœleſtium peritus.* Item ibidem. Cap. IX. Θαυμαθεὶς ὲν ὑπ' αὐτῶν ἐν τ σωφρσίαις ὡς σωφρονεστάτῳ ἠ δεινὸς ἀνὴρ, ὲ νοήσας μόνον, ἀλλὰ ἠ πείσας λέγων περὶ ὧν ἂν ἐθι χειρήσειεν διδάσκειν, πλὴ τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζετ, ἠ τὰ περὶ ἀστρονομίαν παραδίδωσι. πρὸ γὰρ τ Ἀβραμου παρσίας εἰς Αἴγυπτον οἱ Αἰγύπτιοι τύτων εἶχον ἀμαθῶς, *Ob has igitur diſſertationes in pretio habitus, ut qui magnam tam intelligendi, quam eloquendi docendique facultatem præ ſe ferret, & numerorum ſcientiam & ſiderum benigne illis communicavit. Nam ante Abrahami ad Ægyptios adventum, Ægyptii rudes erant hujusmodi diſciplinarum.*

narum. Sic etiam Orpheus, vel ex ejus mente Onomacritus in Carmine περὶ Θεοῦ,

Οὐ γὰρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων ἡραίνοντα
Εἰ μὴ μονογενής τις ἀποῤῥὼξ φύλη ἄνωθεν
Χαλδαίων, ἴδεις γὰρ ἕλιν ἄστροιο παρ' ὅλης
Καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περὶ πάλφ.

Nemo enim unquam vidit mortalium hominum Imperatorem
Nisi unigenitus quidam oriundus ex antiqua gente
Chaldæorum, sciens enim erat astri cursus
Et ut Sphæræ circum terram circumvolent.

Alexander polyhistor, cujus fragmenta servavit Eusebius præparat. lib. IX. cap. XVI. &c. τὴν εὕρεσιν αὐτῶν, Arithmeticæ scilicet & Astrologiæ, εἰς Ἑνὼχ ἀναπέμπει. ἢν τῶν εὑρηκέναι πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους. *Inventionem illarum* (artium scilicet) *ad Enochum refert, atque illum primum invenisse Astrologiam, non Ægyptios.* Clemens autem Alexandrinus Stromat. lib. I. dicit Ægyptiorum & Chaldæorum inventum esse Astrologiam. Αἰγύπτιοι πρῶτοι Ἀστρολογίαν εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν· ὁμοίως δὲ Χαλδαῖοι. *Ægyptii primi inter homines introduxerunt Astrologiam, similiter & Chaldæi.* Concedimus equidem longo ante natum Jesum Christum Zodiaci mentionem injici. Anaximander enim, qui anno ante natum Servatorem 541. vel circiter floruisse putatur, primus fuit qui apud Græcos obliquitatem Zodiaci demonstravit: verum hoc negamus vel Abrahami, Enochi, Noachi, &c. Antiquorum illorum Virorum ætate, inventa fuisse aut cognita Zodiacorum signa, adeo ut pro indubitato habeamus Noachi tempore, Sibyllam carminibus suis illorum signorum mentionem non potuisse injicere: artes enim ubi primum innotescunt ad perfectionem non sunt redactæ, sed temporis successu perficiuntur, etiamsi concederemus Abrahami ævo Astrologiam fuisse notam, inde tamen non sequitur illo tempore Zodiacorum cognitionem fuisse receptam. Sic etiam novitatem suam prodit pseudo-Sibylla versiculo illo proverbiali, lib. III.

Μὴ κίνει καμαρίναν· ἀκίνητα γὰρ ἀμείνω.

Ne Camarinam agita: nam præstat non agitari.

Camarina est oppidum Siciliæ situm ad Paludem ejusdem nominis, urbs ita vocata à vicina palude, non autem palus ab urbe, uti nonnulli existimant, φησὶ γὰρ Δῶρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελικῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, Συρακούσας, Γέλαν, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ Ἔρυκα, Κάμικον, Ἅλυκάν τε, καὶ Καμάριναν. *Ait enim Duris plerasque Sicularum Urbium ab omnibus nomina accepisse, Syracusas scilicet, Gelan, Himeram, Selinuntem, Phœnicuntem, Erycem, Camicum, Halycum, Thermum & Camarinam.* Unde autem Camarina palus dicatur, docet hoc Doctissimus Bochartus lib. I. de Coloniis Phœnicum cap. XXIX. Ex his Pindari Olym. V. de Hippari amne qui in Camarinam influit.

Κολλάτε σαθί-	*agglutinaque stabi-*
ων θολάμων ταχέως	*lium cubiculorum celeriter*
Ὑψίγυον ἄλσας.	*altam Sylvam.*

Quæ Scholiastes ita explicat ex mente Aristarchi Grammatici celeberrimi: θαλάμων κατασκευαστὴν ὑπῆρεν τῇ Καμαρίνῃ παρέχειν· φασὶ γὰρ ὅτι διὰ μέσης ῥέων τὴν Καμαρίνης τῇ πλημμυρίᾳ ἀναπλάσσει γῆν ἀφ' ἧς πλινθεύοντες οἱ Καμαρινᾶιοι οἰκοδομοῦσι τὰς οἰκίας. *Cubiculorum structorem Hipparia Camarinæ præbuit: ajunt enim illum per mediam Camarinam defluentem, accedente maris æstu formare terram ex qua lateres conficiant Camarinenses ad domorum structuram.* Camarinæ itaque nomen est à verbo חמר *chamar* lutosum esse, unde & חומר *chomer* est lutum ex quo fiunt lateres. Sic Exodi cap. I. vers. XIV. serviisse dicuntur Israëlitæ servitute dura בחמר ובלבנים *luto & lateribus*, id est lateribus ex luto conficiendis, per figuram ἓν διὰ δυοῖν, vel ut habet Philo lib. I. de Vita Mosis πηλὸν εἰς πλίνθον σχηματίζοντες. *Latum in lateres formantes.* Palus itaque Camarina à qua Civitati nomen Camarinæ, olim à Camarinensibus siccata, pestilentiam urbi cum intulisset, consultum fuit Oraculum an penitus eam desiccare præstaret, vetuit Oraculum Camarinam moveri, verum spreto responso, Camarinenses paludem penitus exsiccarunt, sed neglecti Oraculi pœnas dederunt, cessavit quidem pestilentia, at majus illis inde natum est malum, hostes enim per eam, urbem invaserunt:

hinc

hinc ergo illud proverbium fuit receptum, ut quando hominibus dissuadere vellent, ne sibi ipsis malum accerserent, tum statim *Camarinæ* mentionem facerent: *nolite movere Camarinam.* Si enim Camarinenses paludem non exsiccassent, hostibus suis viam ad urbem expugnandam non patefeciissent. Hoc modo & sensu apud Lucianum dicitur, in pseudo-logista circa finem: Ὁρᾷς ὡς ἄμεινον ἦν σοι, ἀκίνητον τὴν Καμαρίναν ἐᾶν. *Vides quanto satius fuerat tibi Camarinam immotam relinquere.* Meminit & Camarinæ Virgilius lib. III. Æneid.

Apparet Camarina procul, campique Geloï.

Silius Italicus lib. XIII.

Et cui non licitum fatis Camarina moveri.

At vero nemo mortalium ullo idoneo teste probabit, Noachi ætate, imo ne multis quidem seculis post, hoc proverbium in usu fuisse. Itaque si Sibylla hujus proverbii inventrix est reputanda, saltem proverbio huic locus non fuit, nisi post malum quod Camarinensibus propter exsiccatam paludem accidit. Camarina vero non adeo est Antiqua, ut Sibylla Noachi tempore ejus mentionem facere potuerit. Perpendat sedulus Lector hoc Ferrarii testimonium, *Camarina* inquit, urbs Siciliæ, cum fluvio cognomina & palude, excisa, anno post Romam 155. condita in ora Australi, inter Gelam ad occasum & Pachymum promontorium ad ortum, paulo supra 30. mill. pass. inter duos amnes proximos Vanum & Iporum, Antiquissima, à Syracusanis condita Olymp. 45. Anno post Syracusas 135. à quibus postea eversa fuit. Ex his itaque quæ hactenus diximus luce meridiana clarius patere judicamus, non esse tam Antiquam hanc pseudo-Sibyllam, ac proinde, hæc quæ sub ejus nomine venditantur Oracula esse spuria & plane supposititia, ideoque non possumus satis mirari tantæ credulitatis reperiri homines, ut illis Fidem adhibere velint.

CAPUT XXI.

DE

AUCTORE ORACULORUM SIBYLLINORUM,

Et quo tempore illa fuerint reddita.

BREVIARIUM.

QUo tempore vixerit Auctor Oraculorum Sibyllinorum, ſecundum Doctiſſim. D. Voſſium. Tres eorum Auctores ſtatuit D. Voſſius & poſt Conſtantini Magni tempora illos vixiſſe. Poſt annum centeſimum trigeſimum Octavum conſcripta ſunt hæc ſuppoſititia Oracula. Fraudes Scriptoris vel Scriptorum Sibyllinorum Oraculorum. Quando conſcripta fuerint hæc falſa Oracula ſecundum D. Blondellum, & quis vel quinam illorum Auctor vel Auctores fuerint. Sibyllæ mendacium. Quis illorum carminum Auctor ſecundum Doctiſſ. Mareſium. Hoornbekii de Sibyllinorum verſuum Auctore conjectura. Quis illorum Auctor ſit, incertum.

HIs igitur ita explicatis, non dubitamus quin reperiantur qui nos rogent, quis ergo horum Sibyllinorum ſcriptorum Auctor ſit, & quonam tempore fuere illa conſcripta? De tempore quo conſarcinata & conſcripta ſint hæc Oracula pſeudo-Sibyllina, non eadem eſt Doctorum ſententia & methodus in inquirendo illud tempus. Audiamus primo Doctiſſimum D. Gerardum Joan. Voſſium de Veterum Poëtarum

tarum, Græcorum, temporibus: Videndum (*inquit*) an non ex opere ipſo poſſit cognoſci, quando Auctor vixerit, vel vixiſſe ſe dicat. Atque hoc ad Inſtitutum tria imprimis loca ſe offerunt, quibus ætatem ſuam teſtetur non obſcure, ſive unus is ſit Scriptor, ſive plures fuerint, de quo eadem videbimus opera. Ac primi quidem libri Auctor idem videtur ac ille ſecundi, propterea quod perſequatur ſecundus id, quod in calce primi promittitur. Fuerit autem ille temporibus Diluvii univerſalis: imo Nurus Noachi, ſi de ſe ſcribenti credimus. Nam ait ſe cum marito & Noë, & affinibus ac eorum uxoribus, fuiſſe in Arca tempore Diluvii, cujus Hiſtoriam, uti & eorum quæ contigêre ab origine mundi, eodem libro enarrat.

Alter *locus* eſt libro tertio, cujus Auctor multis ſeculis recentior *fuerit*, nam ait, ab initio Regni Græcorum effluxiſſe annos mille quingentos. Sed hoc quadrifariam intelligi poteſt, pro quadruplici initio Imperii Græcorum. Primum eſt ab Ægialeo, quo nihil Antiquius habent res Græcorum, Pauſania teſte. Nempe is eſt qui condidit Imperium Ægialeæ, ſeu Sicyonis. Sic intelligi debeant tempora Nahoris & filii ejus Tharachi, qui Abrahami pater fuit. Quomodo ab Diluvio anni fuerint quaſi trecenti, ſecundum rationes Hebræorum.

Alterum initium eſt ab Inacho, conditore Regni Argivorum: quo nihil vetuſtius poſt Ægialeum. *Priſcum* ideo vocat Horatius lib. II. Od. III. ac lib. III. Od. XIX. opponit Inachum, & Codrum, illum ut Regum Argivorum primum, qui multo Antiquiores Atticis: hunc ut è Regibus Athenienſibus ultimum. Porro Inachus incidit in tempora Iſaaci Patriarchæ, quaſi quinquennio à morte Abrahami: dependet ejus rei notitia ex γενεαῖς, quas Veteres conſtituunt inter Inachum, & excidium Romanum. Sed de iſthoc potius audiendi Africanus & Euſebius, quam Tacitus, Clem. Alexandr. lib. I. Strom. & Origines contra Celſum. Aliquanto enim hi juniorem faciunt Inachum quam oportet.

Tertium initium eſt ab Ogyge à quo Eleuſis in Attica eſt condita, ab hoc etiam Antiqua omnia dixere Ogygia. Ejus etiam tempore memorabile in Attica Diluvium contigiſſe dicitur. Atque hoc etiam tempus incidit in ætatem Iſaaci: ſed ſenis. Quod mirum? quando is Inacho paulo junior. Sane Inachus Euſebio reponitur ad

Num. CLX. Ogyges ad Num. CCXXXVI. Prior numerus convenit ei tempori, quo nati Iſaaco Eſau & Jacob. Alter cum Jacob metu Eſavi è domo paterna abiit in Meſopotamiam, ubi ſerviit Labani.

Quartum initium eſt à Cecrope, primo Athenienſium Rege, ſive ſecundo, ſi Actæus ante eum Imperavit, ut vult Pauſanias, ſic cœperit Imperium Græcorum temporibus Moſis, nempe anno Moſis XXXV. ſecundum Euſebium: ante excidium Trojæ annis CCCLXXV. pro tam vario initio variat etiam tempus, quo vixerit is Scriptor. Si enim annos illos cIↃ IↃ ab Ægialeo numeremus, fuerit libri tertii Scriptor tempore captivitatis Babylonicæ: ſi ab Inacho, vixerit tempore Ochi Perſarum Regis & Philippi Macedonis, Amyntæ filii. Si ab Ogyge, æqualis ſit eorum Ducum qui inter ſe partiti ſunt Imperium Alexandri M. Sin a Cecrope incipiendum, incidet ætas ejus in tempora Cæſaris Auguſti: atque hæc de Auctore libri tertii.

Supereſt tertius locus, qui eſt libro Quinto: ubi ait Auctor ſe vidiſſe incendium ſecundum templi Veſtæ. Quod contigit temporibus Commodi Imperatoris: nempe anno Urbis conditæ IↃCCCC XLIV. Caſſio Aproniano, & M. Attilio Metilio Bradua II Coſſ. quando non modo ædis Veſtæ, ſed Palatium etiam, & magna Urbis pars incendio abſumta: ut eſt apud Herodianum lib. I. At prius ædis Veſtæ incendium fuit anno Urbis IↃ XIII. A. Manlio Torquato, & Q. Lutatio Cerco Coſſ. & Pontifex M. erat L. Cæcilius Metellus, qui Pii nomen ſortitus ob ea, quæ oculis ambuſtis, brachio ſemiuſtulato tum temporis perpeſſus, dum Palladii ac penates, ſecreta imperii pignora, incendio eripit.

Ex his colligi videtur, non unum, ſed tres minimum, eſſe horum Oraculorum Auctores. Deinceps oſtendam, nullum eſſe ex iis, qui bona fide ſcripſerit; ſed omnes fucum feciſſe Lectori ſcientes, volentes. Metuerem, ne parum placitura eſſet hæc ſententia nonnullis, propterea, quod S. Patres Sibyllinorum Oraculorum Auctoritate impugnent Gentiles, & multa adferant, quæ hodieque in his libris legere ſit. Verumtamen, quæ ſuperius commemoravi, ea adeo manifeſta ſunt, ut qui naris ſunt non nimis obeſæ, facile poſſint fraudem ſubodorari. Vel ſi quid dubii adhuc relinquatur, illud facile eximent, quæ deinceps addam.

Pri-

Primum enim, quis ita ſtulte ſapit, ut perſuadere ſibi poſſit, primum ſecundumque Librum ſcriptum eſſe ab aliqua, jam ante Diluvium nupta, & quæ cum Noacho fuerit in Arca? nonne id ſi eſſet, aliquis ante Chriſtum, vel proximis à Chriſto ſeculis, rei tam mirandæ meminiſſet? & quando iſta ſcripſit? num antequam Babel conderetur, ac Gentes diſpergerentur? at tum una omnium hominum lingua erat, quæ ſane Græca non erat? an poſtea ſcripſiſſe dicemus? atqui ut Græca lingua fuiſſet, talis tamen non erat, qualis horum librorum dictio eſt. Multis enim ſeculis volutis, alia eſſe Lingua ſolet ab ea, quæ fuerat prius. At dictio hæc eſt, non cujusmodi *Homeri*, aut Heſiodi, ætate erat; multo minus, cujusmodi fuerat mille annis ante: ſed eſt, qualis erat aliquanto poſt *Chriſti* tempora; totis bis mille annis à Diluvio, imo aliquot ſeculis amplius. Quid quod Juſtinus Martyr, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Euſebius, ac tot alii ex SS. Patribus, aperte ajunt, nullam è Sibyllis eſſe Moſe Antiquiorem. Hoccine dicturos fuiſſe putemus, ſi eorum temporibus iſta extitiſſent? quamobrem aliud ſtatuere non poſſum, quam Auctorem eum, vel conſarcinatorem, poſt Conſtantini M. tempora vixiſſe: nempe poſt exceſſum Patrum, quos antea commemoravi. Videamus nunc de Scriptore eo, qui ait eſſe annos mille quingentos ab initio Regni Græcorum. Quod tempus, ſi ab *Ægialeo* ordiamur, incidit in Captivitatem Babylonicam, ut antea dixi. Quomodo igitur Sibylla hæc potuit Vaticinari illa de Moſe, ac Regno *Salomonis*, quæ eodem libro tertio leguntur? Nam multis illa ſeculis captivitatem Babylonicam antecedunt: Vaticinia autem non ſunt de præteritis, ſed de futuris. Ac multo minus Vaticinia dici merentur, ſi ab Inacho, vel Ogyge vel Cecrope ordiamur. Imo cum anni illi mille quingenti, ſi à Cecrope incipiamus, deſinant in Auguſto, jam nec pro Vaticiniis haberi poſſunt, quæ ibidem prædicuntur de Monarchia Aſſyriaca, Perſica, Græca & Romana: atque hæc quoque fraudem Scriptoris ſatis detegunt. Supereſt tertius locus qui eſt lib. V. unde colligi dixi, Scriptorem eum vixiſſe temporibus Commodi Cæſaris. Et ſane hic geminum tempus adſignatur. Quod etiam firmatur alio loco, ubi mentio fit *Agonis Iſelaſtici*, qui ut ex Plinio conſtat, inſtitutus fuit tempore Trajani. Idem eo evincitur, quod quindecim tantum Imperatorum

geſta deſcribantur. Ac poſt Hadrianum tres ſecuturi dicantur, Antonini duo, & Commodus. Si quidem merito ſuſpectum eſt, quod non ultra progrediatur Auctor, nempe eo usque procedere auſus fuit, quia præterita tuto poterant referri; in ſequentibus ars ſua impoſtorem deſtituit, quia nondum ea eveniſſent. Hanc ſuſpicionem non leviter firmat, quod demum Antoninorum & Commodi temporibus citari Sibyllina Oracula cœperint. Inſuper, quod opiniones hic inveniantur circa ea demum tempora exortæ. Uti improbos poſt ſecula aliquot æterno tandem liberandos ſupplicio; quod Origenes ſenſit: Item Neronem ſuo tempore occultatum, eſſe denuo producendum: atque hunc fore anti-Chriſtum: quod ex eo multi, Auguſtino teſte, colligebant, quia dicat Apoſtolus Paulus, *Myſterium Iniquitatis jam nunc operatur.* Denique hiſce temporibus inveniebantur non pauci, qui bene ſe putarent mereri de Religione Chriſtiana, ſi libris etiam ſuppoſititiis Gentiles adducere poſſent ad Religionem Chriſtianam. Unde tot libri, aliqui etiam Apoſtolorum nominibus inſignes, qui poſtea à Gelaſio & concilio Romano, inter Apocrypha ſunt relati. Quales non ſemper hæreticos, ſed & homines pios habuêre Auctores. Sane Tertullianus teſtis eſt libro de Baptiſmo, fuiſſe *in Aſia presbyterum, qui ſcripturam de Tecla conſtruxerit.* Atque eum *convictum atque confeſſum, id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe.* Ex his ita colligimus, Sibyllina Oracula, quæ hodieque octo libris collecta ſuperſunt, conficta eſſe & ſuppoſititia: vel ſi qua in iis genuina ſuperſunt, ſaltem iis vetera illa mirifice eſſe interpolata, aliis mutatis, aliis additis; præſertim iſtis, quæ clarius multo nobis Religionis Myſteria, & Euangelicam Hiſtoriam deſcribunt, quam à Prophetis ipſis factum erat. Hactenus Doctiſſimus Voſſius, cui etiam & nos adſtipulamur, hac ſaltem propoſitione excepta, nempe quod Auctorem aut conſarcinatorem horum Oraculorum vixiſſe & ſcripſiſſe exiſtimat poſt Conſtantini Magni tempora, nempe poſt exceſſum Patrum, Juſtini Martyris nempe, Tatiani, Clementis Alexandrini, Euſebii, &c. Putamus enim cum magno Blondello, etiam ante Conſtantinum Magnum Oracula hæc innotuiſſe, imo ipſe Conſtantinus Magnus in Orat. ad Sanctum cœtum, Sibyllinorum meminit, uti antea notavimus: non dubitamus affirmare hæc quæ nunc ſub Sibyllarum nomine circumferuntur Oracula, poſt natum

tùm Chriſtum fuiſſe confícta, ſucceſſu temporis nonnullis additis, unde factum fuerit quòd nonnulla dogmata ſubinde inſerta legantur, quæ primo ſeculo Chriſtianis erant incognita: atque etiam hinc concludere nos poſſe magna cum probabilitate exiſtimamus, ſtatim cum lucem conſpicere inciperent hæc pſeudo-Sibyllina, non fuiſſe in talem ordinem redacta, uti nunc legenda habemus. De illis autem poſtea forte amplius: audiamus vero Doctiſſimum Blondellum, cui fruſtra allatravit Jeſuita Craſſetus, quo tempore hæc ſpuria Oracula comparuerint & quis illorum Auctor ſit habendus. Quadraginta duobus annis poſtquam S. Johannes Epheſum rediiſſet, & triginta octo poſt ejus mortem, Imperator Adrianus prole omni deſtitutus, ingruente triſtiſſima Valetudine, vigeſimo quinto Menſis Februarii die, anni centeſimi trigeſimi Octavi, adoptavit Arrium Antoninum qui poſtea *Pius* dictus eſt, ea lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Marcum nempe Aurelium & Lucium Verum, filium prioris ſui adoptivi filii, vita functum ipſis Calendis Januariis anni centeſimi trigeſimi ſeptimi, eo ſtatim tempore Poëma Sibyllis attributum comparuit, ubi ejus Auctor lib. VIII. circa medium, ultimam Romæ ruinam anno ab V. C. nongenteſimo quadrageſimo octavo futuram ſcribit, incidentem in annum Servatoris centeſimum nonageſimum quintum, eo ipſo, quod bis faciens Imperatorum Catalogum numerans poſt Adrianum Antoninum ejusque utrumque filium adoptivum, evidenter oſtendit, quod vixerit ſcripſeritque poſt duorum illorum filiorum adoptionem. Clariſſima ejus ſunt verba lib. V. in principio.

— — — — Μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκραν⊙ ἀνὴρ. τῷ δ' ἔσεται ὄνομα πόντε.
Ἔσται καὶ παναρίστ⊙ ἀνὴρ, καὶ πάντα νοήσει.
Καὶ δὴ σοί παναρίστε, πανέξοχε κυανοχάτα,
Καὶ δὴ σοῖσι κλάδοισι τὰ δ' ἔσεται ἥματα πάντων.
Τρεῖς ἄρξουσιν, ὁ δὲ τρίτ⊙ ὀψὲ κρατήσει ἁπάντων.

Poſt hunc (Trajanum ſcil.) *argento galeatus nomine Ponti dictus Regnabit.* Ἀργυρόκραν⊙, hoc eſt, argenteus capite, id eſt, canus, *Dictus nomine Ponti*, hoc eſt: fortitus nomen *Adriani*, à mari Adriatico. Erit & alius Vir Optimus qui omnia noſcat, nempe Antoninus Pius,

Atque

Atque hæc, cæruleis ſub te inſignite capillis
Optime, ſubque tuis excellentiſſime ramis
Omnia tempora erunt. — — — —

Sub ramis tuis, hoc eſt: ſub Marco Aurelio & Lucio Vero.

— — — *Tres rerum ſumma tenebunt,*
Omnibus at tandem potietur tertius ille.

Et alibi Romam compellans, nempe lib. VIII. in principio: hoc modo loquitur Sibylla:.

Ἀλλ' ὅτε σοι βασιλεῖς χλιδανοὶ τρὶς πέντε γένωνται,
Κόσμον δυλώσωνται ἀπ' αὐτολίης μέχρι δυσμῶν,
Ἕξετ' ἄναξ πολιόκραιρα, ἔχων πέλας ὄνομα πόντου, &c.

Sed tibi cum Reges fuerint ter quinque potentes,
A quibus occaſus mundi ſubigetur, & ortus,
Rex erit albenti galea, qui nomen habebit
Vicini Ponti, &c.

Per quindecim illos Reges intelligit Julium, Auguſtum, Tiberium, Caligulam, Claudium, Neronem, Galbam, Piſonem, Othonem, Vitellium, Veſpaſianum, Titum, Domitianum, Nervam & Trajanum. *Et nomen habebit, vicini ponti*, intelligit Adrianum qui nomen habet à Mari Adriatico. Et paulo inferius ſic loquitur:

Τὸν μὴ τρεῖς ἄρξουσι πανύστατον ἦμαρ ἔχοντες,
Οὔνομα πληρώσωνται ἐπουρανίοιο Θεοῖο,
Οὗ τὸ κράτος νῦν, ἠὲ εἰς τὸς αἰῶνας ἅπαντας.

Poſt hunc Regnabunt tres ultima tempora habentes,
Implebuntque Dei cæleſtis nomina, cujus
Imperium nunc eſt & tempus in omne manebit.

Tres Regnabunt, ſcilicet Antoninus, Marcus Aurelius & Verus. *Implebuntque Dei*, &c. Nempe Antoninus. *Dei*, &c. *Adonai.* Neceſſe eſt igitur, dicamus impoſtorem hunc, qui, ut hunc Imperatorum Catalogum conficeret, mutuavit Sibyllæ nomen, commiſiſſe

hanc

hanc ſuam fraudem poſt annum centeſimum trigeſimum octavum, Poſſevinus in Apparatu ſuo Sacro exiſtimans, Scriptorem hunc loqui de ſecundo templi Veſtæ incendio, poſt illud eum vixiſſe putat: atque hoc pacto, quatuor hiſce modis fallitur: primo, male conjungit annum centeſimum nonageſimum nonum cum Commodi Imperio, è medio ſublati trigeſimo primo die Decembris anni centeſimi nonageſimi ſecundi. 2°. Incendium templi Veſtæ male conſtituit eveniſſe anno centeſimo nonageſimo nono, quandoquidem (ſecundum Dionem lib. LXXII. Herodianum lib. I. & Oroſium lib. VII. cap. XVI.) Evenit illud circa finem Imperii Commodi, ſeptem annis ante interfecti: imo quod & Euſebius cujus Autoritate manifeſte abutitur, refert tempus hujus ruinoſi eventus, ad annum tertium ducenteſimæ Olympiadis & duodecimum Commodi, quæ ſigna ſunt non poſſe referri niſi ad annum centeſimum nonageſimum Domini noſtri. Tertio quando indicat tres Adriani ſucceſſores, præteriens Verum Imperii ſocium per Marcum Aurelium aſſociatum, in ejus loco ſupputat Commodum, cujus prætenſa Sibylla non meminit nec meminiſſe potuit, quoniam ſcripſit illa poëma ſuum plus quam quindecim annis ante nativitatem illius Principis, quæ incidit in annum centeſimum ſexageſimum & unum menſis Auguſti die 31. & plus quam triginta annis ante conſociationem ad Imperium, factam 17. Novembris anni centeſimi ſeptuageſimi ſexti. Quarto, etiamſi mentionem injicere potuerit, ſecundi Veſtæ templi incendii, fabuloſus hic Scriptor, interim tamen quandoquidem etiam ſecundum Gentilium deſcriptionem, quam paſſim in ſcriptis paganorum reperimus, ſuppoſuit Romam igne perituram, anno nongenteſimo quadrageſimo octavo, incidente in annum Domini noſtri centeſimum nonageſimum quintum & tertium Severi, eo ipſo, perſuadere conatus eſt omnia Romæ templa (etiam inter alia Veſtæ) igne peritura; non potuit, (utpote jam mortuus) ante illud tempus, aut videre illud incendium, aut ſecundum ſuas hypotheſes, dicere ſe illud vidiſſe. Quomodo enim poſtquam affirmavit, Romam duraturam usque ad Antonini vitam ejusque filiorum adoptivorum Marci Aurelii & Veri, (eo ipſo oſtendens ſe ſcripſiſſe illis ſuperſtitibus, & conſequenter Domini noſtri anno centeſimo ſexageſimo) potuiſſet loqui aut mentionem facere Commodi, demum nati ultimo

Auguſti, anni centeſimi ſexageſimi primi, quinque menſibus & viginti quatuor diebus, poſt Antonini obitum, & affirmare ſe vidiſſe ſecundum ædis Veſtæ incendium, quod accidit demum anno centeſimo nonageſimo primo, & duodecimo poſt Marci mortem, quo tempore Romam ac mundum univerſum periturum exiſtimabat, uti lib. III. ſcripſerat ἔσται Ῥώμη ῥύμη, *fiet Roma ruina.* Aut vicus, ſic ad imitationem Apocalypſeos cap. XVII. vers. XVI. & cap. XVIII. vers. VIII, IX. & XIX. vers. III. minatus fuerat illam igne totaliter & finaliter perituram. lib. II. in principio.

— — — Λαόν τε πυράξει
Ῥώμης ἐπταλόφοιο. μέγας δέ τε πλεῖτος ὀλεῖται
Δᾳοῖσιν πυρὶ πολλῷ ὑπὸ φλογὸς Ἡφαίστοιο.

Et Romæ populum, quæ ſeptem continet arces
Concutiet: dives deleta peribit opum vis,
Vulcano crebris miſcente incendia flammis.

Ibidem in fine:

Τρεῖς Ῥώμην οἰκτρῇ μοιρῇ καταδηλήσουσι,
Πάντες δ' ἄνθρωποι μελάθροις ἰδίοισιν ὀλοῦνται,
Ὁππόταν ἐρανόθεν πύριν ῥύσῃ καταφλέκτης.

Hoc eſt:

Tres Romam triſti fatorum ſtamine perdent.
Atque ſuis homines perdentur in ædibus omnes,
Tum cum de cœlo torrens fluet igneus.

Et lib. V.

— — — Πυρὶ δὴ φλεγέθοντι μιγεῖσα,
Ταρταρέον τ' οἴκησιν ἐς ἄδε χῶρον ἄθεσμον.

— — — *Et flagrantibus indita flammis,*
Tartareas habita ſedes inamabilis Orci. Et lib. VIII.

Νάφθα καὶ ἀσφάλτῳ, καὶ θείῳ καὶ πυρὶ πολλῷ
Ἐξανιθήσῃ, καὶ ἔσῃ κενὶς αἰῶνεσσιν
Αἰθομένη.

Sul-

Sulphureque, & νάφθα multoque bitumine & igni
Vaneſces & eris cinis ardens tempus in omne.

Eodem libro octavo p. m. 375.

Τρὶς δὲ τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ
Πληρώσεις λυκάβαντας, ὅταν σοι δύσμορον ἦξη
Μοῖρα, βιαζομένη, τεὸν ὄνομα πληρώσασα.

Porro quater decies complebis, terque trecentos
Annos, atque octo, cum te pertingere metam
Triſtia fata, tuo completo nomine, cogent.

Nomine, hoc eſt : Ῥώμη. Cujus literæ producunt numerum 948. hoc modo: ρ 100. ω 800. μ 40. η 8. nunquid gloriari potuiſſet, niſi pro ridiculo ac ſtulto haberi ſe voluiſſet, ſe ſuperſtitem fuiſſe illis, ſub quibus Romæ ac mundi univerſi finis eſſet conſpiciendus, verum etiam vidiſſe ſe eventum qui quatuor annis anteceſſit diem illum quem extremæ illi deſolationi aſſignabat ? aut, nunquid concinne fateretur, ſe vitam extendiſſe ultra limites temporis, Imperio ac mundo datos? verum non tam ſtolidus ac audax fuit impoſtor, ac verba illa, quæ Poſſevinus credidit adaptari potuiſſe ſecundo ædis Veſtæ incendio, tantum pertinent ad ultimam templi Hieroſolymitani deſtructionem, quod vocat οἶκον πεπυθομένον *domum amabilem*, & *ædem Dei conſervatricem.* Elogium profecto quod templo Veſtæ dari non poterat, ab illo qui diſputare ſuſceperat contra Paganorum idololatriam pro unius Dei cultu. Præterea obſervatio quam Poſſevinus de Auctore ſecundi incendii templi illius de quo intendebat aut intelligebat falſa Sibylla, dicens illud factum fuiſſe ἀπὸ χειρὸς ἀνάγνου, *manu impii*, clariſſime oſtendit, illam cogitaſſe de manu infidelis illius militis qui ignem templo Hieroſolymitano injecerat, ac Titi exercitus Romanorum ducis, Judicio, *impius* pronuntiatus erat: ficta enim divinatrix poterat equidem gloriari, ſe vidiſſe horrendum illud accidens, utpote quod evenerat anno Domini noſtri ſeptuageſimo, ſexaginta octo annis ante Antoninorum Imperium, ſub quo Oracula ſua conſcribebat. Etiamſi quoad ipſam rei ſummam incongrue affirmet ſe fuiſſe nurum Noachi, glorieturque ſe vidiſſe ruinam quæ evenit 2068. poſt Noachi mortem, & 2427. poſt

Diluvium: quaſi ſecundum fabulam ab Ovidio lib. XIII. metamorphoſeos traditam, prætenſa hæc Prophetiſſa, ex privilegio ab Apolline ipſi conceſſo, ſe nempe victuram tot annos quot arenæ grana manu teneret, non ſolum ſeptingentos ſecundum ſupra dictum Poëtam, verum etiam bis mille & quadringentos impleſſet, ac ſe vitam ſuam usque ad mundi finem extenſuram exiſtimaſſet, cum tamen, ſecundum fabulam, poſt mille annos Sibylla illa adeo eſſet attenuata, ut tantum illi vox, qua futura poſſet prædicere, remaneret. Audiamus ipſius verba lib. V.

Οὐκέτι γὰρ σῴζει σεῖο πλὴ φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν,
Ἐσθέσθαι σῴζει σεῖο πάλαι πεπυθομένοιο οἶκος.
Ἡνίκα δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπιζόμενον οἶκον
Πρωιηδὸν, πυρὶ τεγγόμενον ἀφ' χειρὸς ἀναγνὸς,
Οἶκον ἀεὶ θάλλοντα, θεῦ τηρήμονα νηὸν,
Ἐξ ἁγίων γεγαῶτα, καὶ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα,
Ἐκ ψυχῆς ἐλπιζόμενον, καὶ σώματος αὖτε.

Non jam perpetuo ſervatas fomite flammas
Virgineæ invenient in te, diasque puellæ.
Extincta eſt iſthic ædes peramabilis olim,
Tum, cum præcipitem flamma ſuperante ſecundam
Vidi labentem manibus crudelibus ædem,
Ædem perpetuo florentem: Numine templum
Auguſtum, à Sanctis ſtructum, ſemperque futurum
Ipſius ex animo ſperatum & corpore.

Hic ſermo nullam relationem habere poteſt, niſi ad incendium templi Hieroſolymitani, ab exercitu Romanorum perpetratum, in cujus facinoris pœnam, Auctor Scripti Sibyllini exiſtimat Romam adeo deſolatum iri, ut ipſæ Virgines Veſtales non amplius ſint reperturæ ignem, quem Sacrum & Divinum vocabant. Hinc patet Opinionem Poſſevini de tempore, quo vixit ille homo qui Sibyllam ſimulabat, eſſe male fundatam, atque ordo poſtulat ut inquiramus quot annis retrogradiendum eſt, ut certo illud tempus reperiamus. Si quispiam ipſius verbis niti vellet, lectione ſola illorum Scriptorum crede-

credere teneretur, illum ſcripſiſſe ſub Antonino, verum illius Autoritas ſeparata ab rebus quæ alioquin illius opinionem firmare poſſet, nulla cum ſit, ejusque Fides maxime cum ſit ſuſpecta, atque ejus ſermo ſponſore cum habeat opus, neceſſum eſt ut aliis fulcris nos muniamus, ac præferamus illorum teſtimonia qui ejus fraude fuerunt decepti, omnibus illis quæ de ſeipſo eſt teſtatus. Theophilus Antiochenus qui XIII. die Octobris anni centeſimi octuageſimi è vita ceſſit, eo ipſo quod in libro ſuo ad Autolycum quam plurima ex prætenſo Sibyllino ſcripto exſcripſit, irrefutabiliter probat illum Sibyllinorum Oraculorum Scriptorem tempore fuiſſe Theophilo priorem, atque illum, qui primus illud ſcriptum compoſuit, non perveniſſe (contra Poſſevini opinionem) usque ad Commodi Imperium, qui (tempore mortis Theophili) tantum pervenerat ad octavum Imperii ſui menſem. Athenagoras qui (in Legatione ſua pro Chriſtianis ad Imperatores Marcum Aurelium & Verum) ſex verſus ex libro ſecundo deſcripſit, indicat falſam hanc Prophetiam exſtitiſſe ante annum centeſimum ſeptuageſimum quo Verus obiit. Hermas (quem Tertullianus affirmat fuiſſe fratrem Papæ Pii primi, in thronum miſſi Die Dominico VII. Martii anno 146. ſub conſulatu Clari & Severi, mortui undecimo Julii anno centeſimo quinquageſimo ſub conſulatu Gallicani & Veri) teſtatur ſibi illud innotuiſſe ſcriptum, quoniam in libro ſuo cui titulum dedit, *Paſtor*, non ſolum miſcuit nugas quæ affinitatem habent cum Sibyllinis fictitiis, verum etiam illorum Auctorem deſignavit nomine proprio quod ferre voluit: quoniam in ſecunda libri primi viſione, finxit per anum, durante ſua exſtaſi, ſibi libellum continentem admonitiones ad pœnitentiam deſcribendum traditum, his verbis ea expreſſit quæ de illis credebat: *fratres, mihi in ſomno per Juvenem fuit revelatum, ac dictum, quamnam putas eſſe hanc anum à qua accepiſti Librum? & reſpondi, Sibyllam eſſe exiſtimo.* Unde ſequitur etiam ante annum centeſimum quinquageſimum Romæ inter Chriſtianos invaluiſſe opinionem, Sibyllam quandam, à Paganorum Sibylla valde diverſam ac diſſimilem dediſſe ſalutares pœnitentiæ ac veræ pietatis præcepta: & quando Papa Pius in ſecunda ſua ad Juſtum Viennenſem Epiſtola, meminit mortis fratris ſui, dicens: *præsbyter, dictus Paſtor, titulum fundavit, ac digne in Domino deceſſit.* Eo ipſo, inquam, juſtificat quod, intra centeſi-

mum quadrageſimum ſextum & centeſimum quinquageſimum annos Hermas ſuppoſitionem Sibyllæ factam eſſe exiſtimaverit, atque Auctorem librorum illi aſſignatorum eſſe Antiquiorem. Sanctus Juſtinus Philoſophus Chriſtianus, Neapoli Palæſtinæ olim *Sichem* dicta oriundus, & qui poſtea Romæ Martyrium paſſus eſt, primo Junii, anno centeſimo ſexageſimo tertio : in prima ſua Apologia oblata Antonino ejusque filiis adoptivis & populo, antequam Marcus Aurelius, qui *Veriſſimus* fuit dictus, in Imperio collega fuiſſet receptus, conſequenter circiter annum centeſimum quadrageſimum primum aut quadrageſimum ſecundum, conqueritur, quod ſub pœna capitis lectio librorum Sibyllinorum ac Hyſtaſpis fuerit interdicta, neque dubitationi locus relinquitur quod non de illis libris Sibyllinis, quos nunc habemus loqui aut ſcribere intenderit, quandoquidem in Paræneſi ſua ad Græcos deſcripſit tres verſus ex præfatione libri tertii, & ſeptimi, quod evidens eſt argumentum, Oracula Sibyllina tum temporis fuiſſe publica, quoniam illa ipſius manibus fuerant contrectata, ac objecta Paganis tanquam notiſſima, quibus illorum errores retundebat. Hactenus Doctiſſ. Blondellus de tempore quo Sibyllina Oracula publice innotuerunt: nunc reſtat ut de illorum Auctore vel Auctoribus diſſerentem audiamus : duos autem illorum Auctores deſignat, quibus vel alteruti ſcriptum hoc, his argumentis fretus, adjudicat: Hermam uti ante indicavimus, nominat: qui Sibyllam fuiſſe illam, anum quæ illi libellum pœnitentiæ præcepta populo proponenda continentem tradidit. Alterum Sibyllinorum Oraculorum Auctorem conjiciunt Blondellus & D. Mareſius ὁ μοναχαρίτης, fuiſſe Montanum hæreſiarcham, hiſce fretus argumentis; primo inquit Doctiſſimus Mareſius, Montanus Prophetam agebat, paracletum ſe mentiendo & duas ſecum Prophetiſſas circumducendo, Priſcam & Maximillam, quibus jam in illo tractu præluxerat illa Jeſabel cujus fit mentio Apoc. cap. II. vers. XX. & in quibus frequens obſervabatur furor, & Enthuſiaſmus, haud ei abſimilis quo Sibyllæ Ethnicorum correpiebantur, & qui hodie Quakeris Angliæ eſt perfamiliaris. Secundo haud obſcure Sibyllinorum horum Oraculorum Scriptor innuit, ſe fuiſſe Phrygia oriundum, atque hinc Phrygiam ſupra alias terras extollit, vocat illam Φερέσβιον ἠ χρυσαῦν lib. tertio p. 248. eo quod exiſtimet Phrygiam, primam poſt

Di-

Diluvium fuiſſe ab hominibus habitatam, hoc modo autem de illa Vaticinatur: lib. I. p. 175.

Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρης,
Πρώτη δ' αὖ θρέψεις γλυκερὸν ἔτερον ἀνθρώπων
Ἀρχομένη αὖθις· ἔσῃ δ' τροφὸς πᾶσι πάντων.

— — *O Phrygia, à ſummis tu vertice prima*
Emerges undis: hominum tu prima renaſcens
Educes genus, & cenſebere maxima nutrix.

Atque etiam hinc eſt quod mendaciſſime ſcribat lib. I. p. 180. Arcam Noachi conſtitiſſe in monte Phrygiæ, cui nomen fuit *Ararat*, etſic Phrygiam novi mundi terrarum fuiſſe cultiſſimam & Antiquiſſimam. Hoc modo loquitur pſeudo-Sibylla lib. I: p. 180.

Ἔστι δέ τις Φρυγίης ὑπὸ ἠπείροιο μελαίνης
Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος, Ἀραράτ' δ καλεῦσιν.

Aſſurgit Phrygiæ mons quidam in finibus atræ
Arduus alta petens, Ararat quem nomine dicunt.

De hoc Sibyllæ mendacio atque erroris illius occaſione poſtea latius diſſeremus, ac tum Doctiſſimi Iſaaci Voſſii, credentis montem Ararat poſſe dici in Phrygia exſtitiſſe, opinionem examinabimus: ſaltem ex his patet Sibyllinorum fabricatorem Phrygiam tanquam ſuam Patriam aliis terræ Regionibus prætuliſſe. At vero Montanus erat Phryx, & inde Montaniſtæ *Cataphryges* dicti Veteribus. Tertio, errores qui in Sibyllinis ſparſim reperiuntur, quales ſunt inter alios, de igne ultimæ conflagrationis, per quem omnes putat transituros, de duplici Reſurrectione ad gloriam, de excluſis animabus piorum à Dei viſione ante Reſurrectionem, de Chriſti Regno millenario in terris, &c. Quorum plerique à Cerintho vel Papia vel utroque promanarunt, Montanus affricuit Tertulliano aliisque, ſic differente & affirmante Doctiſſ. Mareſio Theſi XXXVI. de Sibyllis & libris Sibyllinis. Quarto exiſtimat jam ſæpe laudatus D. Mareſius, eo quod Montani temporibus vanitas illa Kaballiſtica, qua nomina per numeros enuntiantur, impenſius viguit, atque Sibyllinorum verſuum Scriptorem vel Scriptores illis futilibus multum addicti deprehendun-

tur

tur, valde probabiliter fœtum illum ſuppoſititium Montano poſſe attribui. Addit & conjecturam ſuam Doctiſſ. D. Hoornbeeckius in de converſione Judæorum diſputatione XIII. Th. XXVII. forte, inquit, nec *Papias*, Hieropolitanæ in Aſia Eccleſiæ Epiſcopus omittendus erit, qui Johannis Apoſtoli Auditor, præcipuus opinionis Chiliaſticæ patronus fuiſſe & Auctor perhibetur: quemque Hieronymus, præter quinque volumina explanationum ſermonum Domini, edidiſſe, ait, mille annorum Judaicam διήγησιν. Ingenue autem fatemur nos, nulli in particulari attribui poſſe ſpuria hæc ſcripta: exiſtimamus enim non ſimul uno eodemque tempore, ab uno Scriptore profecta fuiſſe hæc Sibyllina carmina, nec eo ordine in octo libros congeſta, fuiſſe conſpecta, ſed ſucceſſu temporis, his illis quædam tanquam Sibyllina addentibus, fuiſſe à quodam collecta & in illum ordinem, quo illa nunc ſuperſunt, fuiſſe congeſta. Certum enim eſſe judicamus, ne Lactantii quidem ævo in hunc ordinem fuiſſe redacta: citat nonnullos prætenſæ hujus Acroſtichidis verſus, ſed nullibi verbum reperitur ex Acroſtichide ſic dicta fuiſſe depromptos, atque illi ſub hoc Acroſtichidis nomine fuiſſe cognitos. Imo ne quidem allegat Lactantius nonnullos verſus quos nunc in illa ſic dicta Acroſtichide invenimus, verum de Acroſtichide altum eſt ſilentium lib. VII. de vita beata cap. XVI. & XIX. & XX. cap. imo ne Juſtinus quidem Martyr Acroſtichidis meminit, uti, plura ſi quis velit, capite de Sibylla Erythræa oſtendimus. Et ſi quis perpendere dignetur, quanta in his carminibus ſtyli deprehendatur inæqualitas, facile diſcernet, non eſſe unius ejusdemque hominis aut temporis ſcriptum: ideoque exiſtimamus fruſtra inquiri de horum Sibyllinorum Oraculorum Auctore vel Auctoribus, quandoquidem plures, & quidem tenebriones fuiſſe judicamus. Neque etiam fundamento carere hanc ſententiam putamus. Si enim de conquiſitis in multis Regionibus ſermonem inſtituamus, non adeo mirandum eſſe credimus, ſi multi ſuppoſititii verſus pro Sibyllinis venditatis, irrepſerint: ſi de his octo libris quales nunc habemus, agatur, non diffitemur, imo affirmamus uti antea indicavimus, plurima adulterina carmina pro genuinis potuiſſe ſubſtitui à nugivendis, imo & ipſi Pagani ſuſpicabantur, non omnia illa Oracula fuiſſe ſincera, quoniam poſt legatorum reditum delectum illorum carminum habuerunt,

runt, & quæ genuina judicabantur, ſub arcta cuſtodia aſſervari curarunt: certum igitur eſt ſignum ne ab ipſis quidem Gentilibus pro genuinis habita fuiſſe illa carmina, quæ ſub Sibyllarum nomine circumferebantur.

CAPUT XXII.

UTRUM SIBYLLÆ DIVINITUS

fuerint inſpiratæ, &c.

BREVIARIUM.

NOnnulli exiſtimant Sibyllina Oracula, cum antiqua Paganorum adeo decantata, tum hæc quæ nunc octo libris comprehenſa habemus, fuiſſe à Deo inſpirata. Opinio hæc refellitur. Sibyllæ fuerunt furioſæ & inſanæ, Prophetæ & Divinitus inſpirati viri, tales non fuerunt. Sibyllæ fuerunt Melancholicæ ſecundum Ariſtotelem. Sibyllæ ipſæ fatentur ſe fuiſſe furioſas & mente alienatas. Sibylla ſibi contradicit. Spiritus Dei non reddit homines inſanos. Sibylla non novit omnia, etiamſi de omniſcientia glorietur. De omniſcientia Viri, Divinitus inſpirati ſibi conceſſa nunquam fuere gloriati. Juſtinus Martyr, aliique Patres, Sibyllas fuiſſe amentes, cum Spiritu Dei arriperentur, teſtantur. Hoc etiam ſic docuerunt Conſtantinus, Plato, &c. Prophetæ non fuerunt amentes. Hoc Patres antiquiſſimi docuerunt. S. Scriptura hoc etiam innuit. Non ſolum Patres Græci verum etiam Latini hoc affirmarunt. Sic etiam Neoterici cenſuerunt. Tertullianus refutatur. Prophetæ Divinitus inſpirati non omnia particularia, aut omni tempore ſtatim ac

Oracula fundebant, illa intellexerunt. An Sibyllæ pro θεόπτοις à Deo motis poſſint haberi. Sibyllæ fuerunt diabolicæ. Prophetæ Divinitus inſpirati nunquam res ſacras vendebant, aut pretium pro illis accipiebant, ſed quidem falſi Prophetæ. Prophetæ Sancti plerumque nomina ſua, patriam, parentes, tempus quo vivebant, &c. Oraculis ſuis præfixerunt. Hæc quæ nunc ſub Sibyllarum nomine habemus Oracula, religioni Paganæ favent, ideoque non fuiſſe Divinitus inſpirata ſtatuendum cenſemus. Craſſetus refellitur. Hæc ſuppoſititia Oracula mendaciis & æquivocationibus ſcatent. De Oraculo olim Cræſo dato. De Oraculo fraudelento Athenienſibus dato. Quid ad illud OEnomaus apud Euſebium. De Oraculo Ætalis dato. De Oraculo ambiguo quod Lacedæmonibus Pythia dedit. De Apollinis reſponſo Philippo Macedonum Regi dato. De Vaticinio quod Appius olim accepit. Quo pacto Epaminondas Oraculo fuit deceptus eſt, & Amilcar, &c. De reſponſo aſtuto primis noſtris parentibus à Diabolo dato. De Adami nomine, utrum ſit tetragrammaton. Etymologia vocis Ἄδης. Cur & unde Ἄδης vox ſic dicta. An à voce Ἄδαυ derivetur. De voce Ἄδης quomodo ſumatur apud novi teſtamenti ſcriptores. Adamus non fuit damnatus nec primus omnium hominum mortuus eſt. Sibyllæ mendacium.

HIſce hoc modo explicatis & præmiſſis, ordo & ratio, ut reliqua pertexamus, requirunt, ut nunc inquiramus, quales fuerint Sibyllæ, utrum Divinitus ſint inſpiratæ, an diabolicæ ac energumenæ, aut furioſæ, aut Melancolicæ, num poſſint cenſeri θεόπτοις, &c. Et quid de illarum ſcriptis Oraculis, & in ſpecie hiſce quæ octo libris comprehenſa, Doctorum virorum in manibus verſantur, ſit cenſendum: primo Notandum plurimos exiſtimare, tam Sibyllarum Gentilium Oracula, quam illa quæ nunc octo libris excuſa & contenta, exſtant, eſſe Divinitus inſpirata, Hos inter deprehenditur S S. Patrum pars maxima, Verum quo jure, ante jam fuit oſtenſum ac poſt hac patebit. Neotericos autem quod attinet, plurimi cæcutientes ſecuti, huic falſæ opinioni aſſenſum præbent. Miramur autem, tales, inter viros Doctos reperiri, qui futilibus & ſuppoſititiis his carminibus ſub Sibyllarum nominibus evulgatis, tantum honorem deferunt, ut illa à Deo profecta & Sibyllas

Paga-

Paganas Divinitus inſpiratas fuiſſe ſuſtinere non erubeſcant: Rogamus igitur Lectorem noſtrum, ut ſepoſitis præjudiciis, rationes noſtras quibus ſententiam hanc refellere intendimus, ſedulo perpendere dignetur. Primo ſi Sibyllarum Prophetandi modum etiam ſecundum Gentilium deſcriptionem, quam paſſim in ſcriptis Paganorum reperimus cum Sanctorum Prophetarum modo futura prænuntiandi conferamus, deprehendemus Sibyllas non fuiſſe Divinitus inſpiratas, Sibyllæ enim mente alienatæ inſanarum more Oracula fuderunt, neſcientes quid effutiviſſent, de hac Sibyllarum inſania & mentis alienatione egimus ante Cap. VI. p. 129. Quæ ibidem videri poſſunt. Virgilius Maro. lib. III. Æneid. vocat Sibyllam inſanam, talis etiam indicatur apud eundem Poëtam lib. VI. Æneid.

Ventum erat ad limen, cum Virgo poſcere fata
Tempus, ait, Deus, ecce Deus, cui talia fanti
Ante fores, ſubito non vultus, non color unus,
Non conceptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, majorque videri
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando.
Jam propiore Dei — — — —

Et paulo poſt:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates: magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum, tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

Et paulo inferiùs teſtatur idem Poëtarum princeps Virgilius Maro, lib. VI. Æneid. jam ante citato:

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera involvens, ea fræna furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo
Ut primum ceſſit furor, & rabida Ora quierunt,
Incipit Æneas. — — — —

Sibyllas fuiſſe atra bile correptas & Melancholicas ſententia & opi-

nio eſt magni Ariſtotelis, qui ſic de illis problemat: libro Sectione XXX. ſcribit. Πολλοὶ δὴ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τῆς θερμότητος ταύτῃ, νοσήμασιν ἀλίσκονται μανικοῖς, ἢ ἐνθουσιαστικοῖς· ὅθεν Σίβυλλαι καὶ Βάκιδες, καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες ὅταν μὴ νοσήματι γίνωνται, ἀλλὰ φυσικῇ κράσει. Μαρακὸς δὲ ὁ Συρακούσιος καὶ ἀμέσων ἦν ποιητὴς, ὅτ' ἐκσταίη. Hoc eſt: ex Theodori Gazæ interpretatione: *Multi etiam propterea quod ille calor ſedi mentis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico inferveſcunt, ex quo Sibyllæ efficiuntur, & Bachæ, & omnes qui Divino ſpiraculo inſtigari creduntur, cum ſcilicet id non morbo, ſed naturali intemperie accidit. Maracus autem civis Syracuſanus, poëta præſtantior erat dum mente alienaretur.* Hinc liquido cuivis conſtare poteſt, ex mente Ariſtotelis, Sibyllas non fuiſſe Divinitus inſpiratas, verum atra bile fuiſſe correptas, imo Pagani Sibyllæ nomen mulieri alicui dantes, eo ipſo inſanam deſignabant, Σιβυλλαίνειν enim vel Σιβύλλαν εἶναι ut alii legunt apud Diodorum Siculum lib. IV. cap. VI. ſignificat ἐνθεάζειν arreptum eſſe vel *more ſenum delirare* & ſecundum Suidam Σιβυλλιᾶν cum de aliquo dicitur idem ſignificat quod ἀπατᾶται, *ſeducitur*, & μαντικῶς ἔχει. *Divinandi arte pollet.*

Sic etiam Seneca in Agamemnone:

Silet repente Phœbas, & pallor genas,
Creberque totum poſſidet Corpus tremor,
Stetere vittæ, Mollis horreſcit coma,
Anhela corda, murmure infuſo fremunt.
Incerta nutant lumina, & verſi retro
Torquentur oculi, rurſus immites rigent.

Lucanus.

— — — *Bacchatur demens aliena per antrum*
Colla ferens, Vittasque Dei, Phœbeaque ſerta
Erectis diſcuſſa comis. — — —

Idem libro V. p. m. 72.

— *Tunc*

— — — — *Tunc pectore Vatis*
Impactæ ceſſere fores, excluſaque templis
Proſiluit, perſtat rabies, nec cuncta locuta eſt.

Ibidem.

Talis in Euboico Vates Cumana receſſu,
Indignata ſuum multis ſervire furorem
Gentibus. — — —

Et paulo poſt:

Spumea tunc primum rabies veſana per Ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: tunc maeſtus vaſtis ululatus in antris,
Extremæque ſonat, domita jam Virgine voces.

Etiam hoc de Sibylla ibidem addit Lucanus:

Cætera ſuppreſſit, faucesque obſtruxit Apollo.

Hoc modo etiam Claudianus in de qüarto Honorii conſulatu p. m. 157.

Chaldæi ſtupuere ſenes, Cumanaque rurſus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ

Audiamus autem ipſam Sibyllam, vel potius Impoſtorem qui ſub ejus nomine verſus hoſce, Sibyllinos compoſuit: libro II. in principio.

ΗΜΟΣ δὴ κατέπαυσε θεὸς πολυπάνσοφον ᾠδὴν,
Πολλὰ λιτομένης ἐμοὶ πάλιν ἐν φρεσὶ θέσπι
Ἔνθετο θεσπεσίων ἐπέων πολυμηδέα φωνὴν
Πᾶν δέμας ἐκφοβηθεῖσα τά δε σῶμ' ὅτε μὴ οἶδα
Ὅτι λέγω, κέλεαι ἣ Θεὸς τὰ ἕκας' ἀγορεύειν.

Poſtquam perdoctum carmen, me multa precante,
Compreſſit numen, mihi ſub præcordia rurſum
Divini cantus vocem ſubjecit amœnam

Corpore tota ſtupens trahor huc ignara quid ipſa
Eloquar: ipſe ſed hæc mandat Deus omnia fari.

Ibidem etiam poſtea ſic loquitur pſeudo-Sibylla, in tertia libri ſecundi parte.

Παῦσον βαιόν με. κέκμηκα γὰρ ἔνδοθι ἦτορ.
Ἀλλὰ τίμυ κραδίη πάλι πάλλεϊ, ἠδέγε θυμὸς
Τυπτόμενος μάστιγι, βιάζεϊ ἔνδοθεν αὐδὴν,
Λῆξαι πᾶσιν; αὖτὰρ πάλι πάντ' ἀγορεύσω,
Ὅσσα θεὸς κέλεταί μ' ἀγορεύεμεν ἀνθρώποισιν.

Paulisper recreos, animo nam feſſa fatiſco.
Sed quid cor iterum quatitur mihi? mensque flagello
Icta, foras vocem prorumpere cogitur, omnes
Ue moneam? rurſus nimirum cuncta profabor,
Quæ Deus effari mortalibus imperat ægris.

Notandum autem quæ dicit libro III.

Ἠνίκα δήμυ θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον
Καὶ λιτόμην γνωτῆρα μέγαν παύσασθαι ἀνάγκης·
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἴσατο, ἣ μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν
Γαῖαν· — — — —

Ut mihi divino requieta à carmine mens eſt,
Orabam magnum genitorem, vis ut abeſſet.
Sed mihi ſuggeſſit vocem ſub pectore rurſum,
Perque omnes terras præcepit vaticinari.

Sic etiam circa finem libri Tertii vocat ſe Sibylla, furioſam. Hoc enim modo loquitur:

Ταῦτάσσι Ἀσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Οἰστρομανὴς προλιποῦσα, ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῦρ.
Πᾶσι προφητεύσασα θεοῦ μιαιφόνα θνητοῖς.
Ὥστε προφήτευσάν με βροτοῖς Αἰνίγματα θεῖα.

Hæc

Hæc ſunt quæ moneo Aſſyria Babylone profecta,
In Græcos ignis miſſus, fanatica cunctis
Exponens Divina Dei præſignificata,
Mortali ut generi Divina ænigmata pandam.

Judicet iterum præjudiciis non occupatus Lector, quam inſulſe loquatur quæ ſe Divinitus inſpiratam jactitat, Sibylla, libro IV. circa principium.

Οὗτός μοι μάστιγα διὰ φρενὸς ἤλασεν ἔσω

Hic mihi verberibus mentem quatit acribus intus.

Antequam progrediamur, velim ſedulus Lector obſervet, quam miſerum in modum Sibylla hæc ficta, ſibi contradicat: audivimus ſupra illam ignoraſſe quæ diceret quando Enthuſiaſmi igne corriperetur, ſe fuiſſe rabie & furore actam, adeo ut poſtea Oraculorum ſciſcitantibus datorum, non fuerit memor: uti inferius hoc ex Juſtino Martyre probabimus, conferantur itaque jam allegata cum illis, de quibus gloriatur tantopere libro octavo p. m. 392.

Οἶδα ἐγὼ ψάμμων τ' ἀριθμὸς, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Οἶδα μυχὸς γαίης, καὶ τάρταρον ἠερόεντα.
Καὶ μερόπων ὄντωντε, καὶ ἐσομένων, νεκύωντε,
Οἶδ' ἀριθμὸς ἄστρων, καὶ δένδρεα, καὶ πόσα φύλλα,
Τετραπόδων, νηκτῶντε, καὶ ὀρνίθων πετεηνῶν.

Novi ego arenarum numeros, menſumque profundi,
Tellurisque ſinus, tenebroſaque tartara novi,
Quot fuerint homines, quot ſint, quot deinde futuri,
Aſtrorum numeros, ſtirpes, frondesque quot usquam:
Quot ſint quadrupedes, quot pisces, quotque volucres.

Quo pacto Sibylla hæc conciliabit? ante dixit neſcio quid dico, non memini illorum quæ dixi, nunc vero gloriatur ſe omnia ſcire. Et ſic blasphemo modo ſe Deo æqualem conſtituit. Hoccine procedat à Dei Sancto Spiritu? credant hoc qui volunt, nos certe nunquam credemus; nunquid probabile exiſtimandum eſt à Dei Spiritu qui non reddit homines inflatos, ſed humiles, poſſe proficiſci tantam arro-

arrogantiam qua gloriatur homo carnalis & à Dei fœdere alienus ſe noſſe omnia & tamen neſcire illa quæ in enthuſiaſmo dixit? certe & hæc ſola poteſt eſſe ratio, cur ſtatuere poſſimus, Sibyllinorum Carminum Scriptorem neutiquam eſſe Divinitus inſpiratum, Spiritus Dei, qui nos ducit in omnem veritatem non reddit homines mente alienatos aut inſanos & rabidos, adeo ut neſciant quid garriant aut effutiant: poſito etiam ſed non conceſſo, Sibyllinorum verſuum fabricatorem, omnia noviſſe, quot in mari ſint piſces, quot homines in terra degant, quot ſint animalia aliaque de quibus vane gloriatur falſa Sibylla, quid hoc faciat ad ejus utilitatem & commodum, an tali cognitione homo redditur fœlicior aut Sanctior? Neutiquam certe, attamen Dei Spiritus omnes ſuas operationes dirigit ad Dei gloriam hominumque ſalutem, quæ autem Dei gloria promovetur, quæ homini ſalus procuratur, ſi Deus alicui concedat noſſe res ſupra memoratas? etiam heic Sibyllam eſſe blasphemam pronuntiare non veremur, quis enim præter Deum Opt. Maximum, numen infinitum, omniſcius? creaturæ ſcientia non poteſt ſeſe extendere ad omnia quæ in terra, mari, &c. reperiuntur objecta, niſi illi omnipræſentiam attribuere velimus, quæ cum finita creaturæ natura, pugnat: cum Boëthio de conſol. ph. potius affirmabimus, Deum ſolum reſpicere omnia: ſic enim de Deo loquens ſcripſit:

Quem, quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere Solem.

Et cum D. Bernardo Serm. XV. in Pſ. *qui habitat*, &c. p. m. 80. *Illum offendens oculum, qui ſolus perfecte novit, quid ſit in homine*, &c. An itaque Spiritus Dei ſibi adeo poſſit eſſe contrarius ut tribuat homini quod ſoli Deo eſſe proprium teſtatur Divinitus inſpirata S. Scriptura? ex hac igitur inflata & ſuperba Sibyllæ jactantia quivis facile judicare potuit, illam non fuiſſe à Deo inſpiratam, nullibi enim legimus Prophetas aliosque θεόπνευστας ad ſuperbiam & vanam gloriationem fuiſſe adactos. Satis miari non poſſumus, quo pacto Patres illi qui ipſi ſcripſerunt, talia qualia ipſa Sibylla de ſe teſtatur, ſe nempe fuiſſe rabie in enthuſiaſmo correptam, mente ſe fuiſſe alienatam, talem, inquam, eſſe aut fuiſſe Divinitus inſpiratam, teſtatur enim Juſtinus Martyr, in I Cohortatione ad Græcos p. m. XXXV. Sibyllæ

læ memoriam dictorum ſimul cum evaneſcente inſtinctu, evanuiſſe, neque intellexiſſe illa quæ prædicerent : audiamus ipſum Juſtinum : ex Platonis libro ad Menonem laudans fatidicos, hunc citat locum : qui etiam nunc in fine illius libri reperitur: Ὀρθῶς ἄρα ἂν καλοῖμεν θείους τε αὐτοὺς, οὓς δὴ νυῦν λέγομεν χρησμῳδούς· οὐκ ἤκιστα φαῖμεν ἂν τούτους θείους εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν ἐπίπνους ὄντας, καὶ κατεχομένους ὑπὸ θεοῦ, ὅταν καλορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πραγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι σαφῶς καὶ φανερῶς εἰς τοὺς Σιβύλλης ἀφορῶν χρησμούς, αὐτὴ γὰ, οὐκ ὥσπερ οἱ ποιηταὶ, καὶ μὴ τὸ γράψαι τὰ ποιήματα, εἶχεν ἐξουσίαν διορθοῦσθαι, καὶ ὑπιξέεναι μάλιστα ἀμφὶ τὴν τῶν μέτρων ἀκρίβειαν· Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ τοῦ ἐπιπνοίας καιρῷ, τὰ τοῦ προφητείας ἐωλήρει· παυσαμένης δὲ τοῦ ἐπιπνοίας, ἐπέπαυτο καὶ ἡ τῶν εἰρημένων μνήμη. τοῦτ' ἔστιν ὃ μὴ πάντα τὰ μέτρα τῶν ἐπῶν τοῦ Σιβύλλης σώζεσθαι. αὐτοὶ γὰ ἐν τῇ πόλει γιγόμενοι ἀμφὶ τῶν ἀποκρύφων μεμαθήκαμεν, τῶν καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς ἐχρησμῳδεῖ ἡμῖν ὑποδειξάντων, καὶ φασὶν τινα ἐκ χαλκοῦ καλεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. ἔφασκον δὲ μὴ πάντων ὧν διηγοῦντο καὶ τοῦτο, ὡς ἀμφὶ τῶν μεγόνων ἀκηκοότες, ὅτι οἱ ἐκλαμβάνοντες τοὺς χρησμοὺς τὶ ἀκαιρότατα, ἐκτὸς παιδεύσεως ὄντες, πολλαχοῦ τοῦ τῶν μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον· καὶ τούτῳ ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τοῦ ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τοῦ μὲν χρησμῳδοῦ μετὰ τὸ πεπαῦσθαι τοῦ καλοχοῦς καὶ τοῦ ἐπιπνοίας, μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων· τῶν δὲ ὑπογραφέων δι' ἀπαιδευσίαν τοῦ τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπλωκότων. Ἀμφὶ τοῦτο τοίνυν τὸν Πλάτωνα, εἰς τοὺς τοῦ Σιβύλλης ἀφορῶντα χρησμοὺς ἀμφὶ τῶν χρησμῳδῶν τοῦτ' εἰρηκέναι δῆλον, ἔφη γὰ ἔτως· ὅταν καλορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πραγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. Hæc ſic ſonant ex verſione Langi : *Recte profecto Divinos eos appellaverimus, quos modo vocamus Fatidicos & Vates; nec minus hos [in reipublicæ administratione verſantes homines] quam reliquos, atque inſuper eos quoque dixerimus Divinos eſſe atque numine inſtigari afflatos, nec non Deo agitari attonitos, qui res multas & magnas, recte & vere dicunt, nihil eorum quæ dicunt, intelligentes*: Manifeſto & aperte ad Cármina reſpiciens Sibyllæ. Huic enim haudquaquam, *ſicuti Poëtis, etiam poſtquam poëmata ſcripſere, facultas fuit corrigendi, atque expoliendi reſponſa ſua, juxta exquiſitiorem numerorum & dimenſionum Carminis rationem: ſed in ipſo afflatus tempore ſortes illa ſuas explebat, & evaneſcente inſtinctu ipſo ſimul quoque dictorum memoria evanuit. Atque hæc ipſa cauſa eſt, quamobrem non omnes Carminis numeros Sibyllæ ſervent Oracula:*

quin ipſi quoque, cum in urbe ea eſſemus, Indicibus, qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt ducere ſolent, oſtendentibus; qui urbis loca etiam in quibus illa eſt vaticinata, commonſtrarunt, vidimus loculum quendam ex ære elaboratum, ubi reliquias ejus ſervari dicebant. Inſuper alia omnia quæ Indices expoſuerunt, illud quoque fuit, à majoribus ſe audiviſſe, quod qui ab Oraculo reſponſa excipiebant, quia cum ab eruditione alieni fuiſſent, multoties in accuratiore numerorum Obſervatione erraverint, & proinde iſtam illi quorundam Carminum inconcinnitatis attulerunt cauſam, quod cum Vates ipſa, mentis emotione & afflatu libera, dictorum ſuorum memoriam non retinuerit: tum quæ oracula ſcripto mandabant, propter imperitiam, numerorum obſervandorum accurata ratione exciderint. Quapropter Platonem in Sibyllæ Oracula intuentem, de Vatibus hoc dixiſſe conſtat, ita ſcribentem: cum multas magnasque res recte & vere dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes. Et paulo inferius ibidem: Πείθηται, ὥσπερ ἔφην, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σοφάδι παλαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, ταῦτα μὲν τῶν λεγομένων θεῶν, ὡς μὴ ὄντων, ἀπὸ τινὸς δυνατῆς ἐμπνοίας ἀφ' ἡσυχίων ὑμᾶς διδασκούσης: Hoc eſt ex ejusdem Langi verſione, *credere, ſicut dixi, antiquiſſimæ & priſcæ admodum Sibyllæ, cujus libri in univerſo exſtant orbe, de eis qui dicuntur, non ſunt autem, diis, mirifico quodam præpotentis numinis afflatu ſortibus datis vos docenti.* *Imo & ipſe* Imperator Conſtantinus Magnus Sibyllam de neceſſitate Vaticinandi ſibi à Deo impoſita, conquerentem introducit, in Orat. ad Sanctum cœtum. Libet & heic adjicere locum notatu digniſſimum Suidæ, qui de Sibylla Chaldæa ſic ſcribit: ὅτι ἡ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς καὶ ἄμετροι διείσηνται, διὰ τὸ προφήτιδος ἔσαν ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν τὰ χυγεγράφων, διὰ συμφθαρέντων τῇ ῥύμῃ καὶ λόγῳ, ἢ καὶ ἀπαιδεύτων γραμμάτων καὶ ἀπείρων χαμμαλικῆς· ἅμα γὰρ τῇ ἐμπνοίᾳ ἐπέπαυτο, ἢ τῶν λεχθέντων μνήμη. καὶ διὰ τοῦτο διείσηνται οἱ στίχοι ἀτελεῖς, καὶ διάνοια σκάζουσα. Εἶτε κατ' οἰκονομίαν θεοῦ τοῦτο γέγονες, ὡς μὴ γνώσκοιντο ὑπὸ πολλῶν καὶ ἀναξίων οἱ χρησμοὶ αὐτῆς. Εἶτε δὴ καὶ ὁ μακρὸς χρόνος, ὡς καὶ ἄλλων πολλῶν αἴτιος τοῦτο ὑπῆρξεν. Οὐμενοῦν ἀλλὰ καὶ ἡ ἀσάφεια τῶν ὑπὸ τὴν προφήτιδος εἰρημένων, καὶ τὸ πλεοναάκις ἴσως ἀνηγράφθαι τὰ βιβλία, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ σύγχυσιν τοῦ τε διανοίας καὶ τῶν μέτρων ἐμπεποιήκεσαν. Hoc eſt, ex verſione Æmylii Porti, *quod autem ejus verſus imperfecti, metroque carentes inveniantur, non eſt illius Prophetidis ſive Prophetiſſæ culpa ſed ſcriba-*

ſcribarum, qui Orationis impetum quo Sibylla ad verſus fundendos ferebatur, ſcribendo tam cito non potuerint aſſequi, vel etiam quia indocti fuerunt, & Grammatices imperiti, una enim cum verſuum ſenſu ipſa quoque rerum dictarum memoria ſedata, finita ac ſepulta eſt, & propterea verſus imperfecti reperiuntur, & ſententia claudicans ſive per Dei providentiam hoc factum fuerit, ne à multis ac indignis hominibus ejus Oracula cognoſcerentur, ſive etiam longum ipſum tempus, ut & aliarum multarum calamitatum etiam hujus author fuerit: quin etiam ipſa rerum ab iſta Vate dictarum obſcuritas, & fortaſſe quod ejus libri ſæpius fuerint deſcripti, nihil mirum ſi ſenſus & metrorum confuſionem pepererint. Quisnam autem, niſi rabie correptus & inſanus, talia qualia ipſi Gentiles de Sibyllis, imo & ipſæ Sibyllæ de ſe teſtantur, à Deo Divino Spiritu actis Prophetis, aut Apoſtolis aliisque Viris Sanctis in Sacra Scriptura memoratis, attribuere audeat? quid ergo tantane Spiritum Dei imo ipſum Deum afficiemus contumelia, ut ſtatuamus illos qui illo agitante prophetarunt, ignoraſſe quid dixerint? dictorum memoram evanuiſſe, rabie fuiſſe correptos ac mente alienata Oracula fudiſſe? certe hæc admittunt illi qui Sibyllas Divinitus inſpiratas fuiſſe, affirmant: hæc enim Sibylla de ſe fatetur. Verum tales non fuerunt Prophetæ, probe ſciebant quid prophetarent, non erant furioſi, &c. Teſtantur hoc SS. Patres quam plurimi, audiamus hac de re Apollinarem Hierapolitanum antiquum Scriptorem, cujus teſtimonium refert Euſebius Pamphilius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, lib. V. cap. XVI. p. m. 180. Κώμη τίς εἶναι λέγε) ἐν τῇ κῇ Φρυγίαν Μυσίᾳ, καλεμλύη Ἀρδαβᾶν τ' ὄνομα· ἔνθα φασὶ πινὰ τ νεωπίςων πεώτως, Μονζανὸν τ' ὄνομα κῇ Γεφτον Ἀσίας ἀνθύπατον, ἐν ὑπηθυμίᾳ ψυχῆς ἀμέτεῳ φιλοπεωτείας δόνζα πάροδον εἰς ἑαυτὸν τῷ ἀνλικειμλύῳ πνδυματοφορηθλῶαί τε, κὴ αἰφνιδίως ἐν καλοχῇ πινὶ κὴ παρεκσάσι γλυόμλυον ἐνθεσιᾶν ἄρξαθαίτε λαλεῖν κὴ ξενοφωνεῖν, ωρὸς τὸ κῇ ωροφήδοσιν κὴ κῇ Μαδοχλῶ ἄνωθεν τ ἐκκλησίας ἔθε δῆθεν ωεοφητδύονζα. Hoc eſt: ex Verſione Valeſii: *Vicus quidam eſſe dicitur in Myſia contermina Phrygiæ nomine Ardaba. In quo aiunt Montanum quendam ex iis qui fidelium numero recens adſcripti fuerant, immodica primi loci cupiditate captum, primum ſub Grato Aſiæ proconſule aditum, in ſe adverſario Spiritui præbuiſſe: & Dæmone repletum, ſubito quodam furore ac mentis exceſſu concuti cœpiſſe, & nova quædam atque inaudita proloqui, hariolantem*

lantem ac prædicentem futura, præter morem atque inſtitutum Eccleſiæ à majoribus traditum & continua deinceps ſucceſſione propagatum. Et paulo inferius: de ejus Prophetiſſis: ὡς γὰρ ἑτέρας τινὰς δύο γυναῖκας ἐπεγεῖραι, καὶ ἐξ νόθου πνεύματος πληρῶσαι, ὡς καὶ λαλεῖν ἐκφρόνως καὶ ἀκαίρως καὶ ἀλλοτροτρόπως ὁμοίως τῷ προειρημένῳ: hoc eſt: *quippe duas alias mulierculas ſuſcitavit, & adulterino ſpiritu replevit; adeo ut ipſæ quoque perinde ac ſupra memoratus ille, inſana quædam & importuna atque aliena loquerentur.* Etiam paulo poſt de Theodoto ejus ſocio: καθάπερ τὸ θαυμαστὸν, ἐκεῖνον τὸ πρῶτον τοῦ κατ' αὐτὸς λεγομένης προφητείας οἷον ἐπίτροπόν τινα Θεόδοτον πολὺς αἴρει λόγος, ὡς αἰρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανὸς, παρεκδοῦναί τε καὶ πιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τοῦ ἀπάτης πνεύματος καὶ διαπεφθάρθαι, κακῶς τελευτῆσαι: hoc eſt: *ſic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus Prophetiæ illorum quaſi procurator quidam fuit, plurimorum ſermone perhibetur falſo mentis exceſſu abreptus fuiſſe, perinde ac ſi levaretur aliquando & aſſumeretur in cœlum: cumque ſe totum fraudulentiſſimo Spiritui permiſiſſet, ab eo in altum jactatus miſerabili exitu periiſſe.* Sic etiam ex Miltiade idem Euſebius eodem libro capite XVII. Ἀλλ' ὅγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει ὧν ἔπειτα ἀδείας καὶ ἀφοβίας· Ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἑκουσίας ἀμαθίας, καταφρέων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προείρηται. τοιοῦτον δὲ τὸ πρόσωπον, ὅτε τινα τῶν καθ' ἡμᾶς παλαιὰν, ὅτε τῶν καθ' ἡμᾶς καινὴν πνεύματοφορηθέντα, Προφήτην δεῖξαι δυνήσονται. ὅτε Ἄγαβον· ὅτε Ἰούδαν· ὅτε Σίλαν· ὅτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας· ὅτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν· ὅτε Κοδρᾶτον, ὅτέ τινας ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. Hoc eſt: *Pſeudo-Propheta autem, inquit, in falſo mentis exceſſu cujus comes eſt licentia & audacia: à ſpontanea quidem imperitia initium ſumens, in amentiam autem ut jam dixi, involuntariam deſinens. Hujusmodi vero ſpiritu nullum unquam, nec in vetere, nec in Novo Teſtamento profetam afflatum poterunt demonſtrare. Non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammaan Philadelphenſem, nec Quadratum, nec plures quoque alios, qui nihil ad illas pertinent prædicabunt.* Audiamus etiam S. Epiphanii hac de re opinionem: notatu enim locus eſt digniſſimus, ſic loquitur Hæreſ. 48. cap. III. & IV. p. m. 404. ὅτε γὰρ ἐν ἐκείνοις χρεία ἐν Προφήταις, ἐν ἀληθινῷ πνεύματι, καὶ ἐρρωμένῃ διανοίᾳ, καὶ προσηκόντι νῷ, οἱ αὐτοὶ Ἅγιοι τὰ πάντα προεφήτευσαν· ἐμπεπλωσμένοι πνεύματος ἁγίου, καὶ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἐν πνεύματι χαρισμάτων ἑκάστῳ διδομένων, καὶ

καὶ

κ᾽ τὴν ἀναλογίαν τ᾽ πίστεως πρὸς τὸ συμφέρον. τί ἔν συμφέρον ἔστι εἰρήκασιν; ἢ ποῖον ἀνάλογον τ᾽ πίστεως; πῶς ἢ ἀχὶ μᾶλλον ἔστι εἰσὶ πρὶ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος· ὅτε προσέχετε ἀπὸ ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· συσκιάνοντες γὰρ τὰ παρ᾽ Δμθήκην κ᾽ καινὰ ἐν ἀληθείᾳ ὄντα, κ᾽ ἐν ἀληθείᾳ γιόμενα κ᾽, πεπροφητεύμενα, δοκιμάσωμεν ποία προφήτεια τυγχάνει, κ᾽ ποία ψευδοπροφήτεια. ὁ προφήτης μὴ καταστάσεως λογισμῶν, κ᾽ παρακολουθήσεως ἐλαλεί, κ᾽ ἐφθέγγετο ἐκ πνεύματος ἁγίου, τὰ πάντα ἐρρωμένως λέγων· ὡς Μωυσῆς ὁ θεράπων τ᾽ Θεᾶ, κ᾽ πιστὸς ἐν οἴκῳ, ὁ βλέπων ἐλέγετο ὁ προφήτης ἐν τῇ παλαιᾷ Διαθήκῃ, ὥρωσις, φησὶν, ἵν᾽ εἶδεν Ησαΐας υἱὸς Αμῶς ὁ προφήτης· εἶδον φησὶ τ᾽ Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, κ᾽ ἐπηρμένου· κ᾽ εἶδον Σεραφὶμ κ᾽ Χερουβίμ. κ᾽ ἤκουσα φωνῆς Κυρίου λεγούσης πρός με βάδιζε εἶπον τῷ Λαῷ τούτῳ, ἀκοῇ ἀκούσητε, κ᾽ οὐ μὴ μάθητε· κ᾽ βλέποντες βλέψητε, κ᾽ οὐ μὴ ἴδητε. κ᾽ ἀκούσας παρὰ τ᾽ Κυρίου, ἐλθὼν πρὸς τ᾽ Λαὸν ἔφη· τά δε λέγει Κύριος· οὐχ ὡρᾶς, ὅτι παρακεκλεισμένου ὁ λόγος, κ᾽ σὺ ἐξεπαμένου, ἵνα ὡς, ἐξεπαμένης Δμνοίας ἡ φθορὴ ἀπεδίδοτο; ὡσαύτως ἢ κ᾽ Ιεζεκιὴλ ὁ ἅγιος κ᾽ προφήτης, ἀκούων παρὰ Κυρίου, ὅτε ποίησον σεαυτῷ ἐπὶ κόπρου ἀνθρωπείας, ἔλεγε, μηδαμῶς Κύριε, οὐδέποτε κοινὸν κ᾽ ἀκάθαρτον εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. γινώσκων γὰρ τὴν δι᾽ ἀπειλὴν λεγομένην πρὸς αὐτὸν ῥῆσιν ὑπὸ Κυρίου, κ᾽ οὐχ, ὡς ἐν ἐκστάσι Δμνοίας φερόμενος ἐπεβάλλετο τοῦτο ποιῆσαι. ἀλλ᾽ ἠξίου ἐρρωμένην ἔχων τὴν Δμνοιαν, κ᾽ παρακολουθήσων, κ᾽ ἔλεγε μηδαμῶς, Κύριε. ταῦτα γὰρ ἀληθῶς προφητῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἐρρωμένην ἐχόντων τὴν Δμνοιαν, καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν Δμλογίαν. ὁ ἢ Δανιὴλ οὐχ εὑρίσκει πάσης σωφρόσυνης ἔμπλεως, καὶ τοῖς φρονήμασι παρακολουθῶν; ὃς τὰ Αἰνίγματα τ᾽ Ναβυχοδονόσορ ἐπέλυσε, καὶ ἃ ἐκεῖνος ἢ ὀνειρόπτων ἐθεάσατο, καὶ ἀπέφη ἀπ᾽ αὐτ᾽ τ᾽ ἑωρακότος, ἅτινα ὑπομιμνήσκει, καὶ τὴν ὅπλυσιν εὐθὺς ἐπέφερεν ἐρρωμένην κατασάσει, καὶ ὑπερβολῇ χαρίσματος, περιττοτέρως τὴν φρόνησιν ἔχων ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον, Δμ᾽ τὸ χάρισμα τ᾽ ἁγίου πνεύματος, τὸ σοφίζον ὄντως τ᾽ προφήτην, καὶ τὰς Δμ᾽ τ᾽ προφήτου τ᾽ διδασκαλίας τ᾽ ἀληθείας καταξιωμένους. ἃ ἢ ἔστι ἐπαγγέλλονται προφητεύειν, οὐδὲ εὐκαθῆλες φανῆναι, οὔτε παρακολουθίαν λόγου ἔχοντες. Λοιπὰ γὰρ τὰ παρ᾽ αὐτῶν ῥήματα, καὶ σκηλανὰ, καὶ οὐδεμιᾶς ὀρθότητος ἐχόμενα. Hoc est: *Quam diu enim Prophetis opus fuit, & veri Spiritus instinctu, cum animi firmitate, atque constantia, & eorum quæ loquerentur intelligentia Sanctissimi Viri sua omnia responsa & Oracula dederunt, iidemque pro cujusque concessorum à Sancto Spiritu do-*

norum, ac fidei ratione, communem ad utilitatem illo ipso Spiritu repleti sunt. Quid igitur ab illis est ad hominum utilitatem prædictum, aut quæ habita fidei ratio? nonne ejusmodi potius habendi illi sunt, de quibus locutus est Dominus? Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupri rapaces? *Age vero quæ ab illis dicuntur cum iis quæ in utroque testamento revera continentur, quæque certissime gesta, ac prædicta sunt, comparantes, discernamus quæ sit vera, quæque falsa prophetis. Verus quippe Propheta cum sui compos, tum ea quæ dicebat intelligens, futura nuntiabat, proque eo ac Spiritus Sanctus impulerat, præcipuo quodam animi robore Vaticinari solebat.* Sic Servus ille Dei Moyses, ac fidelis in Domo ejus, *unde &* Videns *in Vetere testamento Propheta dicitur.* Visio, *inquit,* quam vidit Isaias filius Amos Propheta. Vidi Dominum sedentem super Thronum excelsum & elevatum. Et vidi Seraphim & Cherubim; & audivi vocem Domini dicentem ad me: Vade, dic populo huic: auditu audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non adspicietis. *Quæ cum audisset à Domino, tum ad populum accedens ita narrabat.* Hæc dicit Dominus. *Videsne intelligentis hæc esse quæ dicat, non ejus qui extra potestatem exierit? nam ejusmodi vox nullam fuisse mentis perturbationem significat Ita Sanctus Ezekiel Propheta dicente Domino;* fac tibi panem *in stercore humano,* respondit, absit Domine: nihil unquam commune & immundum intravit in os meum. *Cum enim minitandi gratia sibi à Domino dictum illud animadverteret, non velut è mentis statu dejectus, statim facere illud aggressus est, sed constanti animi robore præditus, ac sibi præsens ita respondit,* absit Domine. *Hæc enim Prophetarum revera propria sunt, qui firmam ac stabilem in Spiritu Sancto mentem retinent, ac docendi, discernendique facultatem.* Nam Daniel *ipse, nonne plenus omni sapientia fuisse, quæque animo conceperat plane intellexisse videtur? qui & Nabuchodonosoris Ænigmata dissolvit, & quæ ei per somnium oblata fuerant, sed illum ipsum qui viderat effugerant, non aliter in memoriam reduxit: & cum eadem animi firmitate, ac cœlesti illo dono uberrime perfusus citra ullam moram interpretatus est, cum prudentia, intelligentiaque cæteris hominibus antecelleret: ob eam scilicet qua præditus erat Spiritus Sancti gratiam: quæ non modo Prophetam informat, sed & nos omnes, quibus illius adminiculo Deus Doctrinam veritatis impertit. At contra quæ illi vaticinare se jactitant, neque certa*

cum

cum animi firmitate prædicant, nec quæ dicunt intelligentia consequuntur. Sed obliqua sunt illorum ac perplexa verba, nec recti omnino quicquam effutiunt. Ex hoc Doctissimi ac Sanctissimi Patris notabili loco, quivis clare ac distincte videre potest, S. Epiphanii opinionem esse, Prophetas mente alienata non Prophetasse, verum probe novisse illa quæ proferebant Oracula. Idem Sanctus Epiphanius eodem loco paulo post, de Montano scribens sic addit: Οὔτε γὰρ πνεῦμα ἅγιον ἐλάλησεν ἐν αὐτῷ· τὸ γὰρ εἰπεῖν ἐφίπταμαι, καὶ πλήσσω, καὶ γρηγορῶ καὶ ἐξίστᾳ Κύριος καρδίας, σκληκὰ ῥήματα ἐπάρχει ταῦτα, καὶ οὐχὶ προφητευθέντος, ἀλλὰ ἄλλου χαρακτῆρος ὑποδεικνύοντος πρὸς τὸ χαρακτῆρος ἁγίου πνεύματος, ἢ ἐν προφήταις λελαληκότος. Hoc est: *Non enim Spiritus Sanctus in illo locutus est. Atque hæc ipsa verba*: Volo & percutio, & vigilo, & Dominus corda in stuporem vertit, *furiosi hominis verba sunt, minimeque quæ loquitur assequentis: in quo alia prorsus nota figuraque cernitur, quam quæ Spiritus Sancti, qui per Prophetas olim locutus est germana videatur ac propria.* Huic consonum deprehendimus Sanctum Patrem Basilium Magnum, quem hoc modo hac de re scribentem legimus Oratione prima in Esaiam, p. m. 806. Φασὶ γὰρ τινὲς ἐξεστηκότας αὐτοὺς προφητεύειν ὑπακαλυπτόμενα καὶ ἀνθρωπείᾳ νοῒ πρὸς τὸ πνεύματος. Τοῦτο γὰρ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν ἐστὶ τῆς θείας ὑπιδημίας, ἐκφέρουσι ποιεῖν τὸ θεόληπτον, καὶ ὅτε πλήρης γένηται τῶν θείων διδαγμάτων, τότε καὶ τῆς οἰκείας ἐξίστασθαι διανοίας, ἵνα μὴ ὠφελῶνται δι' ἑαυτοῦ, αὐτὸν γὰρ τῶν ἰδιῶν λόγων ἀποστερεῖσθαι ὠφελείας. ὅλως γὰρ πῶς λόγον ἀκόλουθον ἔχει ἐν τῇ τῆς σοφίας πνεύματος μεμισόπονηρον προφητεύσειν; καὶ ἐν τῇ τῆς γνώσεως πνεύματος. Τὸ προφητευτικὸν ἀποβάλλειν. Λλλ' ὅτε τὸ φῶς τυφλότητα ἐμποιεῖ, ἀλλὰ τῇ ἐκφύσεως ἐνυπαρχούσῃ ὀφθαλμῶν δυνάμει διεγείρει ὅτε τὸ πνεῦμα σκότωσιν ἐμποιεῖ τῇ ψυχαῖς, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν τὸν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας κηλίδων καθαρεύουσαν νοῦν διανίσησι. πονηρὸν μὲν ἓν δυνάμει συγχυτικὸν εἶναι διανοίας, ὑπεξελεύσεσθαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὐκ ἀπίθανον, θείᾳ δὲ πνεύματος παρουσίαν τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγειν ἐνεργεῖν ἀσεβὲς. ἔπειτα εἰ σοφοὶ οἱ ἅγιοι, πῶς οὐκ ἐπηκολούθησε τοῖς προφητευομένοις; σοφὸς γὰρ; φησὶ, νοήσει τὰ ἀπὸ τῆς ἰδίας σόφιας, ὑπὸ δὲ χείλεσι φορεῖ ὑπογωμοσωίλω. Hoc est ex versione Godefridi Tilmanni. *Sunt qui dicant, eos extra se raptos Prophetare, humana mente à Spiritu absorpta. Verum id abhorret à professione Divinæ præsentiæ, ut amentem reddat, qui à Numine corripitur, cumque plenus*

nus Divinorum decretorum esse cœperit, tum à propria quoque mente exeunt, & qui aliis ex sese præbeat Utilitatem, ipse ex propriis sermonibus nihil capiat Utilitatis. In summa, qui consentaneum est, ut quis ex sapientiæ Spiritu, simillimus insano reddatur? utque intelligentiæ Spiritus cohærentiam excludat. Quin potius, neque lumen cœcitatem parit, verum videndi vim à natura insitam expergefacit, neque Spiritus tenebras inducit animis, sed ad contemplationem rerum intelligibilium, mentem à peccati maculis puram exigit. Non dissimile veri est improbam Dæmonum vim naturæ humanæ insidiantem, confundere mentem? Verum siquis dicat, Spiritus Divini præsentiam, idem hoc efficere, hic impie dixerit. Ad hæc, si Sapientes sunt Sancti, qui fit, ut non responderint congruerintque iis quæ Prophetantes edebant? Sapiens enim vir, inquit, intelliget quæ ab ore proprio proficiscuntur, in labiis autem portat intelligentiam. Plura alia loca ex Græcis patribus proferre heic possemus nisi brevitati studeremus, ex Clemente enim Alexandrino Stromat. lib. I. appareret Impostores Prophetas in exstasi, hoc est, in mentis alienatione, & insania, servorum instar Prophetasse: uti & ex Origene qui talem motum Prophetis indignum judicavit, non enim (uti suspicantur nonnulli) inquit, Prophetæ alienata mente, aut à Spiritu coacti loquebantur: unum aut alterum locum ex S. Chrysostomo ad hujus rei elucidationem, heic adscribere lubet, quo constet, non tanquam insanos, nescientes quid garrirent, Oracula sua ex Spiritus Divini inspiratione protulisse: Audiamus illum in Psalmum XLIV. hoc modo loquentem. Ψαλμ. μδ. circa princip. p. m. 632. Ἐντεῦθεν κὴ ἕτερόν τι μανθάνομεν, ὅτι οἱ προφῆται οὐχ ὡς οἱ μάντεις ἦσαν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ δαίμων, ὅταν εἰς τὴν ψυχὴν ἐμπέσῃ, πηροῖ τὴν διάνοιαν, κὴ σκοτοῖ τὸν λογισμὸν, κὴ οὕτως ἅπαντα φθέγγονται, οὐδὲν τῶν λεγομένων ἐπιπαμένης τῆς διανοίας αὐτῶν, ἀλλ' οἷον αὐλοῦ τινος ἄψυχα φθεγγομένου. Τοῦτο καί τις τῶν παρ' αὐτοῖς φιλοσόφων ἔφη οὕτως εἰπών· ὥσπερ οἱ χρησμῳδοὶ κὴ οἱ θεομάντεις λέγουσι μὲν πολλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσιν. Ἀλλ' οὐ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτω ποιεῖ, ἀλλὰ τὴν καρδίαν ἀφίησιν εἰδέναι τὰ λεγόμενα. Εἰ γὰρ μὴ ἤδει, πῶς ἔλεγε λόγον ἀγαθόν. Ὁ μὲν γὰρ Δαίμων, καθάπερ ἐχθρὸς κὴ πολέμιος, πολεμεῖ τῇ φύσει τῇ Ἀνθρωπίνῃ· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθάπερ κηδόμενον κὴ εὐεργετοῦν, κοινωνεῖν τῆς γνώμης σοὶ δεχομένους ποιεῖ, κὴ μὴ τοὺς ἐκείνων διανοίας ἀποκαλύπτει τὰ λεγόμενα. Hoc est: *Hinc & aliud quidpiam docemur, quod*

quod Prophetæ non erant tales quales Vates: illic enim dæmon quando illabebatur in animam, mentem inebriat, ac rationem obſcurat, & ſic omnia enunciantur, mente illorum nihil intelligente eorum quæ dixerunt, ſed fiſtulæ inanimatæ inſtar vocem edentis. Hoc & aliquis inter illos Philoſophus dixit, hoc modo loquens: ſicut ſortilegi & Vates multa quidem dicunt, verum nihil eorum quæ dicunt intelligunt. At Spiritus Sanctus ita non agit, ſed permittit cordi intelligere illa quæ dicta fuerunt, ſi enim neſcit, quomodo dixit ſermo eſt bonus. Dæmon enim tanquam inimicus & Hoſtis, bellum infert naturæ humanæ. At vero Spiritus Sanctus tanquam curam gerens & beneficus, participem reddit eum qui illum recepit, conſilii ſui, atque illis revelat cum intelligentia illa quæ dixit, hoc eſt, res Divinas. Audiamus etiam quæ ſcribit in XXIX. homilia prioris Epiſtolæ ad Corinthios p. m. 430. To: 3. ἐν τοῖς εἰδώλοις, φησὶν, εἴποτε κατεχέθη τις ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου ἐμαντεύετο, ὥσπερ ἀπαγόμενος, ἄτως εἴλκετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος, οὐδὲν εἰδὼς ὧν λέγει. Τοῦτο γὰρ μάντεως ἴδιον, τὸ ἐξεστηκέναι, τὸ ἀναγκάζεσθαι ὑπομένειν, τὸ ἐνθεάζειν, τὸ εἵλκεσθαι, τὸ σύρεσθαι ὥσπερ μαινόμενον. ὁ δὲ θεοφόρητος οὐχ ἄτως ἀλλὰ μετὰ ἀφροσύνης νηφούσης, καὶ σωφρονούσης καταστάσεως, καὶ εἰδὼς ἃ φθέγγεται φησὶν ἅπαντα· ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐκβάσεως πάντοθεν γνώριζε τὴν μάντιν καὶ τὸν θεοφόρητον, καὶ σκόπει πῶς ἀνύποπτον ποιεῖ τὸν λόγον· αὐτὸς μάρτυρας καλεῖ σοὶ ἐν τῇ πείρᾳ τοῦ προγεγραμμένους· ὅτι γὰρ οὐ ψεύδομαι, φησὶν, οὐδὲ ἀπλῶς ἀφαυρῶ τὰ τῶν ἐθνῶν, ὡς ἐχθρὸς πλάττων, αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρήσατε· καὶ γὰρ οἴδατε ὅτε εἰλίμενες ἦτε, πῶς ἀπήγεσθε ἑλκόμενοι τότε εἰ δέ τις καὶ τότε ὡς πιστὸς ὑποπτος εἶναι φαίη, φέρε καὶ ἐκ τοῦ ἔξωθεν τοῦτο ὑμῖν ποιήσω φανερὸν ἄνωθεν γοῦν Πλάτωνος λέγοντος ἄτως: Ὥσπερ οἱ χρησμῳδοὶ καὶ οἱ θεομάντεις λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσιν. ἄνωθεν γοῦν καὶ ἑτέρωθι ποιητοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐνδεικνυμένου. ἐπειτὰ γὰρ τελεταῖς τισι καὶ μαγγανείαις κατέδησε δαίμονάς τις, εἰς ἄνθρωπον, καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος καὶ μαντευόμενος ἐρρίπτειτο, καὶ ἐσπαράττετο, καὶ ἐνεγκεῖν τοῦ δαίμονος τὴν ὁρμὴν οὐκ ἠδυνάτο, ἀλλ' ἔμενε μαστιγούμενος ἄτως ὑπόπτους, τοῖς τὰ τοιαῦτα μαγγανεύσι φησι·

Λύσατε λοιπὸν ἀνάκτα βροτοὺς Θεὸν ἀκέτι χορεῖ·
Καὶ πάλιν — — — —

Λύσατέ μοι στεφάνους, καὶ μοὶ πόδας ὕδατι λαμπρῷ
Ῥάνατε, καὶ γεφυρὰς ἀπαλείψατε, καί με μολοῖμι.

Ταῦτα γὰρ καὶ τοιαῦτα (καὶ γὰρ ἔστι πολλῷ πλείονα εἰπεῖν) ἀμφότερα ταῦτα ἡμῖν ἐνδείκνυ), καὶ τὴν ἀναγκὴν ὧν κατεχόμενοι δυλδύουσιν οἱ δαίμονες, καὶ τὴν βίαν ὧν ὑπομένοντες οἱ καθάπαξ ἑαυτὰς ἐκδόντες αὐτοῖς, καὶ τ' ἀπ' φύσιν ἐξίσαν) φρενῶν. καὶ ἡ Πυθία ἢ (ἀναγκάζομαι γὰρ καὶ ἑτέραν, αὐτῶν ἀφημοσύνην ἐκπομπὸν νῦν, ὧν καλὸν μὴν ὧν παρελθεῖν ἀφ' τὸ ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι τὰ ταῦτα λέγειν· ὥστε ἢ σαφέστερον αὐτῶν μαθεῖν τὴν ἀφροσύνην, ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵνα κ' ἐντεῦθεν μάθητε τὴν ἀφρόνοιαν, καὶ τ' πολλὰ γέλωτα τ' τοῖς μαντέσι κεχρημένων) λέγε) τοίνων αὐτὴ ἡ Πυθία γυνή τις ὅσα ὑπακηθῶς τῷ τρίποδι ποτε ὁ Ἀπόλλων, διαιρέσα τὰ σπέλη, εἶθ' ὕτω πνεῦμα πονηρὸν κάτοθεν ἀναδιδόμενον, καὶ ἀφ' τ' γλωττικῶν αὐτῆς ἀφαδυόμενον μορίων πλῆρες τὴν γυναῖκα τ' μανίας, ὁ ταύτην τὰς τρίχας λύσαν λοιπὸν ἐκβακχεύεσθαί τε, καὶ ἀφρὸν ἐκ ῥύμα ὁ ἀφιέναι· ὁ οὕτως ἐν παροινίᾳ γλωμένην τὰ τ' μανίας φθέγγεσθαι ῥήματα. οἶδα ὅτι ἠχύνητε ὁ ἠρυθριάσατε ταῦτα ἀκούσαντες ἀλλ' ἐκεῖνοι ὁ μέγα φρονοῦσι ὁ ἀφ' τὴν ἀφροσύνην ὁ ἀφ' μανίαν ταύτην. ταῦτα οὖν ὁ τὰ τοιαῦτα ὁ Παῦλος ἅπαντα ἀνακινῶν ἔλεγεν· οἶδατε, ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι ὁ ἐπειδὰ πρὸς εἴδωλα διελέγετο, οὐ πίθησι πάντα μὴ ἀκριβείας, μὴ βυλόμενος αὐτοῖς ἐνοχλεῖν, ἀλλ' ἀναμνήσας μόνον ὁ εἰς ἔννοιαν ἁπάντων αὐτοὺς ἀγαγὼν ἀπαλλάττε) ταχέως, πρὸς τὸ προκείμενον ἐπανήγαγεν· τί ἢ ἐστὶ πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα; οὗτοι οἱ μάντεις πρὸς ἐκεῖνα ἤγοντο ἑλκόμενοι· εἰ ἢ αὐτὰ ἄφωνα, πῶς ἐκείνοις ἐλέγετο; τίνος ἢ ἕνεκεν τ' ξοάνοις αὐτοὺς προσῆγε ὁ δαίμων ὡς αἰχμαλώτους ὁ δεσμίους; ὁμοῦ ἢ ὁ τὴν πλάνην πιθανὴν ἐργαζόμενος· (ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ ὁ λίθος ἄφωνος εἶναι, ἐπούδαζον τοῖς εἰδώλοις προσκλοῦν οὗτ' ἄνθρωποι, ἵνα τὰ αὐτῶν ἐκείνοις ἐπεγράφῃ), ἀλλ' ἃ τὰ ἡμέτερα ποιαῦτα, καὶ ἐν αὐτοῖς προσφήτουν, ὡς αὐτοῖς πρέπον μὴ σωτέρεως καὶ ἐλευθερίας ἁπάσης. ἀφ' ὅτου τοῦτο, καὶ ὃ εἰπεῖν, καὶ ὃ μὴ εἰπεῖν ἦσαν κύριοι, ἃ γὰρ ἀνάγη καλείχοντο, ἀλλ' ἐξουσίᾳ ἦσαν τετιμημένοι. ἀφ' τοῦτο ὁ Ἰωνᾶς ἔφυγε, ἀφ' τοῦτο ὁ Ἰεζεκιὴλ ἀνεβάλλετο, ἀφ' τοῦτο ὁ Ἱερεμίας παρητεῖτο. ὁ ἢ Θεὸς ἃ μετὰ ἀνάγκης αὐτὰς ὥθε, ἀλλὰ συμβουλεύων, παραινῶν, ἀπειλῶν ἃ σκοτῶν τὴν ἀφροσύνην, δαίμονος μὲν γὰρ ἴδιον, τὸ θόρυβον ὁ μανίαν ποιεῖν, ὁ πολλοῦ τ' ζόφον θεοῦ ἢ τὸ φωτίζειν, ὁ μὴ σωτέρεως διδάσκειν τὰ δέοντα. Hoc eſt ex interpretatione Franciſci Aretini. *In idolis ſi quis unquam ab immundo ſpiritu deprehendebatur & Vaticinabatur, tanquam ductus trahebatur à Spiritu devinctus, nihil ſciens quid diceret. Hoc enim Vatis proprium eſt mente commoveri, & neceſſario compelli, & trahi tanquam furiis*

furiis percitum, Propheta autem non ejusmodi eſt, ſed ſobria mente & modeſta & firma, quæ loquitur omnia ut decet, novit. Itaque ante finem ſaltem hunc & Vates cognoſcitur & Propheta. Et conſidera quo modo ſine ſuſpicione ſuam proſequitur Orationem, cum eos teſtes advocat, qui rem experti ſunt. Quod enim non fallam, inquit, neque temere gentes carpam, neque tanquam inimicus decipiam, ipſi vos mihi teſtes eſtis, etenim quod cum gentiles eratis, quomodo tunc ducebamini. Quod ſi quis hos tanquam fideles ſuſpectos diceret, age ab externis hoc nobis manifeſtum faciamus. Audi igitur Platonem dicentem, quemadmodum ſortilegi & Vates dicunt quidem multa & bona, ſciunt autem nihil eorum quæ dicunt. Audi & alium item Poëtam eadem oſtendentem. Cum enim in ceremoniis quibusdam & magicis in homine quispiam Dæmonem colligaſſet, & ille Vaticinatus eſſet, deinde Vaticinans dejiceretur, diſſipareturque, & Dæmonis impetum perferre non poſſet, ſed ita diſtractus, eſſet periturus, his qui talia magica operabantur, inquit, ſolvite jam Regem. Mortalis Deum adhuc non capit, & iterum, Solvite mihi coronas & meos pedes, liquida aqua aſpergite, & lineas delete, & veniam. Hæc & hujusmodi, poſſunt enim & alia multa dici, ſed hæc utraque nobis oſtendunt & neceſſitatem, qua detenti ſerviunt Dæmones, & violentiam quam ſuſtinent hi, qui omnino eis ſe ipſos exhibent & mente deſtituuntur. Pythia autem, (cogor enim & aliam eorum turpitudinem impræſentia prædicare) quæ fortaſſe bene prætermitti poſſet, cum nobis decens non ſit, hæc dicere, ſed ut manifeſtius eorum dedecus intelligatur, neceſſarium dicere, ut ſaltem hinc cognoscatis eorum ſtultitiam, & nimiam irriſionem, qui Vatibus utuntur. Dicitur ergo ipſa Pythia mulier quædam ſedere in Apollinis tripode deductis cruribus, inde malus ſpiritus deorſum redditus, & per genitales ejus parte, tranſiens, furore mulierem implere. Hanc autem crines ſolvere, & debacchari, & ſpuma ora perfundere, ebria & inſana verba proferre. Novi vos pudere & erubeſcere, hæc audiendo. Verum illi ſuperbiunt, & propter ignominiam, & propter inſaniam hujusmodi. Hæc igitur & talia Paulus removens dicebat, ſcitis enim cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes, & cum ad non ignaros hujus rei verba faceret, non omnia diligenter exequitur, cum nollet eos perturbare, ſed tantum in memoriam reducit, & in omnium mentionem eos revocat, & quam primum à propoſito brevibus ſe abſolvit. Quid autem ſignificat ad Simulachra muta? Hi Vates ad illa vi ducebantur. Quod ſi muta,

quo modo illis utebantur? qua autem gratia ad ſimulachra eos adducebat dæmon, tanquam captivos & ligatos, ſimul autem errorem perſuaſibilem facerent, & ne mutus lapis putaretur, curabant idolis homines adjungere, ut opera ſua illis inſcriberentur. Verum noſtra non ejusmodi ſunt, ſed non poſuit noſtra, hoc eſt Prophetarum, etenim manifeſta erant, & in ipſis Prophetabant, ut decebat, & prudenter & libere. Propterea & dicendorum & tacendorum erant Domini. Non enim neceſſitate detinebantur, ſed poteſtate in honore habebantur. Propterea Jonas fugit, propterea Ezechiel rejectus eſt, propterea Jeremias relictus: Deus autem non neceſſario eos impellit, ſed conſilio, admonitione, minis: neque obſcuravit mentem: Dæmonis namque proprium eſt, perturbationem, furorem, & multam caliginem infundere, Dei autem, illuminare, ſed prudenter edocere quæ opus ſunt. Ex his igitur quæ hactenus adduximus conſtat, Patres Græcos non credidiſſe Sibyllas fuiſſe Divinitus inſpiratas. Sibyllæ enim ipſæ fatentur fuiſſe ſe illis ſimiles quas Patres jam adducti pro infidelibus habent & tanquam furibundas & Dæmone obſeſſas deſcribunt. Uti autem Græci Patres talia docuerunt, ex quibus conſtat Sibyllas non poſſe judicari Divinitus fuiſſe afflatas, ſic etiam reperimus cenſuiſſe Patres Latinos, Tertulliano excepto, utpote plus æquo, deliriis Montani addicto. Deprehendimus illos Origeni aliisque Patribus Græcis conformes & conſonos: hoc modo enim Origenes Homilia VI. in Ezechielem: (Græce quoniam nunc non habeo ad manus, Latine loquentem adducam.) *Neque enim, (ut quidam ſuſpicantur) mente excidebant Prophetæ, & ex neceſſitate Spiritus loquebantur. Si alii, (inquit Apoſtolus) revelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Ex quo oſtenditur poteſtatem habere eum qui loquatur, cum velit dicere, & cum velit tacere. Et ad Balaam dicitur: verum tamen verbum quod immitto in os tuum, hoc obſerva loqui, quaſi poteſtatem habente eo, ut accepto verbo Dei diceret, ſeu taceret.* Talem Prophetiſſam, qualium mentionem fecerunt Patres Græci, deſcribit Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis, qui apud Marcoſianos ejus notæ extitiſſe aliquam teſtatur, lib. adverſus Hæreſes fol. 27. verſo *Ecce*, inquit, *Gratia deſcendit in te, aperi oſtium, & Propheta. Cum autem mulier reſponderit, nunquam prophetavi, & neſcio Prophetare, invocationes quasdam faciens denuo ad ſtuporem ejus quæ ſeducitur, dicit ei, aperi os tuum, loquere quæcumque, & Prophetabis. Illa autem ſeducta & elata*

abiis

abiis quæ prædicta ſunt, concalefaciens animam à ſuſpicione quod incipiat Prophetare, cum cor ejus plusquam operteat palpitet, audet, & loquitur delirioſa, & quæcumque evenerint, omnia vacue & audacter, quippe calefacta ſpiritu, ſicut meliora nobis de talibus Prophetis exequitur, eo quod audax, & verecunda anima, quaſi vacuo aëre excalefacta eſt, & exinde Prophetidem ſemet ipſam putat, & gratias agit Marco, ei qui participavit ei ſuam gratiam: & renumerare eum geſtit, non ſolum ſecundum ſubſtantiæ ſuæ dationem, unde Divitiarum copiam magnam collegit, ſed & ſecundum corporis copulationem, & ſecundum omnia unire ei cupit, ut cum eo deſcendat in unum. Et paulo inferius deſcribit quales ſint: *Sed tales quidem qui jubentur ab ipſis ſpiritibus & loquuntur quando volunt ipſi, terreni & infirmi (alias inferni) ſunt, audaces autem & impudentes à Satana immiſſi ad ſeductionem eorum, qui non firmam fidem, quam ab initio per eccleſiam acceperunt, cuſtodiunt.* Audiamus etiam S. Auguſtinum in de Geneſi ad lit. lib. XII. cap. IX. *Non eſt Propheta qui ſigna videt, niſi ea intelligat; ideo Videntes Prophetæ appellati, quia magis Spiritui, quam corpori viſio congruit.* S. Hieronymus multis hanc rem agit, ut oſtendat Prophetas olim non Prophetaſſe alienata mente, locum notatu digniſſimum reperio in procemio ad Eſaiam. *Neque vero, ut Montanus cum inſanis fœminis ſomniat, Prophetæ in exſtaſi ſunt locuti, ut neſcirent quid loquerentur, & cum alios erudirent, ipſi ignorarent quid dicerent, de quibus Apoſtolus ait:* Neſcientes quæ loquantur, neque de quibus affirment, *ſed juxta Salomonem qui loquitur in proverbiis,* Sapiens intelligit quæ profert de ore ſuo, & in labiis ſuis portabit ſcientiam: *etiam ipſi ſciebant quid dicerent: ſi enim ſapientes erant Prophetæ, quod negare non poſſumus, & Moyſes omni eruditus ſapientia loquebatur ad Dominum, & Dominus reſpondebat ei: & de Daniele ad Principem Tyri dicitur:* numquid tu ſapientior es Daniele. *Et David Sapiens erat qui gloriabatur in Pſalmo:* incerta & occulta Sapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi: *quomodo Sapientes Prophetæ ſi inſtar brutorum animantium quid dicerent ignorabant. Legimus & in alio Apoſtoli loco:* Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjecti ſunt. *Ut in poteſtate ſua habeant quando taceant, quando loquantur. Quod ſi cui videtur infirmum, illud ejusdem Apoſtoli audiat:* Prophetæ duo, aut tres loquantur, & alii dijudicent: ſi autem alii fuerit revelatum ſedenti, prior taceat. *Quæ ergo poſſunt ratione reticere, cum in ditione ſit*

Spiritus, qui loquitur per Prophetas, vel tacere, vel dicere? Si ergo intelligebant quæ dicebant, cuncta ſapientiæ rationis quæ ſunt plena: nec aër voce pulſatus ad aures eorum perveniebat, ſed Deus loquebatur in animo Prophetarum, juxta illud, quod alius Propheta dicit: Angelus qui loquebatur in me & Clamantes in cordibus noſtris, Abba Pater. & Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Idem Hieronymus in commentariis ſuis ad Eſaiæ Caput primum. *Ex quo Montani deliramento conticeant, qui in extaſi & cordis amentia Prophetas ventura dixiſſe, nequa enim videre poterant quæ ignorabant.* Idem D. Hieronymus in Prologo ad Prophetam Nahum hoc modo rem hanc explicat: *Simul & hoc attendendum, quod hæc ipſa vel aſſumptio, vel onus, vel pondus, Prophetæ viſio ſit. Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus, & Priſca, Maximillaqua delirant: ſed quod Prophetat, liber eſt Viſionis intelligentis univerſa quæ loquitur, & pondus hoſtium facientis in ſuo populo Viſionem.* Pari fere modo ſcribit idem D. Hieronymus in prologo quem Habacuci Prophetiæ præfixit: *nec non hoc animadvertendum quod aſſumptio vel pondus, quæ eſſe jam diximus, Prophetæ viſio eſt, & adverſum Montani dogma per verſum intelligit quod videt: nec ut amens loquitur, nec in morem inſanientium fœminarum,* dat ſine mente ſonum. *Unde & Apoſtolus jubet, ut ſi Prophetantibus aliis, alii fuerit revelatum, taceant qui prius loquebantur. Et ſtatim:* Non eſt enim, *inquit,* Deus diſſenſionis, ſed pacis. *Ex quo intelligitur, cum quis voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, poſſe & loqui & tacere cum velit. Qui autem in exſtaſi, id eſt, invitus loquitur, nec tacere nec loqui in ſua poteſtate habet.* Amplius poſſet hoc negotium perfici, teſtimoniis ex Doctoribus cum Papiſticis tum Reformatis, petitis: ſed unum aut alterum tantum heic in medium proferre lubet. Beda in comment. in II. Petri I. *Ridicule quidam hæc B. Petri verba interpretatus eſt, dicens, quod ſicut fiſtula flatum oris humani ut reſonet, accipit, nec ſonum tamen ipſa, quem miniſtrat, quia inſenſibilis naturæ eſt, intelligere valet: ita Prophetæ, Dei Spiritu inſpirati, ea quæ idem Spiritus vellet, ore proferrent, nec tamen ea quæ dicerent, ipſi mente tenerent.* Cunæus de Republica Hebræorum lib. III. Cap. VII. p. m. 375, 376. *Cæterum neutiquam eſt exiſtimandum, fuiſſe vatum mentem extra ſe raptam, plane ut impos ſui eſſet, atque ut ipſi ea neſcirent, quæ loquerentur.* Spiritus vatum, ipſis ſubjectus eſt, *ait Divus Paulus.*

Quod

Quod ſecus eſſet ſi frænos morderet, & rectorem ſuum raperet, ferretque extra rerum terminos. Celebre eſt illud Meſſiæ, multi Vates cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audiverunt. *Sane deſiderare non potuiſſent, quæ penitus ignorabant. Res quidem præſentes oculis cernuntur: quod illis non contigit, at futuras mente intuiti ſunt. Johannem omnibus Prophetis majorem ideo prædicavit Lucas, quod, quem cæteri venturum cognovere, ille digito monſtravit coram, dixitque:* Hic eſt: *Hoc unum diſcrimen eſt, non exſtaſis in illis, non animorum alienatio raptusve fuit. Montani olim delirium hoc fuit, quod ille obtrudere mortalibus nitebatur, uti fraudibus ſuis nubem objiceret. Maximillam enim & Priſcam, Mulierculas inſanas & Bacchantes, velut in ſcenam adduxit, quæ in illo Mimo, partes ſecundas tractarent. Furere, & incompoſitis motibus agitari, eorum eſt, quorum os rabidum fatigat impurus genius, domatque corda & fingit premendo*, &c. Hoc modo etiam ſeſe exprimit Doctiſſ. Petrus Martyr, loc. com. p. 10. *In definitione diximus, oportere Prophetam & intelligere, & explicare poſſe prædictiones ſuas. Dantur enim ad uſum Eccleſiæ, qui ſine intelligentia nullus eſt.* Hactenus ergo abunde nos oſtendiſſe exiſtimamus, Sibyllas ſecundum Patrum tam Græcorum quam Latinorum opinionem, non poſſe dici Divinitus fuiſſe inſpiratas: ſcimus etiam à nonnullis Prophetas antiquos, tanquam amentes & quid loquerentur neſcios, fuiſſe habitos, verum in eo nimis à partibus Montani ſteterunt, ut & hoc ex Tertulliani ſcriptis abunde patet: hoc modo enim loquitur libro de Anima, Cap. XI. p. m. 165. *Eſt hodie Soror apud nos revelationum Chariſmata ſortita, quas in Eccleſia inter Dominica ſolemnia per exſtaſin in ſpiritu patitur, converſatur cum Angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit Sacramenta, & quorundam corda dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſubmittit.* Ibidem etiam Cap. XI. exiſtimat Soporem illum quem Deus olim in primum noſtrum patrem immiſit, fuiſſe vim & efficaciam Spiritus Sancti, qua Adamus Prophetavit, &c. Hoc nempe: Hoc os ex oſſibus meis & Caro ex carne mea, vocabitur Mulier: propterea relinquot homo Patrem & Matrem, & agglutinabitur Mulieri ſuæ, & erunt duo in carnem unam, ſtatim ſubdit idem Tertullianus ibidem Cap. XXI. Hoc poſtea obvenit, quum in illum Deus AMENTIAM immiſit, Spiritalem vim qua conſtat Prophetia. *Hanc vim,*

inquit

inquit ibidem Cap. XLV. *Extaſin dicimus, exceſſum ſenſus & amentiæ inſtar : ſic & in primordio ſomnus cum extaſi dedicatus, Et Miſit Deus extaſin in Adam, & obdormivit, ſomnus enim corpori provenit in quietem, extaſis animæ acceſſit adverſus quietem, & inde jam forma ſomnum extaſi miſcens, & Natura de forma*: & paulo poſt: *Hoc erit proprietas amentiæ hujus: quia non fit ex corruptela bonæ Valetudinis, ſed ex ratione naturæ : nec enim exterminat, ſed avocat mentem. Aliud eſt concutere, aliud movere, aliud evertere, aliud agitare. Igitur quod Memoria ſuppetit, ſanitas mentis eſt; quod ſanitas mentis, ſalva memoria ſtupet, amentiæ genus eſt. Ideo non dicimur furere, ſed ſomniare : ideo & prudentes, ſiquando ſumus : ſapere enim noſtrum, licet obumbretur, non extinguitur, niſi quod & ipſum poteſt videri vocare tunc. Exſtaſin autem hoc quoque operari de ſuo proprio, ut ſic nobis ſapientiæ imagines inferat; quemadmodum & erroris.* Et lib. IV. adverſus Marcionem, p. m. 427. ad verba illa Petri, Neſciens quid diceret : *quomodo neſciens? utrumne ſimplici errore, an ratione, quam defendimus in cauſa novæ Prophetiæ, gratiæ exſtaſin, id eſt amentiam convenire? In Spiritu enim homo conſtitutus, præſertim cum gloriam Dei conſpicit, vel quum per ipſum Deus loquitur, neceſſe eſt excidat ſenſu, obumbratus ſcilicet Virtute Divina, de quo inter nos & Pſychicos quæſtio eſt. Interim facile eſt amentiam Petri probare*, &c. Hoc modo etiam ſeſe enumtiat idem Tertullianus lib. V. adverſus Marcionem : p. m. 463. *Edat aliquem pſalmum, aliquam viſionem, aliquam Orationem, duntaxat Spiritalem, in exſtaſi, id eſt amentia, ſiqua Linguæ interpretatio acceſſit.* Hactenus Tertullianus, Verum ejus teſtimonio non putem eſſe ſtandum, quandoquidem Montani deliriis nimis fuit addictus. Non eſt quod Tertulliano refutando multum inhæreamus quoniam ab antiquis Patribus jam olim ejus opinio cum Montaniſtarum erroribus fuerit refutata. Quod autem Prophetæ Verteres pro inſanis & amentibus haberentur à nonnullis, hoc non provenit ex eo quod neſcirent quæ dicerent, hoc enim jam ſupra refutavimus, ſed ex eo, quod geſtus non nunquam incompoſiti & extraordinarii illorum Prophetias & Sermones comitarentur, quemadmodum ſæpe hoc illis contigiſſe, abunde teſtantur ſacræ literæ tam de Sanctis quam impiis Prophetis: falſi enim Prophetæ ut ſibi hominum aſſenſum, ac approbationem conciliarent etiam nonnunquam verorum ac Divinitus

tus inſpiratorum Prophetarum geſtus Simiorum inſtar imitabantur: quoniam autem geſtus Prophetarum quos videbant, Sermones non vulgares quos audiebant, ipſis tam inconcinni videbantur, hinc factum eſt, ut inſani & dementes ab hominibus mundanis vocarentur, non quod tales eſſent ſed quia pro talibus ab ipſis haberentur: hoc ſenſu olim Schemahia Nechalameus dixit, Jeremiæ Cap. XXIX. vers. XXVI. *Jehova diſpoſuit te Sacerdotem in loco Jehoiadahi Sacerdotis, cum ſitis præfecti in Domo Jehovæ contra omnem virum amentem & Prophetam agentem; ut ponas eum in Cippo, aut in Schapha.* Eodem plane modo principes Copiarum, conſidentes Ramothis, de puero Eliſæi Prophetæ judicarunt dicentes Jehu, *quare venit demens iſte ad te?* quod autem Prophetæ amentiæ inſimularentur, hoc ex eo accidit, non quod revera dementes eſſent, ſed quia pro talibus à Prophanis haberentur & judicarentur. Hoc aut tale quid innuere videtur D. Ambroſius in Notis ad Pſalmum XXXIX. vers. V. *Sunt inſaniæ vel alienationes mentis, & (forte) Prophetarum, qui in exceſſu mentis poſiti Prophetabant: adeo Spiritu repleti ut aliis inſanire viderentur, quando ſalutis immemores, nudi & discalceati Eſaiæ inſtar, inter homines discurrebant, clamantes non quæ volebant ſed quæ Dominus ipſis mandaverat.* Verum hiſce verbis D. Ambroſius non intendit affirmare, Prophetas inſanos & plane mente alienatos fuiſſe, ſed tantum ea dixiſſe quæ Spiritus & Divinus afflatus ipſis indicabant: renuntiantes Voluntati, motibus & affectibus humanis: hiſce ita ſic poſitis, Prophetas nempe in raptu & motu Prophetico non inſaniviſſe aut mente plane fuiſſe alienatos, adeo ut neſcirent quid dicerent, hoc tamen nollemus affirmare ſemper & in omnibus caſibus particularibus, omnia intellexiſſe quæ Spiritus Divinus illis inſpirabat. Fuere enim caſus nonnulli in quibus profitebantur ſe non clare & diſtincte percipere potuiſſe res illas quæ Spiritus Dei loquebatur, uti patet hoc in Daniele Cap. VIII. vers XXVI. & Cap. XII. vers VIII. & IX. *Quumque ego audiens non intelligerem, dixi, Domine mi, quis finis futurus iſtorum, & ille, abi, inquit, Daniel, nam occluſæ ſunt & obſignatæ hæ res usque ad tempus determinatum.* Hinc tamen non ſequitur, uti Montanus olim ſomniavit, Prophetas fuiſſe amentes & ignoraſſe quid annuntiarent, quemadmodum de ſe teſtatur Sibylla. Quis igitur nunc Sibyllæ fidem commodet, ſe Spiritu Divino afflatam fuiſſe

glorianti Verum nonnulli regerent, illas etiamsi pro fidelibus Prophetissis non sint habendæ, attamen pro θεόρτοις à Deo motis, quales fuerunt olim Bileamus, Pharao, Saulus, Nebucadnetzar, Caïaphas, &c. esse reputandas; respondemus autem de Sibyllis hoc nos non posse credere, quemadmodum de supra dictis infidelibus. De illis enim testimonia S. Scripturæ exstant, de Sibyllis autem nihil innuit Sacra pagina: si de antiquis Paganorum Sibyllis loquamur, cum fuerint diabolicæ, nec alia quam fata Romani Imperii prædixerint, aut cultus idololatricos inculcarint, existimamus non fuisse à Deo, verum à diabolo motas, quidquid sit de Mysteriis Christianis supra sæpe memoratis, nihil de iis potuisse innuere Sibyllas, constans nostra est opinio: sin vero intelligimus de Oraculis quæ nunc in octo librorum farragine contentis extant, non potuisse à Deo talia proficisci, aut à Divinitus inspiratis conscribi, pronuntiamus. Tota enim quanta, pro spuriis & suppositiis ab otiosis hominibus post conscripta Euangelia fabricatis reputamus: uti hoc cuivis constabit, qui quæ supra retulimus & postea addemus, bene & absque præjudicio perpenderit: Diabolicas autem fuisse Prophetissas Sibyllas hasce gentiles, testantur & antiqui & recentiores Scriptores. Videantur S. Ambrosius in commentariis ad Caput II. vers XII. I. Epist. ad Corinthios, ubi Pythonem per Sibyllas esse locutum asserit: *Hic* (Python) *est inquit qui per verisimilia fallitur & fallit, hic est, qui per Sibyllas locutus est, sensum nostrorum secutus, locum volens habere inter cœlestes.* Videantur & alii quorum testimonia ante, sparsim annotavimus. Inter neotericos consuli possunt Fungerus in Etymolog. voce Sibylla, ut & Johan. Gerardus de consummatione seculi p. m. 488. &c. Mœbius in tractatu de Oraculis. Peucerus in lib. suo de Divinatione p. 221. & qui primus nominari debuisset David Blondellus. Inter Pontificios huic sententiæ faventem deprehendimus D. Thomam, in summæ Theol. secunda secundæ Quæst. CLXXII. art. VI. Plura hac de re possent à nobis referri, sed hæc nunc sufficere existimamus. Præter illa quæ hactenus allegavimus, ut constaret Sibyllas non fuisse Divinitus inspiratas, etiam & hæc addere consultum duximus, nempe non esse probabile, Divino Spiritu illas, quemadmodum olim Prophetæ & Apostoli, fuisse afflatas: Divini enim illi homines, numquam res suas Sacras aut sua Oracula divendiderunt, uti hoc à Sibylla factum fuisse

passim

paſſim teſtantur Hiſtoriæ. Scio equidem à nonnullis affirmari, non poſſe probari, mulierem illam quæ Tarquinio Oracula vendidit, fuiſſe Sibyllam, (uti & nos illis aſſentimur) interim tamen, quoniam maximam Hiſtoricorum partem ſic pronuntiare videmus, hinc nos argumentum aſſumere poſſe credimus, Sibyllas illas Paganas à Deo non fuiſſe actas Spiritu Divino, quandoquidem nullibi legimus Prophetas aut Apoſtolos res ſacras aut prædictiones ſuas vendidiſſe: imo Servator noſter Jeſus Chriſtus dicit ſuis diſcipulis ſententiam notabilem quam & heic applicare poſſumus Matth. X. vers VIII. *Gratis accepiſtis, gratis date*: exempla paſſim in S. Scriptura quibus patet Viros Sanctos pro prædictionibus aliisque præſtitis officiis Sanctis, nullam voluiſſe accipere mercedem, ſed conſtanter recuſaſſe leguntur, uti hoc videre eſt in exemplis Elyzæi Prophetæ II Reg. V. vers VIII. & S. Petri Actor. cap. VIII. vers XX. Pſeudo-Prophetæ autem, cum apud Ethnicos tum apud populum Dei, mercedis erant cupidiſſimi, ut patet hoc exemplo Bileami, Num. cap. XXII. & XXIII. Ut autem conſtet lucri ex rebus ſacris, cauſa hoc illos feciſſe, audiamus quid de hoc Bileamo teſtetur S. Petrus Apoſtolus II Ep. cap. II. vers XV. *Mercedem*, inquit, *iniquitatis amavit*. Hinc factum eſt, ut legati Balaac ad Bileamum venerint habentes in manibus pretium & mercedem Divinationis, ut & Naaman ac Hazael, II Reg. Cap. V. vers V. & Cap. VIII. vers VIII. Munera offerentes, exiſtimabant enim Sanctis Iſraelitarum Prophetis mercedem eſſe perſolvendam, quemadmodum hoc apud Paganos, obtinebat: ſic etiam legimus Saulum ejusque puerum non fuiſſe auſos ad Samuelem accedere ſine munere, illum conſulturi I Samuel: Cap. IX. vers VII. & VIII. *neſciebant enim*, inquit *Joſephus*, *Prophetam mercedes non accipere*. At vero pſeudo-Prophetæ etiam apud Iſraelitas, munerum & mercedum erant cupidiſſimi, Videſis Nechemiæ Cap. VI. vers XII. & XIII. Item Ezech. Cap. XIII. vers XVIII. & XIX. Adeo ut vel hinc etiam conſtet Sibyllas non fuiſſe inſpiratas à Deo, quoniam illæ divendiderunt ſua Oracula vel ſaltem divendi permiſerunt, vel non impediverunt: quod plane repugnat praxi virorum Divinitus inſpiratorum. Deo autem venditiones tales ac pretii receptionem displicere, conſtat ex variis pœnis talibus hominibus illatis. Exempla plurima ad hanc rem pertinentia allegari poſſent, unum aut alterum lubet heic

producere. Eſavus non ſolum patris benedictione privatus fuit, non inveniens pœnitentiæ locum, nempe ad quam parentem permoveret, ut revocaret benedictionem Jacobo factam, quanquam cum lachrymis illam, teſte Apoſtolo, quæſiviſſet: Eliſæus Guehaſi ſervo ſuo prædixit lepram Naaman ipſi adhæſuram, ſeminique ejus in ſempiternum, uti eventus ſic factum fuiſſe comprobavit. Judas proditor in deſperationem adactus, ſuſpendio ſeſe ſtrangulavit, ac poſtea decidit præceps, & vel aſpero ſaxo vel trunco ligni acuto illiſus, vel alias ſine illiſione crepuit medius, adeo ut omnia ejus inteſtina ex ventre per medium fiſſo effunderentur. Simonis Magi exemplum, oſtendit, utut S. Petri expetierit preces & pœnarum deprecationem, illum facti non pœnituiſſe, multique inter veteres ſtatuunt & tradunt, illum Romæ coram Nerone cum Petro certaſſe & ab eodem fuiſſe ſuperatum, & per medium aërem volare tentantem, precibus Sancti Apoſtoli præcipitatum in ſaxum allifum & disruptum mortuum fuiſſe. Hæc etiam Oraculorum venditio locum obtinuit inter Paganos, uti hoc multis probari poſſet, ſi omnia exempla pretio & mercede corruptorum Antiſtitum heic congerere eſſet animus aut inſtituti noſtri. Hoc commemoraſſe ſufficiet: Herodotus lib. V. p. m. CCCLIII. ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἦσαν οἱ ἄνδρες οὗτοι ἐν Δέλφοισι κατήμενοι ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες, εἴτε ἰδίῳ σόλῳ εἴτε δημοσίῳ χρησόμενοι, προφέρειν σφι τὰς Ἀθήνας ἐλευθερῶν. *Ut igitur Athenienſes aiunt, hi viri Delphis ſedentes, Pythiæ pecunia perſuaſerunt, ut & quoties viri Spartiatæ venirent, ſive privato ſive publico agmine, petentes Oraculum, proponeret ipſis liberare Athenas.* Plura huic rei accommoda allegari poſſent, ſed hæc nunc ſufficere exiſtimamus. Obſervamus etiam, Sacros ſcriptores Prophetas nomina ſua, Patriam, parentes & tempus quo Prophetias ſuas pronuntiarunt. Videantur teſtimonia ipſorum Prophetarum. Audiamus quid dicat Jeſchahia cap. I. vers I. *Viſio Jeſchahiæ filii Amozi, quam vidit de Jehuda & Jeruſchalaimis temporibus Hozziæ, Jothami, Achazi, Jechiskiæ, regum Jehudæ.* Eodem modo ſcripſit olim de ſe Jirmeia cap. I. vers I. & II. *Verba Jirmeiæ filii Chilkiæ; ex Sacerdotibus qui erant Hanathotis in terra Benjaminis. Ad quem fuit verbum Jehovæ, temporibus Joſchiiæ filii Ammonis regis Jehudæ, decimo tertio anno quo regnabat.* Sic etiam Ezechiel Cap. I. vers I. & II.

Quum

Quum ageretur trigesimus annus quartus mensis die quinto, & versarer inter deportatam multitudinem ad fluvium Cebaris ; aperti sunt Cœli & vidi Visiones Dei : quinto die mensis, ipso anno quinto qui fuit à deportatione regis Joiacini. Pari modo etiam S. Daniel Cap. I. vers I. *Anno tertio Joboiakimi regis Jehudæ, venerat Nebucadnetsar rex Babyloniæ Jeruschalaïma & obsederat ea.* Eodem plane modo Hoscheah cap. I. vers I. *Verbum Jehovæ quod fuit ad Hoscheaham filium Beeri, temporibus Hussiæ, Jothami, Achazi, Jechiskiæ regum Jehudæ, & temporibus Jarabhami filii Joaschi regis Israëlis.* Pari modo fere omnes Prophetæ & Sacri Scriptores. At vero hæ Sibyllæ tales descriptiones non fuerunt ausæ producere. Detexissent enim hoc facto, se non esse adeo antiquas uti venditant & mentiuntur, nec fuisse Prophetissas à Deo inspiratas uti gloriantur : quæ profecto, meo quidem judicio, si perpendantur & Sibyllas antiquas tantopere apud Gentiles celebres, & Oracula suppositicia quæ nunc VIII. libris comprehensa habemus considerentur favere Cultui Idololatrico, qui Spiritui Sancto maxime est exosus, nunquid homo Divinus, Spiritu Dei actus, potest suscipere Patrocinium talis religionis, quæ illam quam Deus instituit plane evertit? certe nullibi Dei Spiritum adeo sibi adversarium deprehendimus ut asserat cultum quem damnat ac abominatur. Legantur illa quæ supra abunde ex Historicis protulimus, cum de tempore & occasionibus quibus libri Sibyllini consulerentur, egimus: quivis reperiet contra mala illa quæ Regni populos ac civitates vexarent & affligerent, ordinatos ac indictos fuisse cultus superstitiosos, idololatricos ac Paganos, ex adductis testimoniis res tota luce meridiana clarius patet. Plura ad hanc rem pertinentia proferre possemus, verum quia hæc sufficere existimamus, & quia, jam brevitati studemus, recensioni ulteriori supersedebimus : verum antequam ad alia argumenta quibus constet Sibyllas non fuisse Divinitus inspiratas, progrediamur, notari velim à sedulo lectore, quam lepide Loyalita Crassetus p. 249. Sibyllarum causæ patrocinetur. Dicit enim illas ut falsorum Deorum Ministras non semper ex inspiratione Divina aut Diabolica fuisse locutas. Nonnunquam enim, cum Spiritu Dei agerentur, tum vera proferebant, quando autem motu diabolico movebantur, tum falsa pronuntiabant, atque hinc factum esse ut infernum Paganorum more descripserint, atque ex Satanæ motu mandasse immolationem taurorum ac agno-

rum. Sed quæſo, quis non indignetur Craſſetum tam Craſſe voluiſſe in Sacram Theologiam impingere, ac ſuſtinere unum eundemque hominem eſſe Dei Prophetam Spiritu Divino inſpiratum, & poſtea eſſe Diaboli miniſtrum ac organum. Siccine tu ad Civitatem Dei (ante hoc te dicentem audivimus) cum D. Auguſtino Sibyllas diaboli Organa, ſiccine vaſa hæc impura ad Dei domum pertinere judicas, Craſſete? ſupra hanc opinionem refutavimus, cap. XIX. ideoque hiſce non immoramur. Hæc vero quando ſic pronuntiamus, non tamen vellemus negare, nonnunquam accidiſſe, ut reprobi & Deo exoſi vera fuerint vaticinati, uti conſtat ex exemplis Bileami, Caïaphæ, &c. Sed hoc negamus & non admittimus, *illos Prophetaſſe* motu talis Spiritus quo Prophetæ *fuere incitati, nec clarius ex illis* cognoſci filium Dei cœteraque *Religionis myſteria*, quam *ex ipſo* Dei verbo, quemadmodum Clemens Alexandrinus aliique Patres docuerunt. Nec vellemus tales in Civitatem Dei admittere, nec pro membris Jeſu Chriſti agnoſcere: quid Sibyllis accidiſſe judicandum eſſet, ſi in ipſa Prophetandi actione, diabolico ſpiritu motæ, diem ſupremum obiiſſent, an ſalvatæ & in cœlum admiſſæ eſſent reputandæ? Hoc pacto diaboli organa, ejusque partibus addictæ mulieres, eique ſubjectæ, dicendæ eſſent vera Jeſu Chriſti membra pro quibus eſſet mortuus: ſin vero in actu fundendi Oracula vere Divina, è vivis fuiſſent ablatæ, Divino Spiritu actæ, quid *illis* tum *contigiſſe indicandum eſſet? an utique pro fidelibus Dei Prophetiſſis eſſent habendæ hæ mulieres quæ ſubinde diaboli fuere* mancipia & organa? certe hoc nos non credimus. Ut autem clarius adhuc pateat non fuiſſe Divinitus inſpiratas Sibyllas, notandum ſæpe mentitas fuiſſe haſce Sibyllas, falſa propoſuiſſe Oracula, ut & obſcuritatibus inextricabilibus intricata & ambiguitatibus plena: quis autem credat à Spiritu Veritatis & ſinceritatis poſſe procedere mendacia tam ſplendida, qualia hæc ſuppoſititia Oracula continent: paſſim etiam plurimas Sibyllarum obſervavimus contradictiones: nunquid hæc non ſunt contradictoria vixiſſe Sibyllam aut Sibyllas in Arca Noachi & vidiſſe templi Veſtæ incendium ſecundum, vel templi Hieroſolymitani conflagrationem? quidquid ſit hoc illam *vidiſſe* impoſſibile eſt: paſſim per totum hoc noſtrum ſcriptum *frequentes* ejus notavimus contradictiones & mendacia, qualia *ſunt inter innu-*

mera

mera alia, fuiſſe illam Virginem, Noachi nurum, proſtibulum, Chriſtianam, Græce ſcripſiſſe ante illius Linguæ exiſtentiam, omnia hæc clariora ſunt quam ut à mendaciis poſſint abſolvi, quem ergo non pudeat hæc à Spiritu Dei & Divino Spiritu acta potuiſſe proficiſci, ſuſtinere? Certe nunquam Spiritus Dei, qui Spiritus eſt veritatis, mendacia protulit, aut contradictorias res inſpiravit aut inſpirare potuit: Sibyllam fuiſſe mentitam, & Divinitus non fuiſſe inſpiratam, infra patebit ubi de ejus falſa doctrina & hæreſibus agemus: nunc ſufficiet demonſtraſſe falſorum Deorum & Oraculorum inſtar, illam dediſſe ſua Oracula obſcuritatibus inextricabilibus involuta, ambiguitatibus & æquivocationibus plena: hinc Virgilius Maro de Cumæa Sibylla Æneid. lib. VI.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera involvens.

Hoc modo etiam ipſi Pagani teſtantur multis ambiguitatum involucris fuiſſe expreſſa Oracula Deorum ab ipſis adoratorum, ideoque non poſſumus majorem Sibyllis attribuere Divinitus factam inſpirationem, quam illis falſis Diis: Sibylla hæc Cumæa ab Apolline fuit incitata, non à vero veri Dei Spiritu, ideoque Divinitus non fuit inſpirata, Apollo autem propter ambignitates ejus in Oraculis uſitatas, dictus fuit λοξίας eo quod obliquis verbis in Oraculis loqueretur. Hinc Lactantius noſter alicubi, *in Oraculis*, inquit, *vel maxime fallunt, quorum præſtigias profani à Veritate intelligere non poſſunt.* Pari etiam modo Arnobius, adverſus Gentes lib. III. p. m. 114. *Divinitatis ſcientiam largitur hariolantibus Pythius, & cur obliqua ac dubia, cur obſcuritatis ſubmerſa caligine dat ſæpius ſubminiſtratque reſponſa?* Tertullianus Apologetico Cap. XXII. *In Oraculis autem quo ingenio ambiguitates in eventus temperent, ſciunt Cræſi, ſciunt Pyrrhi.* Sic etiam S. Auguſtinus de Civitate Dei lib. III. cap. XVII. *In quo genere Oraculorum, ſicut Cicero in libro de Divinatione commemorat, magis interpretibus ut poſſunt ſive volunt dubia conjectantibus credi ſolet.* Gregor. Nazianzenus Orat. XXXIX. vocat τρίποδα Δελφικὰ σοφίσματα: & Plutarchus in de Pythiæ Oraculis, his attribuit ἀμφιβολίας, σκιὰν, ὑπόνοιαν, ἀμφιλογίαν, παραγωγὴν, λοξότητα, ἀσά-

ἀσάφειαν, &c. *Periphraſes, umbram, verba ſuſpecta, ambiguitatem, circuitionem, obliquitatem, obſcuritatem*, &c. Sic etiam Philoſtratus lib. I. de vitis Sophiſt. ait Apollinem loqui ὥσπερ σοφιστὴς. *inſtar Sophiſtæ*: imitatus Homerum qui

— — Ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα:

— — *Mendacia multa proferens veris ſimilia.*

Lucanus etiam lib. V.

— — — *Flexa ſic omnia Thuſcus*
Involvens, multaque tegens ambage canebat.

Hoc modo etiam de Apollinis Clarii Oraculo teſtatur Tacitus Annal. lib. II. *& ferebatur Germanico per ambages, ut mos Oraculis, maturum exitum ceciniſſe.* Martianus Capella de nuptiis Philolog. p. m. V. *Ipſe pedibus talaria nectit aurea, & nunc in fanis, quibus aut Vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum cæde Phyſiculatis extorum proſiciis viſcera loquebantur.* Multis hæc confirmari poſſunt exemplis Oraculorum ambiguis verbis propoſitorum: Hæc tantum ex infinito pene numero proferre lubet: primum quod mihi nunc occurrit eſt illud quod Hiſtorici Crœſo datum referunt ab Apolline Delphico:

Crœſus Halym ſuperans magnam pervertet opum vim.

De hoc autem Oraculo quid ſtatuendum ſit, lubet illud referre verbis OEnomai apud Euſebium: de præparat. Euang. lib. V. cap. X. p. m. 124, 125. &c. Τούτοις ἄξιον ἐπισωρεύσαι τὰ περὶ Κροῖσον. Λυδίας ἔτος ἐβασίλευσεν, ἄνωθεν ἐκ παλαιῶν εἰς αὐτὸν ἥκουσαν φερομένων τὴν ἀρχήν. εἶτα τί πλέον τῶν προγόνων καθαρεῖν ἐλπίσας, τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν διενοήθη, καὶ δὴ πείρας ἐλθὼν ἀπαύλων τ' ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι προσελθὼν, καὶ πεῖσαι κρατῆρσι καὶ πλίνθοις χρυσαῖς, ἀναθημάτων τε μυρίων πλήθει κοσμήσας τὸ ἱερὸν, τῶν πανταχοῦ γῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πλουσιώτατον ἀπέφηνεν· οὐδὲ ὅσα πρὸς θυσίας ἐξήρκει φερομένων, τῇ μεγαλοψυχίᾳ. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοσαῦτα προσεδάνεισε τῷ Θεῷ, τῶν τε εὐσεβείας εἵνεκεν ὁ Λυδὸς ἐπιθαρσῶν μεγαλουργίας, στρατοῦσι δὴ Πέρσαις ἀμφοτέροις, αὐξῆσαι τὴν ἀρχὴν εἰς μέγα τῇ τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ προμηθούμενος, πῶν ὁ θαυμά-

μάσιος χρησμωδὴς ἂν εἶναι ὁ ἐν Δελφοῖς ὁ Πύθιος, ὁ φίλος, τὴν ἱκανὴν, τὴν εὐσεβῆ, τὴν φεύσφυγα; ἐχ ὅπως τὴν ἀλλοτρίας τυχεῖν ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκείας ἐκπεσεῖν παρασκευάζῃ. ὅτι ἐκὼν, ἐμοίγε δοκεῖ. ἀγνοίᾳ δὲ μᾶλλον ἢ ἀποβησομένῳ (μὴ γὰρ τὸ μᾶλλον εἰδὼς ὁ θεὸς, ἐπεὶ μηδὲ θεὸς ἦν, μηδέ τις ἀνθρώπων κρεῖττων δύναμις, ὅτι πάτερες σοφιστικῶς τὸ χρησμὸν ἠρμόσατο,) καὶ μονονχὶ φήσας,

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Τὴν ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς τὴν εὐσεβῆ καταληξάσαν τῆς Λυδίας ἀρχὴν μεγάλην ἔσαν καὶ πολυχρόνιον καταστρέφῃ, τὸν ἄγαν περὶ αὐτὸν σπουδῆς, τῦτον ἀποδοὺς τῷ θεοφιλεῖ τὸν καιρὸν. ὅτι τύτοις ὁ συγγραφεὺς οἷα σὺκ ἀλόγως διαγανακτεῖ, οἵκυς Ἔοικας δὴ ὡς ἀληθῶς, τὰ μὴ ὅσα φάμυς ἄξια εἶναι εἰδέναι, καλὸν ἢ μηδὲν εἰδέναι, τὸ γᾶν ὁμιλῶ εἰς φρένας σὰς ἐλθεῖν κρατερόνοιο, χελώνης ἐφομιλίης, φάμυς ἄξιον ὅτι σημά ἐστιν, σὺκ ἀληθὲς μὴ ὂν ἀφ' αὑτό. ἀλλὰ φρονοῦντός γε ὅμως τῷ ἀλάζονι καὶ ἀναιδεῖ, καὶ ὅτι τοῖς κενοῖς οἰδήμασι τὸν ὀφρὺν ἐπαίροντι, καὶ τὸ Λύδιον ἄνδρα πον, τὸν Κροῖσον πειθόντι μὴ καταφρονεῖν αὐτό. ὃς μέτ' ὀλίγον ὅτι τῇ πείρᾳ ἔμελλεν ἐρωτᾶν σε, εἰ στρατεύσῃ ὅτι Πέρσας, καὶ σύμβολον ποιεῖται ὑπὲρ τὴν αὐτοῦ μανίας καὶ πλεονεξίας. ᾧ σὺκ ὤκνησας εἰπεῖν, ὅτι Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην καταλύσει ἀρχήν. ἐκεῖνο μὴ ποι ὧν ὅτι σοι ἀδὲν ἔμελεν, εἴτε ἄτοπον πείσει ὑπ' ἀμφιβόλυ χρησμῦ ἐπαρθεὶς ἐπ' ἀλλοτρίαν ἀρχήν. ἀδὲ εἰ πικροίπνες ἄνθρωποι καὶ κακοήθεις δέον ὑποκνεῖν σε ὅτι τῷ ἐκτραχηλίσαι μαινόμενον ἄνθρωπον, καὶ προσεγκαλοίεν ὡς ἀδὲ ἰσόρροπον φωνὴν ἀφέντα, ἵν' ὀκνήσειεν καὶ βυλεύσαιτο ὁ Λυδὸς, ἀλλὰ καταλύσαι καθ' ἕνα τρόπον νοεῖσθαι πρὸς τὸν Ἑλλήνων ἀπὸ τὸν τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν. Ἀλλὰ αὖ τὴν ἀλλοτρίαν προποιήσασθαι. ὁ μὲν γὰρ ἡμίμηδος, ἢ ἡμιπέρσης Κῦρος, ἢ ὁ μήτροθεν μὲν ἐκ τυραννικῆς, πάτροθεν δὲ ἐξ ἰδιωτικῆς γένυς ἡμίονος ὤν, ἐν τῷ αἰνίγματι παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μέσων. ἀλλὰ καὶ τὴν ἀμαυλὶν μανλικὴν, εἴπερ σὺκ ἤδη μὴ ἀσωτήσουσα ἢ αἰνίγματος ὁ μάντις, εἰ δὲ σὺκ ὑπ' ἀγνοίας, ἀλλ' ὑπὸ τυφῆς καὶ πονηρίας ἔπαιζε, βηδαὶ οἷα τὰ θεῖα παίγνια ἐστιν. εἰδ' ἀδὲ τῦτο, ἀλλ' ὅτι ἔχρην ἕτω γένεσθαι ἀνιερώτατος μὲν ἕτος λόγων σοφιστικῶν. Τί δ' ὅμως, εἰ ἕτως ἔχρην γένεσθαι, σὺ ὁ δύσηνος ἐν Δελφοῖς καθέζη τὰ κενὰ καὶ μάταια ἄδων; τί δέ σε ὄφελος ἡμῖν; τί ἢ μαινόμεθα οἱ πανταχόθεν τῆς γῆς ὅτι σε διώκοντες; τί ἢ σὺ κνηφίας; τοιαῦτα τὴν οἰνομάου παῤῥησίας τὰ κρέα τῶν γοήτων φορᾷς, κωνείης σὺκ ἀπηλαγμένα πικρίας, ἀδὲ γὰρ δαίμονος, μὴ ὅτι Θεῦ, τὰς παῤ ἕλλησι

θαυμαζομένοις χρησμὸς εἶναι βέλτ). χρήτων δ' ἀνδρῶν πλάνας ἢ σοφίσματα ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν πολλῶν ἐσπαιωρημένα. Hoc eſt: *His æquum fuerit ſubjungere, quæ Cræſo poſtea contigerunt: Regnabat is in Lydia, quod à majoribus imperium acceperat, longa jam ac perpetua ſerie propagatum. Idem in amplioris, quam illi nacti eſſent, ac ſecundioris fortunæ ſpem erectus, præcipua Deos religione colere ſtatuerat, itaque vi ac numine omnium explorato, Delphicum Apollinem omnibus antepoſuit, ſicque paulo poſt, aureis cum pateris, tum lateribus, necnon infinita donariorum multitudine templum ejus exornavit, ut opibus ac divitiis, longe quotquot toto paſſim orbe viſebantur, breviſſimo tempore ſuperavit, ne omiſſis quidem iis, usque eo magnificentiæ progreſſus eſt, quæ ad ſacrificia peragenda cumulate ſufficerent. Tot igitur tantisque ſumptibus Numinis in gratiam ante factis, Lydus Imperator tam egregiis fretus (nec ſane immerito) pietatis ſuæ monumentis, expeditionem adverſus Perſas molitur, ea ſpe, uti ſummum Imperio decus auxilio Numinis adjungeret. Quid autem præclarus Vates? ille ipſe qui Delphis, Pythius ille, ille Amicitiæ præſes, clientem ſuum adeo religioſum, quique ad unum ſe confugerat, non ditione tantum aliena non auget, ſed etiam exuit evertitque ſua: non prudens, opinor, & ſciens, ſed rerum futurarum ignorantia: (nec enim præſcius futuri Deus, utpote qui ne Deus quidem eſſet, nec alia vis ulla homine major, reſponſum unquam ſuum veteratorie partem in utramque flexiſſet:) unoque hoc verſiculo,*

Crœſus Halym ſuperans magnam pervertet opum vim.

Tantum illud tamque diuturnum Lydiæ regnum, quod à Majoribus ad religioſum hominem hæreditario jure devenerat, funditus exſcindit, cum ejusmodi fructu, Regis Deorum amantiſſimi, eximiam erga ſe voluntatem pietatemque compenſans; atque id quod acrem & iracundam à laudato ſcriptore (nec injuria) orationem expreſſerit. Te nimirum (inquit ille) qui quæcumque arena æſtimari debent omnia pervides, boni noſti nihil, nidorem quippe durioris, coctæque teſtudinis tuam in mentem ſubire, notitia non eſt pluris quam arenæ pretio eſtimanda, & quamquam ne vera quidem illa fuit, tamen & ſuperbo congruebat & impudenti, quique cum ob inanes iſtas cognitiones ſupercilium tolleret, cum Cræſo Lydio illi mannecipio, uti ne parvi penderet, perſuadere conaretur. Is enim hunc in modum explorata reſponſi ſui certitudine, paulo poſt, ex te quæſiturus erat,

num

num in Perſas expeditionem adornaret, teque adeo in furoris cupiditatisque ſuæ cauſa conſiliarium adhibiturus. Te vero nihil puduit hoc ei reſponſi dare,

Crœſus Halym ſuperans, magnam pervertet opum vim.

Non perperam id quidem quod utrumque ſusque deque haberes, ſeu quid inepte moliretur, ad invadendum alienum Imperium ambiguo incitatus Oraculo; ſeu contumelioſi forte malitioſique nonnulli, cum tibi obfurioſum hominem conſilio tuo præcipitem actum, laus ab iis prædicatioque deberetur, hoc inſuper crimini tibi darent, quod ne vocem quidem protuliſſes, in utramque ſignificationem æqualiter propendentem, uti Lydus ille juſtam dubitandi atque amplius quærendi cauſam haberet: ſed tuum illud καταλύσω, hoc eſt: evertere, uno duntaxat apud Græcos ſenſu uſurpetur, nec jam de Imperio deturbari ſuo, ſed alienum præterea ſuam in poteſtatem redigere ſignificet. Num Cyrus ille quidem ſemi-Medus aut ſemi-Perſa, ſeu mavis ejusmodi qui matrem ſi ſpectes, Tyrannico, ſin patrem, privato genere ſatus eſſet: ille, inquam, hoc in ænigmate Muli nomine adumbratus, non modo ſtolidum Muſæ tumorem ac fumum indicat, ſed etiam Divinationem Divinationis expertem, ſiquidem Vates, vim ænigmatis ab illo capi non poſſe neſciret. Sin autem cum id probe ſciret, ei tamen hunc in modum, quæ ſua cum petulantia eſt, tum malitia, ludere placuit; Papæ! quales Dii ludos agunt! Denique, ſi ne id quidem, ſed tantum quod ita rem evenire oportuerit, primum certe profanum admodum ſeſe probat, quod qui verbis ad ludificandum compoſitis abutatur; deinde, eſto, rem ita evenire oportuerit, quid tu Delphis tamen, infortunate, ſeſſitas, rebus vanis ac futilibus occupatus? quid porro te nobis opus? quæ nos intemperiæ tenent, quotquot ad te, ex univerſo orbe concurrimus? quorſum denique tibi tot ſacrificiorum nidorem? hæc OEnomaus, ſumma libertate adverſus iſtum præſtigiatorum afflatum, quæ ſane aliquid Cynicæ dicacitatis habent: utpote qui ne Dæmonis quidem, nedum Dei, quæ Græci tantopere ſuſpiciunt Oracula eſſe velit, ſed maleficorum hominum fraudes, potius ac verſutas argutias, ad vulgus in errorem adducendum malitioſe comparatas. Videt igitur præjudiciis non præoccupatus Lector, utrum Sibylla aliique inter Paganos fatidici pro Divinitus inſpiratis haberi mereantur, certe jam audivimus apud Antiquos non habita fuiſſe omnia maxime æſtimata Oracula pro Di-

vinis effatis, verum pro hominum vafrorum fraudibus & argutiis: quis quæso adeo in Deum Optimum Maximum contumelioſus eſſe volet, ut Sibyllam *horrendas ambages canentem*, à Deo ejusque Sancto Spiritu actam fuiſſe credat? certe nos nunquam credemus. Legimus etiam Paganos ipſos dubitaſſe, utrum hoc Oraculum unquam Crœſo fuerit datum. Audiamus Ciceronem: *cur autem hoc credam unquam editum Crœſo? aut Herodotum veraciorem ducam Ennio? num minus ille potuit de Crœſo, quam de Pyrrho fingere Ennius? quis enim eſt qui credat, Apollinis ex Oraculo Pyrrho eſſe reſponſum,*

Aio te Æacida Romanos vincere poſſe, *&c.*

Cic. lib. II. de Divin. fol. m. 150. verſo. De ſimili captioſo Oraculo hæc nunc proferre lubet ex Herodoto in Polymnia p. m. 486. &c. ubi de Oraculo Athenienſibus dato loquitur hoc modo: Οὐδέ σφέας χρησήρια φοβερὰ ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ εἰς δεῖμα βαλόντα. ἔφασε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντας, ἀνέχουλο τὰ ἐπόντα ὅπῃ τὴν χώραν δίξασθαι. πέμψαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, χρησηριάζεσθαι ἦσαν ἕτοιμοι. καὶ σφίσι ποιήσασι ταῦτὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐσελθόντες ἔζουλο, χρᾷ ἡ Πυθίη, τῇ οὔνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε.

Ὦ μέλεοι, τί καθῆσθε; λιπὼν φόβῳ ἕρατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
Οὔτε πόδες νέαται, οὔτ' ὤν χέρες, οὔτε τι μέσσης
Λείπεται· ἀλλ' ἄζηλα πέλει. κατὰ γὰρ μιν ἐρείπει
Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, συρίηγμὲς ἅρμα διώκων.
Πολλὰ δ' ἄλλ' ἀπόλεῖ πυργώματα, καὶ τὸ σὸν οἷον.
Πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει.
Οἵ περ νῦν ἱδρῶτι ῥεόμβοι ἑστήκασι,
Δείματι πλαλόμενοι. κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι,
Αἷμα μέλαν κέχυται, προιδὸν κακότητος ἀνάγκας
Ἄλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ὑπικίδνατε θυμόν.

Ταῦ-

Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τ̃ Ἀθηναίων θεοπρόποι, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο· πορθάλλουσι ὑπὸ τ̃ κακ̃ τ̃ κεχρημένους, Τίμων ὁ Ἀνδροβούλου τ̃ Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, σωεβούλευέ σφι ἱκτηρίῃ λαβόντι, δεύτερα αὖτις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας πειθομένοισι ἢ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγοντι, Ὦναξ, χρῆσον ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τ̃ πατρίδος, αἰδεσθὲς τὰς ἱκετηρίας τὰς δε τὰς τοι ἥκομεν φέροντες, ἢ ἔτι ἄπρηκτοι ἐκ τ̃ ἀδύτου ἀλλ' αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἐς ὃ κε τελευτήσωμεν. ταῦτα λέγοντι ἡ πρόμαντις χρᾷ δεύτερα τάδε

Ἐν δυσὶ Παλλὰς Δῖ' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι,
Λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ·
Σοὶ δὴ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσας.
Τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων ὅσα. Κέκροπος ἔρκος
Ἐντὸς ἔχῃ, καὶ θυμῶν τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο
Τεῖχος Τριτογενὲς ξύλινον διδοῖ ἀρύσσαι Ζεύς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μὴ δὴ σύ γ' ἱππόσυνοι μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν.
Νῶτον ἀπιστρέψας, ἔσσι τοι κατὰ κάνλα ἔασι·
Ὦ θεῖα Σαλαμὶς ἀπολεῖς δὴ τέκνα γυναικῶν,
Ἤτοι σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

Ταῦτά σφι (ἠπιώτερα γὰρ τ̃ προτέρων καὶ ἐδόκεε εἶναι) συγγραψάμενοι ἀπαλλάσσοντο ἐς τὰς Ἀθήνας. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τ̃ δῆμον, χρῶμαι πολλαὶ, καὶ ἄλλαι ἐγίνοντο, διζημένων τὸ μαντήϊον, καὶ δὴ συνεγκύαι, μάλιστα. Τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι δοκέειν σφι τ̃ θεὸν τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι φυλάσσεσθαι. ἦν γὰρ ἀκρόπολις τὸ πάλαι τ̃ Ἀθηναίων ῥηχῶ ἐπέφρακτο, οἱ μὲν δὴ κ̃ τ̃ φράγμὸν, συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι. οἱ δὲ αὖ ἔλεγον τὰς νέας σημαίνειν τ̃ θεὸν, καὶ πρὸς τὰς ναυμαχίας ἑτοιμάζεσθαι, τὰ ἄλλα ἀπ' ἐώλας. τὰς μὲν δὴ

τὰς νέας λέγοντας εἶναι τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔσφαλλε τὰ δύο τὰ πλαστὰ ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης,

Ὦ θεία Σαλαμὶς ἀπολεῖς ἢ σὺ τέκνα γυναικῶν.
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ σπειρομένης.

Κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα συνέχειντο αἱ γνῶμαι τῶν Φαληρέων τὰς νέας τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι. οἱ γὰρ χρησμολόγοι ταύτῃ ταῦτα ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμῖνα δεῖ σφέας ἐναυμαχίῃ ναυμαχίῃ παρεσκευασμένους, ἢ ἢ τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παρελθών, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλέετο. ἔτος ὦν νὴρ οὐκ ἔφη πάντα ὀρθῶς τὰς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν ἔτι μοι δοκέειν ἡπίως χρηστὸν εἶναι, ἀλλὰ ὧδε, Ὦ κέτλια Σαλαμὶς, ἀντὶ δὲ Ὦ θεία Σαλαμὶς. Εἰπερ γὰρ ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ πολιτήτεον. ἀλλὰ γὰρ ἐς τὰς πολεμίας τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον, συλλαμβάνοντι δὲ τὸ ὀρθὸν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους διαφθείρεσθαι ὧν αὐτὰς ὡς ναυμαχησοντας συνεβάλλετο, ὡς τάχα ἐόντος ξυλίνου τείχεος. ταύτῃ Θεμιστοκλέης ἀποφαινόμενος, Ἀθηναῖοι ταῦτά σφι ἔγνωσαν αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρημοχόγων οἱ οὐκ ἐῶν ναυμαχίην ἀρτέεσθαι. τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, ἐδὲ χεῖρας ἀνταείρεσθαι, ἀλλὰ σκληπόλιας χώρῃσι τῇσι Ἀττικῇσι, ἄλλῃσι που ἀποκίζειν, ἐπέρη τε Θεμιστοκλέϊ γνώμῃ ἔμπεσόντα τούτης ἐς καιρὸν ἤλασσε, ὅτε Ἀθηναίοισι, γινομένων χρημάτων μεγάλων ἐν τῷ μετίοντι τῶν ἐν τῷ μετάλλων σφι συνῆλθε τὰ ἀπὸ Λαυρείου ἄμελλον λάζεσθαι ὀργυιὰν ἕκαστον δέκα δραχμάς, τότε Θεμιστοκλέης ἀνέγνωσε Ἀθηναίους, τὰ διαιρέσιος ταύτης παυσαμένους, νέας τριήκοντα ποιήσασθαι διηκοσίας ἐς τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγω. ἔτος γὰρ ὁ πόλεμος οὗτος, ἔσωσε τότε τὴν Ἑλλάδα ἀναγκάσας θαλασσίους γενέσθαι Ἀθηναίους αἱ δὲ ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ ἄρα τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. αὗται τε δὴ αἱ νέες τοῖσι Ἀθηναίοισι προϋπηρχον, ἑτέρας τε ἔδεε προσναυπηγέεσθαι. ἔδοξε δὲ

δέ σφι μὴ τὸ χρηστήριον βαλλομένοισι, ἀπιόντα ἀπὶ τὴν Ἑλλάδα ἢ βάρβαρον δέκεσθαι τῆσι νηυσὶ παυδημεὶ, τῷ θεῷ πειθομένους, ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βαλομένοισι. Hoc eſt: *Ac ne Oraculis quidem horrendis à terribilibus quæ à Delphis veniebant, inducti ad Græciam deſerendam fuerunt; ſed perſiſtentes continuerunt excipere hoſtem ſua invadentem. Siquidem Conſultoribus Delphos miſſis, uti Oraculo volebant: usque factis apud Templum quæ rite poſtulabantur, ædem ingreſſi conſederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Ariſtonice, ita reſpondet:*

Quid miſerande ſedes Populus? fuge ad extima terræ,
Ædibus à globidæ deſertis collibus urbis.
Nam caput & corpus minime ſincera manebunt,
Extremive pedes poterunt ſupereſſe manusve,
Aut medium, ſed ea ignis edax deformia reddet
Et Mars acer equis urgens Aſiæ gena currum.
Atque alias plerasque tuas non ſolius arces,
Permultasque Deum ſævis dabit ignibus ædes;
Quas ego prævidi jam nunc ſudore madentes,
Atque metu tremere, & de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite ſed ex adyto atque malis effundite mentem.

His auditis Athenienſium Conſultores maximo ſunt mœrore affecti quibus inter ſe agitantibus tam triſte reſponſum,

Timon Androbuli filius, vir apud Delphos illuſtris valde, ſuaſit, ut, ſumptis oleæ ramis, de integro reverterentur ad conſulendum ſuppliciter Oraculum. Obtemperantes ei Athenienſes dixere, ô Princeps, redde nobis Oraculum melius de Patria, in honorem horum Olivæ palmitum, quos geſtantes ad te venimus aliqui hinc abs te abituri non ſumus, ſed in hoc adyto ad obitum usque permanſuri. Hæc dicentibus Antiſtes, iterum hoc modo reſpondit:

Pallas Olympia cum multis hortatibus uſa,
Et precibus blandita Jovem placare nequivit,
Hoc tibi fabor idem reſponſum, adamanti propinquans
Nam captis reliquis quæ limes Cecropis oræ

Intus

Intus habet, quodcunque ſacer penetrale Cithærom
Jupiter è ligno Muris Tritonida donat:
Qui ſoli invicti tibi ſint natisque ſaluti.
Tu vero adventum peditumque equitumque quietus
Terres tresque acies ne præſtolare: ſed hoſti
Terga dato, vel ſi tibi fors erit obvius usquam
Divina ô Salamis mulierum pignora perdes,
Usquam vel Cerere ſparſa, coëunte vel usquam.

Hæc legati, ut erant, ita arbitrati prioribus mitiora, poſtquam conſcripſerunt, Athenas rediere, reverſique ad populum recitavere: & cum aliæ multæ ſententiæ eſſent, Oraculum interpretantium, & è plurimum perplexæ; quidam è majoribus natu dixere, videri ſibi Deum reſpondere, ſalvam fore arcem. Olim enim Athenienſium arx circumſepta vallo erat. Et ii quidem interpretabantur vallum eſſe hunc Ligneum murum. Alii vero dicebant Deum ſignificare naves: easque cæteris omiſſis ædificari jubebant. Sed eorum ſententia, qui dicebant naves eſſe murum illum ligneum, evertebant hæc duo poſtrema, quæ Pythia dixerat. Divina at Salamis muliebria pignora perdes, usquam vel Cerere ſparſa, coëunte vel usquam. Circa hæc carmina confutabantur (inquam) eorum ſententiæ, qui naves illum eſſe murum ligneum dixerant. Siquidem Oraculorum interpretes illa in hunc ſenſum accipiebant, fatale ſibi eſſe circa Salaminem ſuperari, inſtructa pugna navali. Erat autem inter Athenienſes quidam qui in Primores recens pervenerat; cui nomen quidem erat Themiſtocles, ſed vocabatur Neoclis filius. Is negabat interpretes omnia recte conjectare, talia dicens: ſi ad Athenienſes ſpectaret illud carmen, non videtur mihi tam mite reſponſum redditurus Deus fuiſſe; ſed pro eo quod dixit, Divina at Salamis, dicturus fuiſſe, at Salamis miſera: ſiquidem circa ipſam ſui incolæ eſſent oppetituri. Illi igitur qui recte conjectare Deum adverſus hoſtes hoc Oraculum, non adverſus Athenienſes edidiſſe.

Itaque ſuadebat, ut ſeſe inſtruerent, tanquam prælio navali certaturi, & tanquam hic eſſet ligneus murus. Hanc Themiſtoclis ſententiam Athenienſes potiorem eſſe cenſuerunt, quam illorum, qui interpretantes Oraculum diſſuadebant apparatum pugnæ navalis: ſed hanc eſſe in ſumma ſententiam dicebant non levandam in hoſtem manum, ſed ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. Cæterum alia quoque

The-

Themistoclis sententia ante hanc opportune primas partes obtinuerat: Quum magna Vis pecuniæ ex proventu Metallorum quæ sunt è Laureo, esset in ærario Athenienſium, eaque esset æque dividenda viritim denis in ſingulos drachmis, tunc Themistocles hanc dissuasit Athenienſibus distributionem, ſed ex pecunia classem ducentarum ad Ægineticum bellum, comparare suasit. Hoc enim bellum conflatum Græciæ ſalutem attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri. Et quanquam hæc classis in eum usum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in utilitatem Græciæ cessit. Ista igitur jam præparata cum præsto esset, & alteram exædificari oporteret, placuit Athenienſibus, inito post Oraculum consilio, Barbarum Græciam invadentem cum navibus operiri univerſos, Deo obsequentes, una cum Græcis eadem voluntate præditis.

Audiamus autem quid ad hæc regerat OEnomaus apud Euſebium, Πολὺς λῶ inquit: ὁ Περσῶν τραλὸς ὠπλισμένος ἐπ' τ̃ Ἀθηναίων. ἀλλ' λῶ τις αὐτοῖς ἄλλη σωτηρίας ἐλπίς, ἢ μόνος ὁ Θεὸς οἱ δὴ τ̃τον ὅσις λῶ εἰδότες τ̃ πάτριον λρωγὸν ἐπεκαλέσ̃το· ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων λῶ ἔτος, τί, ἦν ὁ θαυμασὸς ἔτος; ἀρήγε τ̃ οἰκείων ὑπερμάχῃ; ἆρα λοιδῆς ἢ κνίσης ἐμέμνε̃το, ἢ ὧν αὐτῷ σωτήθως ἐτέλεν τὰς ἑκατόμβας ἀπιδύοντες, ἀμφὶ ἄλλα τί φησίν· φεύγειν, ἢ φεύγειν, ξύλινον τεῖχος αὐτοὺς ἀμφὶ ἔτω τὸ ναυλικὸν δηλῶν. δὶ ἓ μόνε φησὶν αὐτὲς σωθήσεσθ τ̃ πόλεως ἐμπρεθείσης. ὦ μεγάλης θεᾶ βοηθείας. εἶτα πολιορκείαν ἀ μόνον τ̃ ἄλλων ἐπ' πόλιν οἰκοδομημάτων, ἀλλὰ ἢ αὐτῶς τ̃ τοῖς θεοῖς ἀφιερωμένων σεσλέγειν δῆθεν σεσποιεῖται. τ̃το δὴ ἢ δίκα χρησμᾶ, τοῖς πᾶσιν, ὅτι τ̃ τ̃ πολεμίων ἐφόδε σεσδοκᾶν λῶ. εἰκότως δῆτα ποιῶν ὁ συγγραφεὺς παίζει πάλιν. τὸν ἑλληνικὸν ἀπάτην ἐξελέγχων ἐν τ̃τοις. Ἀλλὰ τὸ μὲν τοιαῦτα ἴσως ἐθελοκάκε τινός ἐστιν. ὅκεῖνα δ' δεῖ μᾶλλον εἰς τὸν νέον σεσάγειν, τὰ σεὸς Ἀθηναίες· ἢ δὴ λεγέσθω τὰ σεὸς Ἀθηναίες.

Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε, &c.

Ἰδὲ δή σοι τὸ σεὸς Ἀθηναίες λέγον, ἦπε τὶ μανλικὸν ἔνεστι· σὺ γὰρ ἔτως ἐθαῤῥεῖς αὐτῷ, νὴ Δία, φαιητὶς ἂν. εἰ δ' σεσθείης

ἀ δεομαί ω βοηθεῖν αὐτῆς ὅπλέγετω, γνωσθήσετω ἰδὲ δὴ ποσκείθω.

Οὐ δωία) Παλλὰς Δὶ Ὀλύμπιον ἐξιλάσαιο, &c.
Ἄξιός τί σοι ὁ Ζεὺς ὁ Διὸς, ὦ ἡὲ ὁ Διός.

Ἀλλὰ ἢ ἡ Ἀθηνᾶ τ Ἀθηνᾶς, ὦ τ Ἀθηνᾶς ἀδελφέ. ἡτε ποσδὴ αὕτη ἢ ἀνδιποσδία, ἐπιπρέπει τῷ πατρὶ ἢ τῇ θυγατρὶ, μᾶλλον ἢ τοῖς θεοῖς, ὅτι Ὀλύμπ@ ἔτ@ ὁ τὴν μίαν ταύτην πόλιν ἐξελεῖν ἀθηνῶν, εἰ μὴ, ὑπὸ Σάσων ἐπαγάγη αὐτῇ τ ἄπειρον ἐκεῖνον στρατόν. μέγας τις ἄρα ἦν, ἢ τὴν τὰ πάντας κυρίαν ἔχων, ἢ πθανὸς ἅμα, ὅτ μὴ τ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπ@ν κινῶν ἔθνη τοσαῦτα. ἐν ᾗ τῇ Εὐρώπῃ μίαν πάλιν ἀνατρέψαι ἀδυνάσθ@ ἦν. ἢ σὺ ᾗ ὁ πολυμηχὸς ἅμα, ἢ ὅτι τῷ μηδενὶ ῥιψοκινδύν@ σὺ οἰμώζεις, (εἶπον ἂν ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν ἡ Παλλὰς ἀ δυία) τ Ὀλύμπιον ἐξιλάσαιο) ἢ ἀ τοῖς ἀνθρώποις ἰμήνιεν ὁ Ζεὺς, ἀλλὰ τοῖς λίθοις ἢ τοῖς ξύλοις. Κἄπειθα σὺ μὲν τὰς ἀνθρώπους ἔσωζες. ὁ ᾗ τὰ οἰκοδομήματα ἐνεπίμπρα τῷ πυρὶ. ἀ γὰρ ἦν αὖτ@ κεραυνὸς τὸν ναόν. ἢ μή τι μᾶλλον ἡμεῖς τολμηροί τέ ἐσμεν ἢ ῥιψοκίνδυνοι, ὃν ἐπιτρέπομεν ὑμῖν ἅτα φιλοσοφεῖν. πῶς ᾗ ὦ μάντι, ὅτι μὲν ἡ θεία Σαλαμὶς ὀπολεῖ τέκνα γυναικῶν ἤδεις, πῶς ᾗ ἀδὲ τοῦτο ἤδεις, ὅτι τὰ τέκνα τ γυναικῶν εἶεν μὲν ἄνδρες εἶναι ἢ τὰ οἰκεῖα. εἶεν δ' ἂν ἢ τὰ πολέμια αἰσθόμεν@ ἢ κακοτεχνήματ@. φειδέσθαι ᾗ δεῖ τὸ ὀποθησόμενον. ἐν γὰρ δεῖ τι τούτων ὀποθήσεσθ· ἡ γὰρ δὴ Σαλαμὶς ἡ θεία ἀδὲ ἡττώμενον ἀφήρμοσεν ἄν, ὡς εἰς οἶκον ἅτως ὅπφωνεμένη, ἥτε μέλλουσα τ νηῶν μάχη, ἤτοι χειμαζομένης Δημήτερ@ ἢ σωτείσης καταπέτασμα τῇ ποιητικῇ σεμνολογίᾳ, ἵνα γλήῃ) μάνθημα ἀφώρατον τῷ σοφισμῷ, ἢ μὴ εὐθὺς καταφανὲς ᾖ ὅτι ἐν χειμῶνι μάχη ναυτικὴ ἀ σωίσαι) ἤδη ᾗ ἀδὲ ἡ τραγῳδία ἀφανὴς, ἀδὲ θεοὶ ἐπεισκυκλήμενοι. ὁ μὲν ἱκελεύων. ὁ ᾗ ἀ καταναμπόμεν@, χρήσιμοι τῷ μέλλοντι ἢ τῇ τ πολέμ@ προδοξῳ ῥοπῇ, ὁ μὲν σωζομένοις, ὁ ᾗ ὀπολλυμένοις. εἴτε γὰρ σώζοιντο, ἰδὲ αἱ τ Παλλάδ@ λιταὶ ποσμεμήνωνται), ἱκανὰ

ναὶ

ναὶ ἔσαι κάμψαι τὼ Διὸς ὀργὼ εἶτε ϗ μὴ ἐδὲ τᾶτο τῷ μαντὶ ἀκαταπόδαστον ἐ γὰρ δὼσαι Παλλὰς τ Δία ἐξιλάσασθαι. ὡς τε τὰς ἡμικάκας τύχας ὁ τεχνίτης ἐκέρασε τὸ λόγιον. ὡς δὴ Διὸς τῇ μὰ τὼ ἐαυτᾶ πρόθεσιν ἐκπελέσωνται· τῇ ὔ τὼ δέησιν τ θυγατρὸς ἐ προφρονήσωνται, τάτι πυργώματα ὅτι πολλὰ ἀπολεῖται, εἰ μετὰ ναρθήκων ἀλλὰ μὴ μᾶ σιδήρα ϗ πυρὶ ἐπήεσαν, τάχα ἄν ψαῦσαι· ὦ, ὁπότε ϗ μᾶ ναρθήκων ἔφερξαν ἀντὶ πάντων οἱ πρᾶτοι. ἀλλ' ἐγώ, φησιν, ἐξεῦρον τὸ ξύλινον τεῖχος, τὸ μόνον ἀπόρθητον συμβάλλεται σοίγε, ἀλλ' ἐ μάντευμα. ὃν ἀπειθὴς τῷ φεύγειν μηδὲ μεῖναι, μηδὲ δεῖσαι κακὸν εἶναι. ὁ γᾶν ἐπιλυσάμενος οἰκεῖος τὸ αἴνιγμα ἐ χείρων ὦ σε καλιδεῖν, ὅτι ἡ τ Ἀθηναίων πόλις φθορὰς ὦ τῷ Πέρσῃ τ ὁδᾶ, ϗ ἡ πᾶσα ἕλασις ἐπὶ ταύτην πρώτην τε ϗ ἐσχατάτην ἐγρέλο. ἐπεὶ ϗ ὁ ἄμαυλις ἐγὼ τᾶτ' αἰνόμην, ϗ τ Ἀθηναῖον ἂν, ἐ μόνον τ Λυδὸν, ἐκέλευον φεύγειν νῶτα ἐπιστρέψαντα, ἔτι γάρ πε καινὴ ἔσαι. Πολλὴ γὰρ ἱππασύνη, ϗ πεζὸς ἐπέρχεται ὅτι ὢ ναῶσιν, ἀλλ' ἐ κατ' ἤτειρον. ϗ γὰρ ὦ γελοῖον ἔχοντας ναυλικὸν ϗ ἐπὶ θαλάσσης κατοικοῦντας μὴ ἐ παντυδὶ σκυλωρησαμένους, ϗ τροφὰς ὅσας εἶχον συνεμβαλομένους σώζεσθαι ἐδαφόνητας τοῖς βυλομένοις τὼ γᾶ.

Sed age jam horum confutatione præmissa, vetustissima Delphorum Oracula, quæque (NB) *Græcis præsertim historiis ad miraculum usque celebrantur, è superiore memoria repetamus, eaque ab eodem quemadmodum redarguantur videamus. Persarum ingens adversus Athenienses exercitus in armis erat: Hi cum nullam sibi spem salutis nisi in uno Deo reliquam viderent, quem ipsi non satis noverant, tutelarem tamen ac patrium defensorem invocabant. Nimirum is Apollo Delphicus erat. Quid ergo hic Numen egregium? an pro suorum salute dimicavit? An libaminum, aut nidoris, an cæterorum meminit, quæ suum in honorem, immolandis more institutoque majorum Hecatombis, ab iis fiebant? Nihil minus. Quid ergo jubet? fugere, sed ita fugere, ut ligneo muro, (ita nempe classem vocabat,) ad fugam uterentur: atque hanc unam, inflammata jam Urbe, salutis expediendæ rationem esse dicebat. Præclarum enimvero Numinis auxilium. Deinde non aliorum tantum Urbis ædificiorum,*

ſed eorum quoque ſcilicet, quæ ſacra Diis erant, peſtem ſe fingit excidiumque prædicere. Atqui ſatis id vel ex ipſa hoſtium impreſſione, citra ullum Oraculum, exſpectari potuit. Itaque jure profecto noſter ille ſcriptor hunc rurſus Græcorum errorem lepide ac facete his verbis illudit.

[Hactenus Euſebius.]

At iſta forte malitioſi prævaricatoris fuerint, adeoque præſtiterit, quid ab eodem Athenienſes reſponſi tulerint, in quæſtionem ac diſceptationem vocare. Age ergo cujusmodi tandem illud ſit, videamus:

Quid ſtolidi hæretis? miſera quin ceditis urbe?
Ut cui non ſolidum caput ægro in corpore ſurgat,
Non Palmas, imosve pedes ſua robora firment.
Namque illam flammæ, Syriosque in prælia currus
Sternet agens Mavors, atque altas funditus arces
Eruet, ac ſuperum templis incendia mittet,
Qui nunc fortaſſis magno terrore ſubacti
Expreſſo ſudore fluunt.

Ecce tibi quid Athenienſibus Oraculi fuderit: num quod in eo vel tenuiſſimum eſt Divinationis veſtigium? Quippe, tu enim (dicat aliquis) id Oraculi ſcilicet, ſi aliud nihil fuerit, carpere ac traducere audeas: at ſi quæ auxilium flagitantibus adjunxit, addideris, tum quale demum illud ſit, intelligetur. Audiamus ergo,

Jam magnum placcare Jovem Jove nata Minerva
Haud precibus votisque poteſt.
Quod tamen indomita cognovi ex Virgine pandam:
Ut reliquis Victor potiatur,
Lignea ſecuro conſiſtere mœnia vallo,
Optatamque tibi ſobolique afferre ſalutem
Juppiter indulſit natæ. Tu, ne pedes hoſtis.
Neve eques hic ſtantem inveniat, dare terga memento
Namque infeſta tibi trahet obvius agmina Ductor.
Divina ô Salamis, matrum tu pignora perdes,
Sive Ceres diſperſa ierit, ſeu venerit ipſa.

Jovem

Jovem Hercle tu nobis Jove dignum, ô Jovis fili;
Dignam Minerva Minervam fingis, ô Minervæ frater!

Et iſta voluntatum ſtudiorumque pugna, Patrem admodum & filiam, imo Deos omnino decet. Quin etiam Olympius iſte tuus, qui niſi adductum ſuſis (NB) *in finitum exercitum admoveret, urbi uni expugnandæ par eſſe non poſſet, magni aliquid eſt videlicet, atque ejusmodi, penes quem ſit orbis poteſtas univerſi. Nam illud quidem quam vero ſimile, ut cui ad evertandam unicam Europæ urbem vires defuerint, idem ex Aſia vim tantam populorum in Europam agere concitareque potuerit. Tu autem, ô noſter, audax, (dicant homines illi, quibus Jovem Olympicum exorare Minerva non poteſt;) qui ubi cauſæ nihil eſt, usque adeo præceps in adeundis periculis eſſe ſoles, hunc ad caſum non ingemiſcis? An vero lapidibus lignisque Jupiter, non hominibus ſuccenſebat, ut homines quidem peſti ſubduceres. Is autem ædificia adſcitio quodam igne conſumeret? nec fulmen ei tum ſuppetebat. Niſi tamen audaciores ipſi ſumus, nimiumque ſine cauſa præcipites, qui ne vos quidem libere nugas agerere patiamur. At quomodo tamen, Bone Vates, futurum noveras, ut mulierum fœtus divina Salamis perderet, idem utrum id ſementis, an meſſis tempore futurum eſſe ignorabas? Imo cur ne hoc quidem noveras, fœtus illos mulierum ut ſuos ac proprios, ſic etiam hoſtium liberos, à quolibet qui ludificationem ſubodoraretur, intelligi omnino poſſe? At exitus nimirum exſpectandus eſt? prorſus enim alterutrum eveniat oportet. Nam iſta quidem divina Salamis, utri tandem vincerentur, ſemper utique cum Oraculo congrueret, quaſi ad commiſerationis ſenſum ejusmodi carmine vocaretur. Navalis autem pugna ſub ſementis meſſisve tempus futura, ſpecie verborum plane poëtica fingebatur, ne reſponſi vanitas his verborum argutiis tecta deprehendi poſſet; neve id omnes continuo viderent, navalem pugnam committi ſub hiemem non ſolere. Jam vero nc ipſius quidem tragœdiæ finis, aut invectoram Numinum ratio obſcura eſt. Supplex alterum, alterum minus exorabile fingitur: utrumque in futuri caſum & ancipitem bellorum inclinationem opportune, alterum quidem ſi ſalvi forent, alterum vero ſi perirent. Nam ſi ab initio liberarentur, eò tibi ante Minervæ preces inſinuatæ erant quæ ad frangendum Jovis iracundiam ſatis haberent Virium: ſin autem; ne id quidem Vati improviſum: Nec enim Jovem, inquit, exorare Minerva poteſt. Ita ſuum iſtuc Oraculum in triſtis latæ-*

que ſortis exitium bonus Artifex temperavit; ut Jupiter & ſatis conſilio feciſſe ſuo, nec tamen omnino filiæ obſervantiam repudiaſſe videretur. Nam arces quidem plurimas exſcindendas eſſe, id ſi modo ferulis, non autem ferro ignique armati urbem invaderent, falſum eſſet fortaſſis: tametſi aliquid tanta ſolis etiam inſtructa ferulis multitudo potuiſſet. At ligneum, inquit, murum inveni, qui unus expugnari non poſſet. Conſilium das, Apollo, non Divinas: & conſilium quidem alteri, huic geminum,

J, fuge, rumpe moras; nec probro ignavia detur.

Et vero, qui tuum hoc ænigma ſolvit, is nihilo ſane minus quam tu, id videbat, Athenas Perſam exciviſſe, in eamque urbem, utpote omnium principem ac celeberrimam impetum belli univerſum incumbere. Nam ego ipſe qui nihil Divinando poſſum, ubi rem ſenſiſſem, non Lydo tantum, ſed etiam Athenienſi, ut tergo verſo fugeret, omnino auctor eſſem. Etenim

— — — Adverſus huic etiam ſeſe inferat hoſtis,
Quippe ingens Equitum & Peditum vis ingruit.

Mari vero, non terra fugam ſuaderem. Ridiculum enim foret, homines & claſſe inſtructos, & mari proximos, non collectis undique vaſis, & quicquid ad manum commeatus eſſet in naves comportato, ſalutem expedire terra quibus ea placeret libenter relicta. Hiſce jam allegatis exemplis, nonnulla alia adjungere lubet, ſed paucis. Apud Juſtinum notatu dignum reperi p. m. 127. *Appulis erat tunc temporis urbs cui nomen erat Brunduſium quam Ætoli ſequuti, tum fama rerum in Troja geſtarum clariſſimum ac nobiliſſimum Ducem, Diomedem, condiderant: ſed pulſi ab Appulis, conſulentes Oracula reſponſum acceperant, locum quem repetiſſent, perpetuo poſſeſſuros. Hac igitur ex cauſa, per Legatos cum belli comminatione, reſtitui ſibi ab Appulis urbem poſtulaverant. Sed ubi Appulis Oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe ſepelierant, perpetuam ſedem ibi habituros. Atque ita defuncti reſponſo, diu urbem poſſederunt.* Hoc ratione Ætoli miſere ſe deluſos deprehenderunt: illi enim cum crederent ſeſe vivos urbem illam perpetuo poſſeſſuros ſero nimis cum mœrore didicerunt, Legatis occiſis ſedem perpetuam ibi ſaltem fuiſſe conceſſam. De Lacedæmonibus narrat Herodotus lib. I.

lib. I. p. XXVIII. quod antequam bellum ſuſciperent contra Arcades Pythiam conſiluerint ac hoc acceperint reſponſum:

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς ἔπος δώσω
Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι ἔτι μεγαίρω.
Δώσω δὲ τεγέᾳ ποσὶ κρούσιον ὀρχήσασθαι,
Καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Ταῦτα ὡς ἀπηνείχθη τὰ ἥκιστα οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπείχοντο, οἱ δὲ, πέδας φερόμενοι, ἐπὶ τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιούμενοι τοὺς τεγεήτας. ἐσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτέων ἐζωγρήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ, καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ τεγεητέων, ἐργάζοντο. αἱ δὲ πέδαι αὗται ἐν τῆσιν ἐδέδεντο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλαίης Ἀθηναίης κρεμάμεναι.

Hoc eſt:

Me potis Arcadiam? multum petis: haud tibi tradam
Multa apud Arcadiam veſcentes glande viri ſunt,
Qui te rejicient tibi ego haud invidero quicquam,
Saltandam Tegeam planta plaudente daturus:
Neque queas campum metiri fume feracem:

Hæc reſponſa ubi accepere Lacedæmonii, à cæteris Arcadibus abſtinentes, bellum intulerunt Tegeatibus, ferentes ſecum compedes: videlicet captioſo freti Oraculo, tanquam eſſent ipſi redacturi Tegeatas in captivitatem. Verum congreſſi prælio ac fugati, quicunque eorum vivi ſunt capti, eisdem quos ipſi attulerunt compedibus induti; campum Tegeatem metiti fune coluerunt. Compedes autem quibus vincti fuerant, ad noſtram usque memoriam incolumes fuere circa templum Minervæ Aleæ apud Tegeam ſuſpenſæ. Legimus etiam apud Valerium Maximum lib. I. cap. de Miraculis fol. m. XXVII. *Eodem* (Apollinis ſcilicet) *Oraculo Macedonum rex Philippus admonitus ut à quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtodiret:*

toto

toto regno disjungi currus jussit: eumque locum qui in Bœotia Quadriga vocatur semper vitavit, nec tamen denunciatum periculi genus effugit: Nam Pausanias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit cælatam. Sic etiam idem Valer. Max. F. M. XXV. de Appio narrat, quod ab Apolline Delphico sciscitanti de gravissimi belli Pompeium inter & Julium Cæsarem eventu, hoc responsum fuerit datum: (NB. *Inter obscuras verborum ambages*, inquit Valer.) *nihil ad te Romane bellum hoc, Eubœæ Cælam obtinebis, at is ratus consiliis se Apollinis moneri, ne illi discrimini interesset, in eam regionem secessit quæ Cœla Eubœæ nomen obtinet, ubi ante Pharsalicum certamen morbo consumptus prædictum à Deo locum sepulturæ possedit.* De ejusmodi prædictionibus flexiloquis & ambiguis legi possunt Seldenus de Dis Syris Syntag. I. cap. II. Mornæus de Veritate Relig. Christ. p. m. 492. ubi de Manfredo cum Carolo Andegavensi de Regno Neapolitano dimicaturo, &c. Balduni. Cas. consc. lib. III. cap. II. &c. Hoc pacto etiam olim deceptus fuit Epaminondas qui ex Apollinis Delphici Oraculo acceperat pelagus sibi cavendum, atque hinc sic referente Pausania, in Arcadicis p. m. 246. Καὶ ὁ μὲν τριήρης τὲ μὴ ἐπιβῶαι, μηδὲ ἐπὶ νεὼς φορτίδος πλοῦον δᾶμα εἶχε, τὸ ἢ ἄρα Πέλαγος ὄρυμὸν καὶ ὁ θάλασσαν προέλεγεν ὁ Δαίμων. Χωρία ἢ τὰ ὁμώνυμα καὶ Ἀννίβαν ὕστερον τὸ Καρχηδόνιον, καὶ πρότερον ἔτι Ἀθηναίους ἠπάτησεν. Ἀννίβα μὲν χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος, ὡς ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται τῇ Λιβύσσῃ. *Quare fuit illi præcipua cautio, ne aut triremibus, aut oneraria unquam navi veheretur: at præmonuerat Deus non mare, sed saltum eum devitandum, cui Pelagus nomen. Hæc nominum ambiguorum similitudo Annibalem postea Carthaginensem, & Athenienses antea fefellit. Annibali quidem Oraculum redditum fuerat ex Ammonis fano, fore ut ut mortuus Libyssa terra contegeretur:* Tale etiam Oraculum invenitur apud Diodorum Siculum Bibliothec. Histor. lib. XX. Amilcari enim Carthaginensium Duci Syracusas obsidenti Oraculum promisit, illum postridie in urbe cœnaturum. Hinc Amilcar credidit se urbe illa potiturum, sed misere se deceptum repperit. Captus enim ab obsessis in urbem illam fuit deductus, ac paucos post dies crudeliter ab ipsis trucidatus, periit. Similia etiam ambiguorum Oraculo-

rum

rum exempla profert idem Diodorus de *Satyro* & *Eumelo*, ibidem, quæ Lector curioſus ibi legere poteſt. Tale flexiloquum ac ambiguum Oraculum diabolus protuliſſe creditur Geneſ. cap. III. vers. V. quando dixit Primis noſtris Parentibus, *Diis eritis ſimiles.* Per vocem enim אלהים *Elohim* non intellexit verum Deum, ſed per reſervationem mentalem potius ſe ipſum aut falſos Deos, uti etiam conſtat vocem illam *Elohim* non ſemper attribui vero Deo, ſed & aliis creaturis, ſive Angelis, idolis ac etiam ipſis Diabolis, Angelis malis quibus per lapſum ſimiles facti ſunt Parentes noſtri. Diabolo nomen Dei hujus ſeculi datur in Sacra Scriptura, ideoque illud nomen quod Deo & creaturis attribuitur, אלהים *Elohim*, non video cur & *illi* non poſſit dari aut debeat illi denegari. Aben Ezra vocem illam באלהים *ſicut Dii* interpretatur כמלאכים *ſicut Angeli*, & Rabbi Jonathan, כמלאכין רברבין *ſicut Angeli principes.* Hiſce diutius immorari non judicamus neceſſum, ideoque concludimus verbis Lactantii noſtri lib. II. de Orig. erroris Cap. XIV. *Sciunt illi quidem futura multa ſed non omnia; quippe quibus penitus conſilium Dei ſcire non licet: & ideo ſolent reſponſa in ambiguos exitus temperare.* Quis nunc pro Divinitus inſpiratis habere audeat Sibyllas, Apollinis ſpiritu fraudulento, uti illæ ipſæ paſſim confitentur, motas? Quis porro Sibyllas Divinitus fuiſſe inſpiratas judicabit, quando perpendet nugas & quisquilias multas, errores, hæreſes, & mendacia innumera, quæ Sibylla hæc fictitia profert, uti paſſim obſervavimus in diſſertationibus noſtris, nunquid quispiam cui mens ſana eſt in corpore ſano, pronuntiare audebit talia potuiſſe proficiſci à Dei Spiritu ſapientiæ cœleſtis fonte, qualia jam ex ipſis Sibyllis, proferemus? Scribit pſeudo-Sibylla, Adami nomen eſſe tetragrammaton, lib. II. p. m. 216.

Αὐτὸς δὴ Θεὸς ἔφ' ὁ πλάσας τετραγράμματον Ἀδάμ,
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, ᾗ ὄνομα πληρώσαντα
Ἀνατολίωτε, δύσιντε, μεσημβρίαντε, ᾗ ἄρκτον.

Hoc eſt:

Nimirum Deus is finxit tetragrammaton Adam
Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet
Ortus, Occaſus, Auſtrum Boreamque rigentem:

Hæc Sibylla gloriatur se fuisse cum Noacho in Arca, ideoque censendum videtur, cum unica tum temporis tantum exstaret Lingua, illam debuisse gnaram fuisse Linguæ Hebraicæ, in qua vocem אדם, tribus tantum constare literis, αὐτοψία ipsa demonstrat. Valde miramur & nescimus qua de causa Cl. ac Doctissimus D. Isaacus Vossius, dixerit in lib. suo de Sibyllinis Oraculis p. m. 44. falsum esse quod viri Docti scripserunt, tribus nempe literis tantum apud Hebræos hanc vocem constare, quoniam compendii gratia unica vocalis in scribendo omittitur, cum secus illud sese habeat in pronuntiatione: verum pace tanti viri hoc existimamus, vocabulum aut nomen primi nostri parentis tantum tribus literis constare אָדָם, in pronuntiatione apud Occidentales quidem quatuor numerantur literæ, quoniama pro litera apud illos reputatur, verum apud Orientales haud ita obtinet: litera א apud Hebræos non significat per se *a*, nunquam significat sed vel *i* vel *o* pro ratione punctorum, itaque אָ cum kamets subscripto *a* efficit, ibique illud compendium quod allegat D. Vossius non apparet, ubinam ergo illud inveniemus? in ultima syllaba דָם non reperimus illud scriptionis compendium, ideoque assertioni illi Vossianæ non assentimur, si in ultima syllaba דָם kamets pro litera accipiatur, cur etiam non in prima אָ? & sic in illa voce non solum quatuor, verum quinque reperirentur literæ, quod incongruum esse nos judicamus. Hoc enim modo in omnibus illis verbis ex gr. פעל, פקד, אמר, &c. cum adjectis vocalibus non tantum tres sed quinque literæ deprehenderentur. Notandum etiam apud Hebræos distingui literas à vocalibus: Quis porro D. Vossio revelavit, Judæum fuisse illum qui Græcis scribens lusit in Adami vocabulo? quodnam sic sentiendi habuerit fundamentum, quodnam in illis versibus viderit κεφάλαιον statuendi illos à Judæo fuisse conscriptos, optassemus Vir Doctiss. indicasset: imo illum non fuisse Judæum potius concluderemus & scriptorem Linguæ Hebrææ ignarum, quoniam vocem Adami Græcorum more, quatuor literis constare existimavit & scripsit. Putat porro hic Sibyllista, Adami nomine designari quatuor mundi cardines & plagas, quod quo fundamento nitatur non indicat: saltem Scriptura Sacra illud non innuit. Si hariolari liceret, homine Judæo digniora hoc nomine indicari sustinere possemus: quid obstaret quominus pro quatuor mundi cardinibus, substituamus

mus designari hac voce, *Adami*, secundum Græcos pronuntiata: אַבְרָהָם דָּוִד אַהֲרוֹן מָשִׁיחַ: hoc est: *Abraham*, *David*, *Aharon*, *Messias*. Judæi quævis comminiscuntur ut Messiam suum ubique reperiant: imo & D. Paulus Servatorem nostrum Jesum Christum cum Adamo comparat, posterioris Adami nomine illum designans: quis porro à Spiritu Sancto motam fuisse Sibyllam credit, quando à voce Græca Ἀδὰμ derivari vocem ἅδης dicit? hoc modo loquitur & canit prætensa Sibylla. lib. I. p. m. 164.

Ἄιδλω δ' αὖτε κάλειαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ
Γλωσσήμῳ θανάτῳ, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
Τ' ἔνεκα δὴ πάντες οἱ ἔπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἄνέρες εἰν αἰδαο δόμοις ἴέναι καλέονται.

Hoc est:

Est ἅδης quod eo primus descenderit Adam,
Vita defunctus quando est tellure repostus.
Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni,
Internas Orci sedes dicuntur adire.

Hæc quam insulsa sit Etymologia, unicuique patebit, hæc sequentia si perpendantur. Primo notandum quid sit ἅδης, Etymologicum magnum interpretatur hoc modo: Ἅιδης, χωλὸν ἀφεγγὲς, σκότος αἰωνίδ, ἢ ζόφος, ὡδὲ τὸ εἶδω, εἴδης ἢ μὴ ἔ στερητικὸν ἀ ἀείδης, ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. Ἅιδης γὰρ ἡ σκοτεινὴ οἰκία, hoc est, Ἅιδης *est locus sine luce, tenebrarum æternarum & caliginis; ab εἶ ω video sit* εἴδης, *& cum a privativo fit* ἀείδης *in quo nihil videmus.* Ἅιδης *enim est tenebrosa domus.* Apud Sacros Novi Testamenti Scriptores certum est voce hac nisi rem malam designari, locum unum aut alterum si exceperis: semper autem aut plurimis in locis illa in significatione reperiri luce meridiana clarius apparet. Pro inferis vocem illam usurpari constat ex Matthæi Cap. XI. vers. XXIII. Καὶ σὺ Καπερναὸμ, ἡ ἕως, ἔ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ἅδου καταβιβασθήσῃ; *& tu Capernaum, quæ es usque ad cælum sublata,* ἕως ἅδου, *usque ad inferos deprimeris.* Et Cap. XVI. vers. XVIII. καὶ πύλαι

Ἅιδε ὲ καλκόχυσεσιν αὐτῆς. *Et portæ inferorum non ſuperab unteam.* Et Lucæ cap. X. vers. XV. Καὶ σὺ Καπερναὲμ ἕως ὲ ὲρανὲ ὑψωθείσα, ἕως ᾅδε καταβιβασθήσῃ. *Et tu Capernaum quæ usque ad cœlum elata es, usque ad inferos deprimeris.* Ibidem Cap. XVI. vers. XXIII. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τὲς ὀφθαλμὲς αὐτὲ ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τ' Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν. *Et apud inferos ſublatis oculis ſuis, quum eſſet in tormentis, vidit Abrahamum è longinquo.* Sic etiam Apocal. cap. I. vers. XVIII. Καὶ ἔχω τὰς κλεῖς ὲ ᾅδε κὴ θανάτε. *Et habeo claves inferni & mortis.* Et Cap. VI. vers. VIII. Καὶ ὁ Ἅιδης ἀκολεθεῖ μετ' αὐτε. *Et infernus ſequebatur eum.* Item cap. XX. vers. XIII. & XIV. Καὶ ὁ θάνατος κὴ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τὲς ἐν αὐτοῖς νεκρὲς. *Mors quoque & infernus reddiderunt mortuos quos habebant.* & vers. XV. κὴ ὁ θάνατος κὴ ὁ Ἅιδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην ὲ πυρός. *Mors autem & infernus conjecti ſunt in ſtagnum ignis.* Ex omnibus hiſce patet vocem Ἅιδης non ſumi niſi pro inferno: interim tamen monendus eſt Lector, I. ad Corinth. cap. XV. vers. LV. aliter poſſe explicari vocem Ἅιδης quam in ſuperioribus; ſed nunc omnia heic referre nec vacat nec noſtri eſt inſtituti. Si ergo nunc per Ἅιδω intelligit Sibylla infernum, quemadmodum ubique in Novo Teſtamento vox hæc hoc ſenſu uſurpatur, ſcilicet pro loco damnatorum: quid igitur dicendum, Adamum morientem deſcendiſſe ad inferos, ac fuiſſe damnatum: *hoc certe nos non credimus, judicamus potius illum poſt datam promiſſionem de ſalute per Chriſtum recuperanda, reſipuiſſe, ac per Dei gratiam fuiſſe ſalvatum.* Verum Sibyllam hoc non intendere regerat quispiam, quandoquidem dicit, omnes homines huic fato fuiſſe, & eſſe obnoxios, atqui non omnes damnantur homines, verum omnes moriuntur, nemo enim à morte eſt exemptus, atque hoc pacto dicendum eſſet, per Ἅιδω mortem, vel ſtatum mortis eſſe intelligendum: ſenſum autem talem ſi verbis Sibyllinis dare velimus, tum illico mendax deprehendetur hæc Prophetiſſa. Falſum enim eſt, Adamum primum fuiſſe qui mortem obierit, Cainus enim fratrem Abelem crudeliter trucidavit ſuperſtitibus adhuc Primis noſtris Parentibus: nunquid mentiuntur qui motu Spiritus Sancti loquuntur? quapropter nos Sibyllam pro Divinitus inſpirata non habemus.

C A-

CAPUT XXIII.

in quo porro probatur,

SIBYLLAS

non fuiſſe

DIVINITUS

inſpiratas.

BREVIARIUM.

SPiritus Sanctus novit Linguam Græcam, Sibylla, Barbare ſcribit, quod exemplis oſtenditur. Etymologias futiles proponit ut & voces inuſitatas ac novas. Sibyllæ error de animarum ſtatu poſt mortem. Origenis error notatus & refutatus. Sibylla refellitur. Tertullianus de Statu animarum poſt mortem. Pœnæ infernales ſunt æternæ. De igne purgatorio per quem boni æque ac mali tranſibunt. De hac opinione ſententiæ Patrum Latinorum ac Græcorum. Opinio hæc refutatur. Locus Pſalmi L. vers. III. *explicatur. Uti & locus* I. Corinth. cap. III. vers. XIII. *Ex illo loco non poteſt probari Papiſtarum ignis purgatorius. Refellitur fabula de purgatorio igne, quo omnes omnino homines ultimo die purgandos aſſerit Sibylla. Craſſetus refutatur. Animas poſt ſeparationem à corpore fuiſſe in Paradiſum admiſſas refutatur, ac in cœlum fuiſſe receptas probatur.*

HActenus nonnulla propoſuimus, quibus luce meridiana clarius patere exiſtimamus, auctorem Sibyllinorum horum carminum non fuiſſe Divinitus inſpiratum: argumentum hoc ulterius proſequi hoc capite nobis conſultum videtur, ut nimis creduli, erroris convincantur: mendacia quam plurima jam

antea notavimus: videamus nunc, utrum talia, qualia jam referemus à Sancto Dei Spiritu poſſint proficiſci? Nemo reperitur inter homines, noſtro quidem judicio, qui negare audeat Spiritum Sanctum callere Linguam Græcam. Apoſtoli enim Pentecoſtes die Græcis Græce fuiſſe locutos teſtatur S. Lucas Act. cap. II. & quod probe notandum, ornate loquebantur, hoc enim verbum ἀποφθέγγεσθαι vers. IV. innuit: quis autem credat tam inconcinnas & Barbaras voces, tam ridiculas Etymologias, quales quam plurimæ apud Sibyllas leguntur, à Spiritu Sancto fuiſſe dictatas? Quid videtur Græcæ Linguæ gnaro lectori, quando Sibylla *lib.* primo p. m. 188. vers. IX. dicit

Καὶ τότε Ἰσραὴλ μεμεθυσμένῳ ἐχὶ νοήσει,
Οὐδὲ μὲν ἀϊδήσει μεμεθυσμένῳ ἔασι λεπτοῖς.

Hoc eſt:

Et tunc Iſraël ebrius, non mente videbit,
Non oculis cernet, non auribus audiet ipſis.

Verbum ἀϊδήσει in audiendi ſignificatione ſumit: apud quem probatæ ſcriptionis auctorem verbum hoc illo modo uſurpatur? certe nullum. ἀϊδάω apud Lexicographos ſignificat quidem *vocem edo, loquor*, nullibi autem denotat *audio.* Notandum porro verbum τεχνὺς reputari à Sibylla *generis eſſe fœminini, quod plane repugnat.* Conſulantur Lexicographi & Gloſſaria. Quid? *nunquid* Divinus Spiritus quo ſe actam fuiſſe gloriatur Sibylla, ignoravit verborum genera? O lepidum Spiritum Sibyllinum! Ejusmodi plura in notis ad ipſa Oracula obſervabuntur. Quid porro tibi videtur, benevole lector, de hac Jovis aut Διὸς Etymologia? Hoc modo loquitur Sibylla p. m. 227.

— — Καὶ ἔπειτα Ῥέη τέκεν ἄρσενα παῖδα,
Τὸν ταχέως διέπεμψε, λαθρηδὸν ἢ τρέφεσθαι,
Εἰς Φρυγίην, τρεῖς ἄνδρας ἐνόρκους Κρῆτας ἑλοῦσα
Τ' ἀγενέα οἱ Δι' ἐπωνομάσαν, ὅτι οἱ διεπέμφθη.

Inde marem peperit puerum Rhea, continuoque
In Phrygiam per tres furtim dimiſit alendum

Juris-

Jurisjurandi conſtrictos relligione,
Cretenſes: ideoque Jovem dixere quod eſſet
Miſſus. — — — —

An non hæc certe Spiritu Divino digna eſt etymologia! quis dubitare audeat? hoc modo pro Divinitus data Etymologia obtrudere poſſemus, dicentes Δευκαλίων *Deucalion* deduci ἀπὸ τοῦ δεῦρο καλεῖν: plane ſimilem Etymologiam reperimus lib. I. p. m. 167.

Γρήγοροι ἀλφισῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
Ταύτης, ὅτι φρεσὶν ἀκύμαντον νόον εἶχον.

— — — — — — *vocati*
Rite repertores vigiles: hoc nomen adepti,
Mentis inexhauſtæ quod erant, & mole ſtupenda.

Sic etiam quoniam Deus ſæpius in Scripturis vocetur Deus Sebaoth vel Sabaoth, Divinitus inſpirata Sibylla exiſtimavit eſſe Dei nomen, uti eum in modum loquitur lib. I. p. m. 184.

— — — — Ὁ μέγας Σαβαὼθ ὃν χολωθεὶς
Εἵρξει κωλύων. — — — —

— — — — *Sabaoth ſed Maximus illum*
Reprimet indignans. — — — —

Et lib. II. p. m. 204.

Καὶ καθιεὶς Σαβαὼθ Ἀδωναῖος ὑψικέραυνος
Εἰς θρόνον ἀφθίτων τε μέγαν δέ τε κίονα πήξει

Tum vero Sabaoth Adonæus, fulminis author,
Defunctos reddet vitæ, Parcasque reſolvet.

Siccine Sibylla Noachi Nurus & Japheti uxor Linguæ Hebrææ fuerit imperita? nunquid & hæ voces antiquis ignotæ à Spiritu Sancto promanarunt. Lib. II. mentionem facit vocis οἰκεμβινκῆ, σποδερῶτων ἱματίων, lib. V. παίδων θεοχιείσων. Quæ voces ſunt novæ nec antiquitatem talem præ ſe ferunt de quali pſeudo-Sibylla gloriatur: legimus

Legimus quidem apud Damaſcenum de Synodo œcumenica, ut & apud multos alios ſcriptores: Utitur etiam S. Jacobus voce πλοκρώτε cap. V. vers. II. Sibylla etiam γαλικανὸν πλῆθος lib. V. p. m. 316. Κελτιγλὼ *Gallicam multitudinem & Galliam* ſic vocans, allegat; ſed tum uti jam diximus, cadit illa prætenſa Sibyllæ antiquitas: ſimulque concludendi datur occaſio: à Spiritu Divino, quali ſe motam fuiſſe jactitat Sibylla, hæc non proceſſiſſe verba: in notis forte plura hac de re proferentur. Videamus etiam nonnulla Sibyllinæ doctrinæ Capita, ut tanto clarius appareat, Sibyllas non fuiſſe Divinitus inſpiratas. Nunc conſulto præterimus quod Sibylla, uti ex ejus ſcriptis patet, miſceat vera falſis, hiſtoriis ſacris profanas. Multa refert de Saturno, Jove, Rhea, Junone, Cerere, Diana, Mercurio, Titanibus aliisque illius furfuris narratiunculis, quas ipſa Græcia mendax, ut & ipſi Latini, tantum pro fabulis venditarunt. Quis credat Spiritum Sanctum voluiſſe res adeo futiles hominibus proponi? Nos equidem non credimus, nec unquam credemus. Perpendamus etiam nonnulla S. Theologiæ Capita, quæ à falſa Sibylla proponuntur, deprehendemus illa eſſe plane ἄγραφα & ἀντίγραφα ac Spiritui Sancto in S. Scriptura loquenti contraria. Primo examinemus hanc Sibyllæ opinionem quam expreſſam habemus lib. I. p. m. 164.

Τ' ἔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἀνέρες εἰν αἴδαο δόμοις ἱέναι καλέονται
Ἀλλ' ἔτοι πάντες γε εἰν αἴδαο μολεῖντες,
Τιμὴν ἔσχηκαν, καὶ ἐπὶ πρῶτον γένος ἦσαν.

Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni,
Infernas orci ſedes dicuntur adire.
Et tamen hi (quamvis omnes acceperit orcus)
Ad primos primi generis referuntur honores.

Audiamus etiam Sibyllam lib. II. canentem p. m. 212.

Ἐκ μαλεροῖο πυρὸς, καὶ ἀθανάτων ἀπὸ βρυγμῶν
Ἀνθρώπους σώσαι δώσει καὶ τεῦξαι ποιήσει.
Λεξάμενος γὰρ ἀϊσθεὶς ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτοιο
Ἄλλῳ ἀποστήσας, πέμψει ἐπὶ λαὸν ἑαυτοῦ

Ἐς ζωὴν ἑτέραν ἢ αἰώνιον ἀθανάτοισιν,
Ἠλισίῳ πεδίῳ, ὅθι οἱ πόλε κύματα μακρὰ
Λίμνης ἀενάου ἀχερουσιάδος βαθυκόλπου.

— — — — — — *ab ipſis*
Oratus dabit ex ignis fervore perenni
Et gemitu ſervare homines: hoc conferet illis.
Namque leges ſtabiles, æternoque eximet igni,
Perque ſuos aliam in vitam mandabit, eamque
Æternam nullo morituris tempore, campo
Scilicet Elyſio, longis ubi fluctibus olli
Sunt Acheruſiadis æternæ ſtagna profunda.

Hunc errorem attributum fuiſſe, non ſolum Origeni verum etiam aliis quam plurimis, legimus paſſim etiam apud SS. Patres: de Origine quamvis nonnulli illum excuſare conati ſint, certum eſt illum ab eo immunem non fuiſſe. Sic de Origene ſcribit S. Auguſtinus de Civ. Dei lib. XXI. cap. XVII. de illis quos *Miſericordes* vocat loquens, *qua in re Miſericordior profecto fuit Origenes, qui & ipſum Diabolum atque Angelos ejus poſt graviora promeritis & diuturniora ſupplicia, ex illis cruciatibus eruendos atque ſociandos Sanctis Angelis credidit: Sed illum & propter hoc & propter alia nonnulla & maxime propter alternantes ſine ceſſatione beatitudines & miſerias, & ſtatutis ſæculorum intervallis ab iſtis ad illos, atque ab illis ad iſtos itus ac reditus interminabiles, non immerito reprobavit Eccleſia.* Origenem ſic ſenſiſſe olim teſtatur etiam Athanaſius in lib. de Communi eſſentia Patris, Filii & Spiritus Sancti p. m. 318. *Quod hæc ita ſe habent, dic mihi quomodo fieri poſſet, ut omne peccatum, omnis blasphemia remittatur hominibus, aut ſi remittuntur hominibus in futuro ſæculo, cur ob id miſer vapulat Origenes, finem aliquem pœnarum conſtituens, ac tandem remiſſionem peccatorum hominibus pariter & Dæmonibus à Deo concedi prædicans.* De Origine ſatis bene ſcripſit Caſſiodorus lib. de Divin. Lection. cap. I. *Ubi bene, nemo melius, ubi male, nemo peius.* Certe peſſime illum ſenſiſſe contra S. Scripturam, in nonnullis apparet hac in re: ex his quæ jam retulimus evidenter conſpicimus, Sibyllam omnes homines ſive bonos ſive malos promiſcue poſt mortem ad

orcum & infernum ablegare, ſed poſt aliquot tempus, perpeſſionibus infernalibus purgatos ad vitam beatam reducendos. Hanc autem opinionem S. Scripturæ eſſe contrariam, patet evidentiſſime ex hiſce ſequentibus: primo exemplis Enochi & Heliæ in cœlum raptorum: certe illi non deſcenderunt εἰς ᾅδου, reſurrectionem exſpectantes: ſub Novo Teſtamento conſtat falſam eſſe Sibyllinam hanc ſententiam, ex Servatoris noſtri Teſtimonio de Latrone converſo, affirmantis, *hodie eris mecum in Paradiſo*: S. Paulus II. ad Corinth. Cap. V. vers. I. huic Sibyllinæ opinioni repugnat: hoc enim modo ſcribit: *Scimus nos ſi terreſtris hujus domus Tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium videlicet non manufactum, æternum in cœlis.* Sic etiam S. Johannes loquitur Apocalypſ. cap. XIV. vers. XIII. *Beati ab hoc tempore mortui ii, qui Domini cauſa, vel in Domino moriuntur*, &c. Si vera eſſet Sibyllina ſententia, quo pacto hæc ſtabunt, habere Domicilium in Cœlis & deſcendere ad inferos? quænam beatitudo poſſit adſcribi apud inferos degentibus, ingenue fatemur, concipere nos non poſſe, ideoque illam opinionem plane rejicimus tanquam Sacræ Scripturæ contrariam: ſupra notavimus cum de Authore Librorum Sibyllinorum diſſereremus, à nonnullis ſtatui illorum fuiſſe ſcriptorem, Montanum, atqui Montaniſtarum cohors hanc Sibyllinam olim avide arripuit opinionem, uti paſſim ex Tertulliano deprehendere poſſumus: ſive itaque Montanum horum Sibyllinorum Carminum Authorem dicamus, *nihil eſt quod miremur hæc apud Sibyllam loco ſupra laudato reperiri:* hoc autem modo loquitur Tertullianus, lib. de anima cap. VII. p. m. 264. *Quid autem eſt aliud quod ad inferos transfertur poſt divortium corporis quod detinetur illic, quod in diem judicii reſervatur, ad quod & Chriſtus monendo deſcendit ad animas Patriarcharum.* Sic etiam Idem Tertullianus lib. de Anima Cap. LV. infine. *Habes etiam de Paradiſo à nobis libellum, quo conſtituimus omnem animam apud inferos ſequeſtrari in diem Domini.* Ibidem cap. LVIII. in principio. *Omnes ergo animæ, penes inferos, inquis. Velis ac nolis & ſupplicia jam illic & refrigeria, habes pauperem, & divitem: & quia diſtuli neſcio quid ad hanc partem, jam opportune in clauſulam reddam. cur enim non putes Animam & puniri & foveri in inferis ſub exſpectatione utriusque judicii in quadam uſurpatione & candida ejus?* Hanc ſententiam quam tuetur

tuetur Sibylla, homines impios imo etiam diabolos poſt aliquot tempus ex inferis eſſe liberandos ac reducendos, non putamus à Spiritu Sancto eſſe profectam, ideoque ſtatuendum eſſe exiſtimamus, non fuiſſe Divinitus inſpiratam hanc pſeudo-Sibyllam: Sacra Scriptura quæ ab hominibus Spiritu Sancto actis fuit conſcripta, teſtatur damnatorum ad inferos detruſorum pœnas eſſe æternas, ideoque non eſſe credendum, illos unquam à cruciatibus illis liberandos. Teſtimonia Veteris inſtrumenti quam plurima reperiuntur. Hoc ſenſu ad illa tormenta infernalia alludit Jobus Cap. XXXI. vers. XII. *Ignis iſte ad perditionem usque eſt devorans*, inquit, Septuaginta interpretes vertunt πῦρ καιόμενον ἕως πάντων ἡμερῶν. *Ignis ardens per omnes dies.* Sic etiam Eſaïæ cap. XXXIII. vers. XIV. *Expaverant Tzione peccatores, corripuerat tremor Hypocritas: quis diverſabitur ex nobis cum igne conſumente? quis verſabitur ex nobis cum ardoribus perpetuis.* Hebr. מוֹקְדֵי עוֹלָם *incendia ſempiterna*: vel ut idem Propheta loquitur cap. LXV. vers. V. *Ignis ardens toto die.* Hoc eſt in æternum, quoniam æternitas dies eſt continua occaſum non habens. Eodem plane ſenſu ſcribit Daniel cap. XII. vers. II. *Multi ex dormientibus in pulverulenta terra expergiſcentur, hi ad vitam æternam, illi ad opprobria & contemtum æternum.* Hinc igitur clariſſime patet damnatorum cruciatus æternos eſſe. Si enim beatorum fœlicitas eſt æterna æternitate non determinata, longo temporis tractu circumſcripta, ſic etiam damnatorum miſeria erit æterna, æternitate non limitata, ſed abſoluta: ſi Novi Teſtamenti loca heic congerere eſſet animus quam plurima allegari poſſent: unum aut alterum produxiſſe ſufficiet. Hinc *Angeli damnati vinculis æternis ſub caligine reſervati* dicuntur in epiſtola Judæ vers. VI. Infernus vocatur *ignis inexſtinguibilis*, & Matthæi cap. XXV. vers. ultimo. dicitur, *& abibunt iſti ad ſupplicium æternum: juſti vero ad vitam æternam.* Patet & hoc ex Dæmonum cum damnatis aſſociatione, Damnati projicientur in illum æternum ignem *qui diabolo & Angelis ejus paratus eſt.* Matth. XXV. vers. XLI. Non ſolum autem hæc quæ dicimus dignoſci poſſunt ex S. Scriptura, verum etiam ex Patrum meliorum Teſtimoniis, S. Auguſtinus Epiſt. CXX. ad Honoratum ad locum jam allegatum alludens hoc modo ſcripſit. *Et quoniam extremo judicio Chriſtus dicturus eis, quos ad ſiniſtram diſcernet*, ite in ignem æternum qui paratus

eſt Diabolo & Angelis ejus: *His malignis ſpiritibus conjungendos ſimulque damnandos, dicet* ituros in tenebras exteriores, *id eſt in ſocietatem Diaboli & Angelorum ejus.* Idem in Eucheridis ad Laurentium Cap. CXIII. *Manebit ergo ſine fine mors illa perpetua damnatorum: id eſt alienatio à vita Dei, & omnibus erit ipſa communis, quamlibet homines de varietate pœnarum, de dolorum revelatione vel intermiſſione pro ſuis humanis motibus ſuſpicentur,* &c. Plura talia legi poſſunt ibidem Cap. CXI. CXII. &c. Hieronymus in Cap. LXVI. Eſaïæ. *Diaboli & omnium impiorum credimus æterna tormenta.* In Comment. Thren. *Qui ſemel illuc ingreditur, ulterius egredi non permittitur, quod ipſa veritas in Euangelio oſtendit dicens: eſto conſentiens,* &c. Non exibis inde, donec perſolvas noviſſimum quadrantem. *Quemadmodum ibi intelligitur, ubidictum eſt:* oportet eum regnare, donec ponet omnes inimicos ſub pedibus ſuis, *ſemper illum regnaturum, quoniam ſemper illi erunt inimici ſub pedibus, ita & hic poteſt accipi dictum:* non exibis, donec perſolvas, *ſemper non exiturum eſſe, quia ſemper ſolvat noviſſimum quadrantem, dum ſempiternas terrenorum peccatorum luit.* Sic etiam Tertullianus de Judicio Domini Cap. IX.

Æternæ Deus oſſa jubet deſcendere pœnæ,
Ire ſub ardorem rabidæ ſine fine gehennæ.

Eodem plane modo Cyprianus ad Demetrianum: *Cremabit addictos ardens ſemper gehenna, & vivacibus flammis verax pœna, nec erit unde habere tormenta, vel requiem aliquando poſſint vel finem. Servabuntur cum corporibus ſuis animæ infinitis cruciatibus ad Dolorem. erit tunc ſine fructu pœnitentiæ dolor pœnæ, inanis ploratio, & efficax deprecatio.* Unicum ad hanc rem lubet heic producere locum ex Auguſtino de Civit. Dei cap. XXI. ex illo enim ad hujus Sibyllinæ ſententiæ refutationem damnatos tandem aliquando à cruciatibus liberandos: *Si ſententia illa,* (de liberatione *damnatorum*) *propterea bona eſt & vera, quia miſericors eſt, tanto erit melior & verior, quanto miſericordior fuerit, extendatur ergo ac perfundatur fons hujus miſericordiæ usque ad damnatos Angelos, ſaltem poſt multa atque prolixa quantumlibet ſecula liberandos, cur usque ad univerſam naturam manat humanam, & quum ad Angelicam ventum fuerit, mox areſcit? non audent tamen ſe ulterius miſerando porrigere & ad liberationem ipſius quoque diaboli pervenire.*

venire. Verum si aliquis audet, vincit nempe istos, & tamen tanto invenitur errare deformius, & contra recta Dei verba perversius, quanto sibi videtur sentire clementius. Alterum dogma Sibyllinum ἄγεφον & ἀντίγεφον, quo constat non fuisse Divinitus inspiratum horum Oraculorum scriptorem, legitur lib. II. p. m. 207.

Καὶ τότε δὴ πάντες Διὰ ἀιθομένοιο ποταμοῖο,
Καὶ φλογὸς ἀσβέστου διελεύσονθ'. οἵτε δίκαιοι
Πάντες σωθήσονται, ἀσεβεῖς δ' ὅτι τοῖσιν ἑλεῖν
Εἰς ἀσῶνας ἕλωσι. — — —

Hoc est:

— — — *Igitur per flumen agentur*
Ignis inextincti: cuncti: justisque salutem
Omnibus indeptis, scelerati tempus in omne
Perdentur. — — —

Et postea p. 211.

Τοὺς δ' ἄλλους, ὁπόσοις τε δίκη, καλά τ' ἔργα μέμηλεν,
Ἠδὲ καὶ εὐσεβίητε, δικαιόφρονές τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι Διὰ ἀιθομένοιο ποταμοῖο
Εἰς φῶς ἄξουσι, καὶ εἰς ζωὴν ἀμέλμνον.

Hoc est:

Ast alios, qui jus æquum coluere bonumque
Et quibus & pietas, & mens fuit optima cordi,
Sublatos Genii rapidum per fluminis æstum
Ducent in lucem & securæ munera vitæ.

Et paulo post ibidem:

Ἐκ μαλαροῖο πυρὸς, καὶ ἀθανάτων ἀπὸ βρυγμῶν
Ἀνθρώπους σώσουσι δίκαι· καὶ τοῦτο ποιήσει,
Λεξάμενος γὰρ ἑὸν θεσπεσίης ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτοιο
Ἄλλῳ ἀποσήσας, πέμψει Διὰ λαὸν ἑαυτοῦ.
Εἰς ζωὴν ἑτέρην, καὶ αἰώνιον ἀθανάτοισιν.

Hoc eſt:

— — — — — *Ab ipſis*
Oratus dabit, ex ignis ſervore perenni
Et gemitu ſervare homines: hoc conferet illis.
Namque leget ſtabiles, æternoque eximet igni
Perque ſuos aliam in vitam mandabit, eamque
Æternam nullo morituris tempore.

Et libro tertio Sibylla hoc modo loquitur p. m. 239.

Καὶ τότε δὴ Θεὸς ἐξανόθεν πέμψει βασιλέα,
Κεινεῦ δ' ἄνδρας ἔπασσον ἐν αἵματι καὶ πυρὸς αὐγῇ.

Hoc eſt:

Tum Deus è cœlo Regem demittet, is autem
Sanguine quosque homines, ignique probabit in æſtu.

Hanc erroneam opinionem avide nonnulli inter Patres Antiquos arripuerunt, falſa hac Hypotheſi decepti: exiſtimarunt enim Sibyllina Oracula fuiſſe Divinitus inſpirata, quæ opinio quam vera ſit ex dictis jam patet, & ex iis quæ poſt addemus patebit: primo audiamus hac de re diſſerentes nonnullos Patrum tum Græcorum cum Latinorum. Hanc opinionem olim Origenem Adamantium foviſſe teſtatur Doctiſſ. D. Huetus in Origenianis p. m. 139. Hoc modo loquitur Homilia VI. in Exodum: *Veniendum eſt ergo omnibus ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium: ſedet enim Dominus & conflat: & purgat filios Juda, Sedet illuc cum venitur, ſi quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igni reſolvitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut & ſi purum aliquid ſit purgatum tamen, reſideat: Quod ſi aliquis totus plumbeus venerit, ſi & de illo hoc quod ſcriptum eſt: demergetur in profundum, tanquam plumbum in aqua validiſſima*, & Homilia III. in Pſal. XXXVI. *Si in hac vita contemnimus commonentis nos Scripturæ Divinæ verba, & curam vel emendari ejus correptionibus nolumus: certum eſt quia manet nos ignis ille qui præparatus eſt peccatoribus, & veniemus ad illum ignem,*

ignem, in quo uniuscujusque opus quale ſit, ignis probabit. Et, ut ego arbitror, omnes nos venire neceſſe eſt ad iſtum ignem. Etiamſi Paulus ſit aliquis vel Petrus, veniet tamen ad illum ignem. Sed illi tales audiunt: etiamſi per ignem tranſeas, flamma non aduret te. *Si vero aliquis ſimilis mei peccator ſit, variat quidem ad ignem illum, ſicut Petrus & Paulus: Et quemadmodum ad Mare Rubrum venerunt Hebræi, venerunt & Ægyptii, ſed Hebræi quidem tranſierunt Mare Rubrum, Ægyptii autem demerſi ſunt in ipſo, hoc modo etiam nos, ſiquidem Ægyptii ſumus & ſequimur Pharaonem diabolum, præceptis ejus obedientes, demergemur in illum fluvium ſive locum igneum, cum inventa fuerint in nobis peccata quæ ſine dubio ex præceptis eligimus Pharaonis. Si autem ſumus Hebræi & ſanguine Agni Immaculati ſumus redempti, ſi non portamus nobiscum fermentum nequitiæ, ingredimur quidem & nos fluvium ignis, ſed ſicut Hebræis erat aqua murus dextra lævaque, ita etiam erit ignis murus, ſi faciamus quod de illis dictum eſt*, quia crediderunt Deo & Moyſi famulo ejus, *id eſt, legi ejus & mandatis, & ſic ſequamur columnam ignis & columnam nubis.* Et Homil. XIV. in Lucam: *Ego puto, quod & poſt reſurrectionem ex Mortuis indigeamus Sacramento eluente nos atque purgante; nemo enim absque ſordibus reſurgere poterit: nec ullam poſſe reperiri animam, quæ univerſis ſtatim vitiis careat.* Hoc etiam modo loquitur Lactantius noſter lib. VII. Cap. XXI. *Sed & juſtos cum judicaverit, etiam igne eos examinabit. Tum quoque peccata vel pondere, vel numero prævaluerint, perſtringentur igni atque amburentur. Quos autem plena juſtitia & maturitas virtutis incoxerit, ignem illum non ſentient. Habent enim aliquid in ſe Dei quod flammam repellat, ac reſpuat: tanta eſt vis innocentiæ, ut ab ea ignis ille refugiat innoxius.* His etiam adjungamus D. Ambroſium Sermone in Pſal. XXXVI. ſecundum Græcos. *Igne ergo purgabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne Daniel; ſed etſi per ignem examinabuntur, dicent tamen*, tranſivimus per ignem & aquam, *alii in igne remanebunt, iſtis rorabit ignis ut Hebræis pueris*, &c. Salvi eximus per fidem, *ſic tamen* ſalvi quaſi per ignem, *etſi non exuremur, tamen uremur, quomodo tamen alii remaneant in igne, alii pertranſeant docet nos Divina Scriptura, nempe in Mare Rubrum demerſus eſt populus Ægyptiorum, tranſivit ante populus Hebræorum.* Idem etiam in Sect. XX. Pſal. CXIX. *omnes oportet probari per ignem quicunque ad Paradiſum redire deſiderant,*

non

non enim otiose scriptum est quod ejectis Adamo & Eva de paradisi sede, posuit Deus in exitu Paradisi gladium igneum versatilem, *omnes oportet transire per flammas, sive ille Johannes Euangelista sit, quem ita dilexit Dominus ut de eo diceret ad Petrum*, si eum volo manere, quid ad te? tu me sequere. *De morte ejus aliqui dubitaverunt, de transitu per ignem dubitare non possumus, sive ille Petrus qui claves regni Cælorum accepit, oportet dicat*: Transivimus per ignem, &c. *Unus ignem illum sentire non potuit qui est* Justitia *Dei Christus* qui peccatum non fecit, *nihil enim ignis in eo quod exurere posset invenit*, &c. Plura ad hanc rem facientia legi possunt apud Doctiss. D. Blondellum lib. II. cap. X. locum unum aut alterum ex Patribus Græcis proferre lubet. Audiamus hac de re differentem Gregorium Nazianzenum Orat. XXVI. in Luc. II. vers. XXXVI. Δηλώσει σαφῶς ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ἡμέρα, καὶ τὸ τελώνιον πῦρ ἅπαντα κενοῦν ἢ καθαίρειν τὰ ἡμέτερα. Hoc est: *Dies revelationis id perspicua declarabit, ignisque ille postremus, quo omnia nostra expendentur atque purgabuntur.* Idem hoc modo loquitur Orat. XL. Τίς δὲ ὁ ἐγγυήτης, ὅτι μενεῖ τὴν θεραπείαν τὸ τέλος ἀλλ' οὐκ ὀφείλοντας ἡμᾶς ἐπὶ τὸ κρίτήριον ὑποδέξει, καὶ τοῦ ἐκεῖσε δεομένους πυρώσεως. Hoc est: *quis autem nobis præstabit, fore, ut vitæ finis curationem exspectet, ac non potius adhuc ære alieno pressos, atque ignis illius ardore opus habentes, tribunal illud suscipiat.* Pari modo etiam scripsit Basilius in Esaïæ cap. IV. vers. IV. Μήποτε τρεῖς εἰσιν αἱ ἐπίνοιαι τοῦ βαπτίσματος, ὅτε τοῦ ῥύπου καθαρισμὸς, καὶ ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἀναγέννησις, καὶ ἡ ἐν τῷ πυρὶ κρίσεως βάσανος. Hoc est ex interpretatione Tilmanni: *num forte tres sunt Baptismatis acceptiones, expurgatio scilicet sordium, regeneratio per spiritum & examen quod fit in die judicii per ignem.* Idem Basilius lib. de Spiritu Sancto Cap. XV. p. m. 178. Τὸ τοῦ πυρὸς βάπτισμα τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν λέγων, καθάφησιν ἀπόστολος ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει. *Ignis Baptismum, probationem quæ fiet in judicio, sentiens quemadmodum ajit Apostolus*, uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Omnes autem homines transituros per ignem illum qui Dominum in ultimo judicii die comitabitur ut à peccatis purgentur vel opera eorum examinentur, hoc tanquam plane ἄγραφον & ἀνυπόγραφον rejicimus: nullibi enim S. Scriptura mentionem injicit de purgandis per ignem materialem fidelibus ultimo die judicii. Scio

equi-

equidem nonnullos loca hæc ad hujus erroris confirmationem detorquere, nempe Pſ. L. vers. III. & I Cor. III. vers. XIII. At vero his in locis nullo modo de igne purgatorio in extremo judicii die agitur. Pſ. L. vers. III. dicit David: *Ignis ante ipſum conſumit, & circa illum procelloſus valde.* Nunquid hæc verba indicant ignem purgatorium ut à peccatorum labe liberemur? certe hac de re ne quidem apparet. Scio nonnullos hunc locum intelligere de particulari ac ſpirituali judicio, quod Deus in hac vita exercet, nihil tamen obſtat, quominus de judicio in noviſſimo die exercendo ſumatur ac explicari poſſit. Hoc modo olim intellexit (ne nunc loquamur de Rab. Obad. in Pſ. L. de Chaldæo Paraphraſte ad eundem Pſ. vers. III.) D. Auguſtinus lib. XX. de Civ. Dei Cap. XXIV. *Hoc nos de Domino noſtro Jeſu Chriſto intelligimus, quem de cælo ſperamus eſſe venturum ad vivos & mortuos judicandos. Manifeſtus enim veniet inter juſtos & injuſtos judicaturus juſte, qui prius venit occultus ab injuſtis judicandus injuſte.* Ipſe *inquam*, manifeſtus veniet & non ſilebit, id eſt, *in voce judicis evidens apparebit, qui prius cum veniſſet occultus, ante judicem ſiluit, quando* ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente fuit ſine voce, *quemadmodum de illo per Eſaiam legimus Prophetatum, & in Euangelio videmus impletum. De igne vero & tempeſtate cum in Eſaiæ Prophetia tale aliquid tractaremus, quomodo hæc eſſent intelligenda, diximus. Quod vero dictum eſt:* advocabit cœlum ſurſum, *quoniam Sancti & Juſti recte cœlum appellantur: nimirum hoc eſt, quod ait Apoſtolus:* ſimul cum illis rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aëra. *Nam ſecundum literæ ſuperficiem, quomodo ſurſum advocatur cœlum quaſi poſſit eſſe niſi ſurſum? quod autem adjunctum eſt:* & terram diſcernere populum ſuum, *ſi tantummodo ſubaudiatur advocabit, id eſt, advocabit & terram, nec ſubaudiatur* ſurſum, *hunc videtur habere ſenſum ſecundum rectam fidem: ut cœlum intelligatur in eis, qui cum illo ſunt judicaturi, & terra in eis qui judicandi ſunt,* & advocabit cœlum ſurſum, *non intelligamus rapiet in aëra, ſed in judiciarias ſedes eriget: poteſt & illud intelligi:* advocabit cœlum ſurſum, *advocabit Angelos in ſupernis & excelſis locis, cum quibus deſcendat ad faciendum judicium:* advocabit & terram, *id eſt, homines in terra utique judicandos. Si autem utrumque ſubaudiendum eſt, cum dicitur* & terram, *id eſt &* advocabit *&* ſurſum, *nihil melius intelligi*

existimo, quam homines qui rapientur in obviam Christo in aëra, sed cœlum dictum propter animas, terram propter corpora: Discernere *porro* populum suum, *quid est nisi per judicium separare bonos à malis, tanquam oves ab hœdis. Deinde conversio sermonis ad Angelos facta est:* Congregate illi justos ejus. *Profecto enim per angelicum ministerium tanta res peragenda est. Si autem quærimus, quos justos ei congregaturi sint Angeli,* qui disponunt, *inquit,* testamentum ejus super sacrificia. *Hæc est omnis vita justorum,* disponere Testamentum Dei super sacrificia: *aut enim opera misericordiæ sunt super sacrificia, id est sacrificiis præponenda, juxta sententiam Dei dicentis:* Misericordiam magis volo quam sacrificium; *aut si* super sacrificia, *in sacrificiis intelligitur dictum, quomodo super terram fieri dicitur quod fit utique in terra: profecto ipsa Opera misericordiæ sunt* sacrificia quibus placetur Deo, &c. *Unde congregatis sibi justis suis, & ad suam dextram constitutis, novissimo utique judicio dicturus est Christus:* Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c. *Quæ ibi proferuntur, de bonorum operibus bonis, & de eorum præmiis sempiternis per ultimam sententiam judicandis.* Etiamsi ergo hoc loco solum de igne extremi judicii ageretur, nihil tamen hæc verba ad opinionis Sibyllinæ confirmationem facerent: uti nec illa quæ legimus I. Corinth. Cap. III. vers. XIII. *Cujusque opus manifestum fiet: dies enim id declarabit. nam per ignem revelabitur & cujusque opus quale sit, ignis probabit.* Sed quis adeo sagax existit ut ex hoc loco, toto quanto metaphorico, possit extundere ac probare, Apostolum heic loqui de igne purgatorio, per quem transituri sunt omnes homines, ne ipsa quidem Maria Virgine excepta. Papistæ fabulantur de igne purgatorio in quem omnes detruduntur qui peccatis venialibus inquinati moriuntur. Verum de igne purgatorio ad quem ablegantur animæ Papistarum simulac ex corporibus excedunt, heic non agi manifeste patet: I. saltem secundum, illorum Pontificiorum opinionem qui purgatorii ignem ex Sacra Scriptura probari non posse concedunt, quemadmodum Roffensis, Asotus, aliique ingenue fatentur: II. *Ignis* de quo hic agit Paulus est Metaphoricus, non vero realis qualem fingunt Papistæ reperiri in purgatorio; ignem scilicet verum, realem ejusdemque speciei cum nostro elementari, sic docente Bellarmino lib. de Purgatorio Cap. V. Sect. XLIV.

Maxi-

Maximam Pontificiorum partem ſic ſentire ſcripta eorum nos docent, ſed monendus es, Lector benevole, nonnullos fateri ſe neſcire, aut dubitare, utrum purgatorii ignis ſit realis an Metaphoricus, quos inter reperio Cardinalem Perronum. III. Notari velim Apoſtolum nihil innuere de *igne puniente & purgatorio*, qualis eſt fictitius Papiſtarum ignis, ſed Apoſtolus loquitur de *igne probante, examinante & manifeſtum faciente*, quale cujusque ſit opus: atqui Romanenſium ignis purgatorius eſt puniens & quidem tanta cum vehementia exurens, ac ignis æternus gehennæ, à quo differre tantum judicant ſola diuturnitate, & convenire cum illo in ſubſtantia atque exuſtione. V. Notandum etiam, Apoſtolum hic loqui de igne agente in opera utriusque ædificantium ſpeciei, & illius *qui ſuperædificat aurum, argentum, lapides pretioſos*, & illius *qui ſuperædificat ligna, fœnum, ſtipulam*: ignis autem Papiſtici purgatorii, tantum in ejus qui ſuperædificat ligna, fœnum, ſtipulas, hoc eſt, in peccata venialia ac minuta. VI. Dicit Paulus hoc loco: ignem de quo loquitur, combuſturum opera, non operarios, ædificium non ædificantes: at purgatorii ignis ſecundum ipſum Bellarminum loco ſupra laudato, non poteſt opera comburere, quæ ſunt actiones tranſeuntes & jam tranſierunt. VII. Denique dicimus etiam ſecundum Scholaſticorum regulam, nihil pro purgatorii igne poſſe hoc in loco inveniri, totus enim eſt Metaphoricus & allegoricus, atqui Scholaſticorum axioma dictat, *Theologiam Parabolicam non eſſe argumentativam.* Patres nonnulli, uti ſuperius notavimus, meminerunt quidem ignis per quem omnes omnino homines tranſibunt, ut à peccatorum labe purgentur, ſed non docuerunt immediate poſt mortem animas ad ignem purgatorium deſcendere. At vero nec vola nec veſtigium ejusmodi ignis apud Paulum conſpicitur ideoque nullo illos niti fundamento contendimus & affirmamus, qui ex hoc loco probari poſſe Sibyllinam opinionem exiſtimant: illam potius tanquam Scripturæ Sacræ contrariam rejicimus. Apoſtolus enim I. Ep. ad Corinth. cap. XV. vers. XLIII, XLIV. docet homines bonos & fideles in corpore incorruptibili, immortali, impaſſibili, Spirituali & glorificato reſurrecturos: quo pacto hæc conciliabuntur, corpus tranſibit per ignem, & tamen nihil ab igne patietur? purgabitur & tamen non immutabitur? Quomodo Sanctorum corpora poterunt purgari, quoniam

etiam ante mortem jam fuerunt purgata à peccatis, I Joh. I. vers. VII. *Sanguis Jeſu Chriſti purificat nos ab omni peccato.* Et Apocalypſ. cap. I. vers. VI. *Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum, & qui fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri ſuo, ei ſit gloria & robur in ſecula ſeculorum, Amen.* Sin igitur lavati ſumus, quomodo corpora Sanctorum in extremo judicio purgabuntur? ſordibus peccatorum ablatis quid reſtabit purgandum? an non peccata Sanctorum perfecte ſunt condonata, quo pacto poterit probari remanſiſſe quædam quæ pœna ſint eluenda? Certe hoc dici nequit, niſi etiam aſſerere velimus, Remiſſionem peccatorum noſtrorum eſſe tantum ex parte & non perfectam. Teſtatur D. Paulus I. Ep. ad Corinth. Cap. XV. vers. LII. quod illi quos dies noviſſimus vivos reperiet, *ictu oculi & momento immutabuntur:* & I. Ep. ad Theſſalon. cap. IV. vers. XV, XVI. nihil innuit de igne purgatorio, ſed dicit, *non præveniemus illos qui obdormiverunt, ſed ſimul cum reſuſcitatis in nubibus rapiemur Domino obvii in aëre.* An non teſtatur S. Scriptura, Sanctos & Pios ad lætitiam & gloriam reſurrecturos, quænam autem lætitia aut gloria deprehenditur, cum quis igne torrente comburitur? Perhibet Sanctus Johannes Cap. XIV. vers. XIII. Apocalypſeos: *Beati ab hoc tempore mortui illi qui Domini cauſa moriuntur: Etiam dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis,* &c. Quid ergo dicendum, illum *requieſcere* qui igne aduritur & torretur? Credant hoc nugaces Papiſtæ: nos ſaltem nunquam. Antiqui Patres dixerunt, omnes, nemine excepto, ignem hunc pertranſituros; de hac fabula altum apud Divinitus Inſpiratos Scriptores eſt ſilentium. S. Apoſtolus Paulus de ſtatu fidelium immediate poſt mortem differens, non loquitur de igne purgatorio in ultimo judicii die, ſed hoc modo ſtatum illorum refert II. Epiſt. ad Corinth. Cap. V. vers. I. *Scimus enim, nos, ſi terreſtris hujus domus noſtræ Tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, Domicilium videlicet non manufactum, æternum in cœlis.* Plura ad hujus fabulæ confutationem proferre poſſemus, ſed quoniam omnia quæ ſcriptores Reformati contra commentitium Pontificiorum purgatorium protulerunt, ad hujus fabellæ refutationem etiam militant, illis recenſendis ſuperſedebimus. Quo jure igitur nonnulli ſuſtinent Sibyllam eſſe Divinitus inſpiratam? Divinitus inſpirati viri nunquam illa quæ Spiritui Sancto in

S. Scri-

S. Scriptura loquenti adverſarentur, conſcripſerunt. Ex jam dictis liquido conſtare exiſtimamus, nullo modo unquam intendiſſe Sacros Scriptores de fabuloſo hoc igne purgatorio mentionem facere: omnium peccatorum noſtrorum expiationem & purgationem ſanguini Servatoris noſtri Jeſu Chriſti attribuunt. Quod autem Loyolita Craſſetus p. 256. Doctiſſimo μακαρίτῃ Blondello allatrat, quaſi immerito Sibyllas ac Patres Antiquos reprehenderit: docentes, omnes homines tranſituros per ignem purgatorium ut à peccatorum ſordibus purgentur: in eo Jeſuita tantum oſtendit cavillandi & litigandi deſiderium. Verba Craſſeti ſic ſonant: *Sibylla nihil dicit quod recte non poſſit ſuſtineri, ſcribit in fine mundi ignem omnia conſumpturum, ac illum in terra reperturum bonos ac malos; Angelosque, juſtos ex igne illo erepturos, Deumque illos præſervaturum ab immortalibus dentium ſtridoribus: quid*, inquit, *in hoc reprehenſione dignum?* Supra oſtendimus, bone Pater, quid reprehenſione dignum ſcripſerit Sibylla: ain' tu Craſſete, nihil in Sibyllina ſententia reperiri quod ſit reprehenſione dignum? Approbas ergo fabulam illam de igne purgatorio in ultimo die tantum manifeſtando, uti Patres docuerunt, cur ergo cum cœteris ſodalibus tuis jam à pluribus ſeculis accenſum fuiſſe ac etiamnum ardere in loco aliquo Inferno proximo, quotidie doces ac inculcas? Quid opus eſt hoc nunc exiſtente fictitio veſtro purgatorio; die noviſſimo enim Juſti ſunt purgandi ſecundum nonnullos Patres, hoc laudas & probas nullis adhibitis rationibus. Quid? an exiſtimas, Reverende Pater, Sibyllas ac Patres rectam ac ſinceram ſecundum Scripturas docuiſſe doctrinam, cum ſcribunt, in extremo judicio igne purgandos cunctos homines, ne Deipara quidem excepta, quid fiet tum temporis illis, qui nunc peccata ſua in commentitio veſtro purgatorio deflent, vobis propter datos nummos Miſſas in hoc mundo cantantibus, ſi omnes fideles & Juſti ultimo die igne illo, de quo Patres loquentes audivimus, purgabuntur; quid igitur fiet illis qui nunc in purgatorio veſtro latitant, ſi illi etiam per illum ignem tranſibunt & mundabuntur, quid igitur illi mundati rurſusne ad fabuloſum veſtrum purgatorium redibunt? ſed quid opus eſt amplius purgari quorum peccata plane igne illo diei extremi ſunt abſumpta? numquid perfecte purificati ulterius poſſunt purificari, vellemus ſcire à quibus ſordibus ſint mundandi, nullæ in ipſis quoniam reperiuntur: forte nos illo officio

beabit Sagaciſſimus Pater Craſſetus. Quid judicas, mi Craſſete, cum Patres audis aſſerentes, omnes per ignem illum purgatorium tranſituros, uno Chriſto excepto, ideoque S. Mariam cum reliquis igne illo purificandis per illum tranſituram, verum quo pacto opinionem illam conciliabis, Craſſete, cum nupera veſtri (infallibilis ſcilicet) Papæ determinatione, qua S. Virginem in peccato originali non fuiſſe conceptam, atque illam peccaſſe nunquam, affirmat ac aſſerit. Velimus certe hoc doceri, quo pacto nullum peccatum unquam, cum commiſerit, igne illo poterit purificari: ſi illam ab igne illo liberas, Craſſete Pater, an non vides te Patribus contradicere, contra quorum effata, uti ex te ſuperius audivimus, ne hiſcere aut ſufflare licet. Videamus etiam, utrum *recte Sibyllarum* mentem perceperis, bone Vir Craſſete, *Sibylla* uti ante ex *ejus* Oraculis oſtendimus, Orac. lib. II. p. 207. mentionem *facit* φλογὸς ἀσβέστου *flammæ inexſtinguibilis* per quam meabunt cuncti, nunquid, Craſſete, alias flammas inexſtinguibiles noſti præter infernales, dic ſodes ſi poſſis, hæc indica: cuncti tranſibunt, ergo & juſti qui ſub cunctorum nomine ſunt comprehendendi. Deinde dicis *Angelos*, *homines juſtos ex igne illo erepturos*, cum tamen dicat Sibylla lib. II. p. 211. *Angelos*, *juſtos per ignem illum traducturos*. Ἐκ μαλαροῦ πυρὸς, *ex exitioſo* aut *pernitioſo igne*, inquit Sibylla, *Angeli juſtos liberabunt ab immortalibus dentium ſtridoribus*, &c. an ille ſit ignis alius quam infernalis, judicandum relinquimus ſagaciſſimo Craſſeto. Notandum etiam, *Sibyllam* ſtatuere Sanctorum animas poſt mortuorum reſurrectionem in Paradiſum ex quo Adamus cum ſua uxore fuit expulſus, reducendas. Hæc certe opinio nullo modo poteſt eſſe Divinitus inſpirata. Docet enim Sacra Scriptura, illico ad beatitudinem cœleſtem admitti in *Domino mortuos*. Quid in Paradiſo agunt animæ ſeparatæ à corpore? Oporteret adhuc hoc etiamnum tempore exiſtere Paradiſum, at vero Scriptorum doctiſſimorum pars maxima exiſtimat Paradiſum Diluvii aquis interiiſſe, ideoque fruſtra eſſe illos qui Paradiſum nunc exiſtere & ſuperſtitem eſſe docent, nullo Scripturæ Sacræ Teſtimonio idoneo probari hoc poſſe exiſtimamus. Scimus equidem Patrum nonnullos fovere hanc ſententiam, animas poſt exceſſum è corpore tendere ad Paradiſum ex quo Primi Parentes propter peccata fuerunt expulſi: nonnulli ſtatuunt æternam vitam ibi victuros fideles;

qui

qui vero Paradiſus in æternum poſſideri debeat ab hominibus ſalvandis: Audiamus quid hac de re doceat Theophilus ad Autolycum circa finem præfationis in Oracula Sibyllina, p. m. 156.

Οἱ ὴ θεὸν τιμῶντες ἀληθινον, ἀέναόντα;
Ζωὴν κληρονομῆσι, τ' αἰῶνος χρόνον, αὐτοὶ
Οἰκήντες ῳδαδείσε ὁμῶς, ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' ἀστερόεντος.

Hoc eſt:

At quibus æternus colitur Deus, atque perennis
Hi vitam agent quæ tempus in omne manebit,
Floriferos hortos Paradiſi ſemper habentes,
Et dulcem cœli panem ſtellantis edentes.

Hunc Paradiſum docent Patres aliqui etiamnum adhuc exſtare, atque uſque ad Judicii extremi diem permanſurum. Hanc tuetur ſententiam Juſtinus in reſponſionibus ad quæſt. Orthod. quæſt. 75, 76. &c. Dicit enim, *Paradiſum illum adhuc exſtare & permanſurum uſque ad diem judicii, in eo loco verſari Henochum & Eliam, illuc eſſe ductum Latronem, in eundem deduci omnes animas juſtorum non admittendas ad beatificam Dei viſionem ante diem judicii*, & hujus opinionis ſuffragatores citat Aſiæ Presbyteros Apoſtolorum diſcipulos. Tertullianus etiam lib. de Anima circa finem ſtatuit: *ſupereſſe adhuc Paradiſum, & eſſe domicilium ſanctarum animarum uſque ad diem judicii.* Omnes pios in Paradiſum admittendos ſcribit idem Tertullianus in Poëmate de judicio Domini Cap. VIII.

Eſt locus Eois Domino dilectus in Oris,
Lux ubi clara, nitens, ſpiratque ſalubrior aura,
Æternusque dies, atque immutabile tempus.
Eſt ſecreta Deo regio, ditiſſima Campis,
Atque beata nimis, ſudæque in cardine ſedis.
Aer lætus ibi, ſemperque in luce futurus, &c.

Poſt longiorem hujus loci deſcriptionem tandem addit:

Hic quicumque pius, æquique bonique colonus
Quique Deum metuit, ſincera mente Tonantem, &c.

Hanc

Hanc itaque in Paradiſo manſionem attribuit Tertullianus omnibus piis, uti hoc loco illud aſſeruit: ſed notandum eſt Doctiſſimum hunc Patrem alibi lib. nempe de Anima Cap. LV. reſtringere ad ſolos Martyres, (ut & pateat quam debili nitantur fundamento illi qui Patres cœco impetu ſequuntur:) hoc autem modo loquitur. *Immo, inquis, in Paradiſo, quo jam tunc & Patriarchæ & Prophetæ appendices Dominicæ reſurrectionis, ab inferis migraverint. Et quomodo Johanni in Spiritu, Paradiſi regio revelata, quæ ſubjicitur altari, nullas alias animas apud ſe præter Martyrum oſtendit: quomodo perpetua fortiſſima Martyr ſub die paſſionis in revelatione Paradiſi, ſolos illic commartyres ſuos vidit? niſi quia nullis romphæa Paradiſi janitrix cædit, niſi qui in Chriſto deceſſerint? non in Adam nova mors pro Deo, & extraordinaria pro Chriſto, alio & privato excipitur hoſpitio.* Lactantium etiam noſtrum hac de re audiamus lib. II. de Orig. erroris Cap. XII. p. m. 209. *Tum Deus ejecit hominem de Paradiſo, ſententia in peccatores lata, ut victum ſibi labore conquirerent ipſumque Paradiſum igni circumvallavit: ne homo poſſet accedere; donec ſummum judicium faciat in terra & juſtos viros cultores ſuos in eundem locum revocet morte ſublata.* Pari modo etiam Aurelius Prudentius Cathemer. Hymno X. circa exſequias defunctorum. p. m. 43.

Sed dum reſolubile corpus
Revocas Deus, atque reformas
Quanam regione jubebis
Animam requieſcere puram?
Gremio Senis abdita Sancti
Recubabit, ut illa Lazari;
Quem floribus undique ſeptum
Dives procul adſpicit ardens.
Sequimur tua dicta Redemptor,
Quibus atra è morte triumphans
Tua per veſtigia mandas
Socium crucis ire Latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida jam Paradiſi;
Lucet & nemus illud adira,
Homini quod ademerat anguis.

Eodem

Eodem fere modo, S. Athanaſius in cap. XII. vers. XXVII. Matthæi: Θάναλ@ ἴσχεν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Χριστοῦ, ἡ γῆ κεκατήραλαι ὁ ᾅδης ἠνοίγη, ὁ παράδεισος ἐκλείσθη, &c. Ὡς γὰρ παρεδόθη ἀπὸ τὰ πάντα καὶ γέγονεν ἄνθρωπος ἀφὺς ὀρθώθη καὶ ἐπλειόθη τὰ ὅλα, ἡ γῆ ἀντὶ καταρᾶς εὐλόγηλαι, ὁ παράδεισος, ἠνοίγη, ὁ ᾅδης ἔπηξε. Hoc eſt: *Poſtquam*, &c. *Mors invaluiſſet ab Adam uſque ad Chriſtum, terraque execrationi data eſſet, infernus apertus, Paradiſus clauſus, & poſtquam igitur tradita ſunt omnia, & factus eſt homo, correcta ſunt omnia, & perfecta eſt terra, pro maledictione benedictionem obtinuit, Paradiſus reſeratus eſt, infernus metu ſe contraxit.* Idem Athanaſ. in Confeſſione Fidei: ἔδειξεν μὲν εἴσοδον ἐν τῷ παραδείσῳ ἐξ ἧς ἐκβέβληλαι Ἀδὰμ εἰς ὃν πάλιν εἰσῆλθε διὰ τοῦ λῃστοῦ, ὡς εἶπεν ὁ Κύριος, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς ὃν ὁ Παῦλος εἰσήλ. Hoc eſt: *Ex mortuis, vitam ingreſſumque in Paradiſum confecit, ex quo Adam ejectus fuit, in quem Adam rurſus intravit per latronem, ut inquit Dominus*, hodie mecum eris in Paradiſo, *in quem ipſe quoque Paulus ingreſſus fuit.* Hæc igitur opinio à Deo non potuit eſſe inſpirata, teſtatur enim Divinitus data Scriptura, uti ſupra abunde fuit probatum, fidelium & juſtorum animas, ſtatim poſt illarum ex corpore migrationem in cœlum Paradiſum cœleſtem fuiſſe receptas. Probe novimus S. Baſilium in Orat. de Paradiſo & Joh. Damaſcenum lib. II. Orth. fid. affirmare, Paradiſum eſſe locum πάσης τῆς γῆς ὑψιλώτερον, *ac magno interjacente ſpatio vel maris vel terræ à regione mundi diſterminatum & in alto ſitum & uſque ad lunæ circulum pertingentem, quo Diluvii aquæ pervenire non potuerunt*: ideoque loci illius amœnitatem adhuc ſupereſſe: verum quæ beatitudo aut fœlicitas animabus data fuit, etiamſi in Paradiſum terreſtrem admiſſas fuiſſe ſupponeremus? Certe nulla: Nunquid quiſpiam credat animas, Spiritus cum ſint, amœnitate loci poſſe delectari? Certe nos non credimus.

CAPUT XXIV.

Continuatur probatio,

SIBYLLAS

non fuiſſe

DIVINITUS

inſpiratas.

BREVIARIUM.

UTrum Sibylla Millenariorum foverit opinionem, probatur hoc ex Lactantio. Craſſetus refutatur. Ex ipſis Oraculis Sibyllinis probatur, Sibyllam fuiſſe Millenariam: Sententia illa olim inter Judæos obtinuit. Cerinthi blaphemia. Quando Cerinthus floruit. Euſebii de Cerintho Teſtimonium. S. Auguſtini & Iſidori Hiſpalenſis de Cerintho Teſtimonia. Cerinthus fuit ſemi-Judæus. Judæorum de regno hoc millenario ſententia. Papias olim Cerinthianorum opinionem confirmavit. Euſebii de Papia Teſtimonium. Papias Patrum quam plurimos in errorem induxit. Exemplis res illuſtratur. Utrum Hieroſolyma ſit reædificanda. Utrum Cerinthus aut Papias primus regni mille annorum fuerit inventor. Millenariorum opinio refutatur. Sibyllæ mendacia. Quando Noachus egreſſus fuit ex Arca. Utrum Arca Noachi ſubſtiterit in Phrygia ſecundum Sibyllam, an vero in montibus Ararat ſecundum Moſem? Nulli montes alti reperiuntur in regione illa Phrygiæ in qua Sibylla Arcam ſubſtitiſſe dicit. Amnis Marſyas Noachi tempore plane fuit ignotus. Sibyllæ mendacia refutantur. D. Iſ. Voſſius refellitur. Apamea cur dicta Κιβωτὸς. *Salmaſii opinio, cur* Κιβωτὸν *vocarint. Vox* Βαϱὶς *non probat illud quod intendit Voſſius. Cur* Βαϱὶς *nominatus fuerit mons ille, incertum eſt.*

Ex

EX hactenus dictis satis superque constare existimamus, Sibyllas non esse Divinitus inspiratas, hæc etiam sufficere posse credimus, verum ut omnes exceptionum prætextus rescindamus, ulterius urgere hanc materiam consultum duximus: rite autem ut hoc conficiamus, primo notemus à magna Doctorum virorum turba pro Millenaria haberi Sibyllam, Crasseto aliisque nonnullis exceptis. Nullo modo admittit Loyolita, Sibyllam, Millenariorum Hæresi, ut vocat, p. 255. (& postea erroris nomine indigitat) esse infectam: *si tamen*, inquit, *in his libris deprehenderetur Millenariorum opinio, affirmarem à Cerinthianis fuisse insertam: quoniam hæretici probe noverant*, inquit, *Oracula hæc tanquam Divinitus inspirata in primitiva ecclesia à Christianorum parte maxima, autoritatem suis scriptis posse conciliare, ideo illam scriptis illis admiscuerunt*, sed quis sagaciſſimo huic nostro Crasseto hoc revelavit, à Cerinthianis errorem illum Sibyllinis scriptis fuisse affricatum aut insertum, siquid hariolari liceret, existimaremus nos, Sibyllinorum horum Oraculorum scriptorem hausisse ex ipsius Cerinthi scriptis aut Doctrina populum inter sparsa: horum enim Oraculorum fabricator eo tempore posterior fuit. At vero hoc non lubet Crasseto, tali responso detinere Lectorem, quandoquidem Sibylla, illius erroris non potest redargui aut convinci, sic dictitante Jesuita Crasseto: illa enim secundum eundem Jesuitam, tantum Paradisum describit ut terram delectabilem & amœnam, ubi lupi una cum ovibus cubabunt, gramenque comedent, eodem fere modo quo Esaïas ac Johannes in Apocalypsi, imo ex Propheta & Apocalypsi hæc hausta fuisse nostra est opinio: Sed Sibyllam non esse Millenariorum opinioni addictam, contendit Crassetus, at vero quomodo tum Lactantium inter & Jesuitam conveniet? Jam ante audivimus Crassetum vociferantem indigne excipi S S. Patres, quando ipsis ab aliquo contradicitur, nunc vero non erubescit Loyalita Lactantium ipsum quem tantis elogiis & laudibus ante mactaverat, refutare & mendacii ac calumniæ reum arguere, tali enim modo Doctiss. ac pii μακαρίτου memoriam proscindit Crassetus. Audiamus potius ipsum Lactantium, ex illo enim evidentissime conspiciemus Sibyllam foviſſe Chiliastarum opinionem,

ex ea etenim Doctiſſimus hic ſcriptor ſua commenta probat. lib. VII. de vita beata Cap. XXIV. *Veniet igitur ſummi & maximi Dei filius, ut vivos & mortuos judicet, teſtante atque dicente Sibylla:*

Πάσης γὰρ γαίης τόπι θνητῶν σύγχυσις ἔσαι
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ἐτ' ἂν ἔλθῃ βήματα κρίναι
Ζώντων ἠ νεκύων ψυχὰς ἠ κόσμον ἅπαντα.

Verum ille, cum deleverit injuſtitiam, judiciumque maximum fecerit, ac juſtos qui à principio fuerunt, ad vitam reſtauraverit, mille annis inter homines verſabitur, eosque juſtiſſimo imperio reget, quod alibi Sibylla vaticinans, furensque proclamat:

Κλῦτε δέ μοι μέροπες, βασιλῆς αἰώνιος ἄρχω.

Etiam civitatem quam Millenarii inhabitabunt deſcripſit ex Sibylla Lactantius, adeo ut quivis nullo negotio videat Ciceronem hunc Chriſtianum ipſam Sibyllam teſtem illius futuri regni advocare: quomodo enim Lactantius ad Sibyllæ Teſtimonium provocaſſet, ſi illam talem non fovere opinionem ratus eſſet. Quid Craſſete? Nunquid adhuc ſuſtinere audes, Sibyllam non eſſe Chiliaſtarum opinionis fautricem, nunc cum vides teſtem produci ſummum hunc virum, quem ipſe ſupra *Judicem plane irrefragabilem* vocaſti p. 339. ideoque nunc vides, te contra Doctiſſimi Patris mentem plane arietare atque impingere: quod cum *reprehendas in Hæreticis, Proteſtantibus*, nempe, quos *tali quidem dignaris honore, cur in te ipſo illud* non carpis? At vero tu infallibilis ſcilicet Craſſete! Plures adhuc alios Sibyllinos verſus citat Lactantius, ut ex illis extundat regnum illud millenarium, atque non ſolum ſecundum S. Scripturæ ſtylum, verum ex ipſis Scripturis illud deſcribit falſa Sibylla:

Καὶ πόλιν, ἣν ἐποίησε Θεὸς, αὐτὴν ἐποίησε
Λαμπροτέραν ἄστρων, ἠ ἠλίου, ἠδὲ σελήνης.

Præcipuéque Deo dilectam reddidit urbem,
Et ſole & ſtellis & luna ſplendidiorem.

Notandum autem in Sibyllinis aliter legi hos verſus, uti in commen-

mentariis notabitur, Deo dante. Ex Erythræa Sibylla hæc citat carmina Lactantius.

Οἱ ἦ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν ἔρεσιν ἀμιλλήσῃ.
Χόρτον γὰρ λύγκες τ' ἐλάφοισιν ἅμα βόσκονται,
Ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ὁμοῦ καὶ πᾶσι βροτοῖσι,
Σαρκοβορός τε λέων φάγετ' ἄχυρον ὡσεὶ φάτναις,
Σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἀμάρτοσι κοιμήσονται.

Et alio loco de ubertate rerum:

Καὶ τότε δὴ χαρὰν μεγάλῳ Θεὸς ἀνδράσι δώσει,
Καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης
Δώσουσιν καρπὸν τ' ἀληθινὸν ἀνθρώποισι
Οἶνόν καὶ μέλιτος γλυκέως, λευκοῦ τε γάλακτος
Καὶ σίτου, ὑπὲρ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.

Et alia eodem modo:

Εὐσεβέων ἦ μόνων ἁγία χθὼν πάντ' τὰ δ' οἷσει
Νᾶμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης ἠδ' ἀπὸ πηγῆς
Καὶ γάλα τ' Ἀμβροσίης ῥώσει πάντεσσι δικαίοις.

Variantes horum verſuum lectiones in notis ad Oracula notabuntur. Conſtat igitur, quidquid Craſſetus contradicat, Sibyllam eſſe millenariam ac fovere illam opinionem: hinc Patres quamplurimi hauſerunt opinionem hanc, nempe Jeſum Chriſtum mille annis poſt reſurrectionem in terris regnaturum. Hæc de Chriſti in terris regno glorioſo per mille annos ſententia obtinuit olim apud Judæos, uti ex Hiſtoria Sacra Novi Teſtamenti paſſim conſtat. Cerinthum Hæreticum, qui Jeſum Chriſtum, ex congreſſu conjugali genitum fuiſſe blaſphemavit, primum fuiſſe qui inter Chriſtianos opinionem hanc diſſeminavit, perhibetur: Cerinthum autem hunc vixiſſe ſcribunt anno Servatoris noſtri LXII. De illo hoc modo Euſebius Hiſt. Eccleſiaſt. lib. III. Cap. XXVIII. *Sed & Cerinthus, per revelationes, velut à magno Apoſtolo ſcriptas portentoſa quædam nobis, quaſi per Angelos ſibi oſtenſa mentitus, regnum Chriſti poſt reſurrectionem terre-*

terrenum futurum, & carnem noſtram denuo Hieroſolymis concupiſcentiis ac voluptatibus carnis ſervituram dicens: & cum inimicus eſſet ſcripturis Dei, numerum cujusdam millenarii feſti nuptiis deputatum, ſeducere volens, futurum dixit. Et Dionyſius qui Alexandrinæ Paræciæ Epiſcopatum tenuit, in ſecundo narrationum libro, poſtquam de Apocalypſi Joannis quædam tanquam ex antiqua traditione commemoravit, viri hujus mentionem ad hunc modum facit. Cerinthus autem, qui & hæreſim Cerinthianam conſtituit, figmento ſuo nomen imponere voluit, quod fide dignum eſſet. Hoc enim doctrinæ illius dogma fuit, terrenum futurum Chriſti regnum, & quæ ipſe concupiſcebat, cum corporis ſtudio teneretur, & admodum carnalis eſſet, in his illud futurum ſomniabat, ventris videlicet, & eorum quæ ſub ventre ſunt impletionibus, hoc eſt, cibo, potu ac nuptiis, & ut iſta honeſtius commentatus videretur, dies feſtos & victimas & ſacrificiorum mactationes adjecit. Auguſtinus lib. de Hæreſ. ad quod vult Deum cap. VIII. *Cerinthiani à Cerintho dicti mille annos poſt reſurrectionem in terreno regno Chriſti ſecundum carnales ventris & libidinis voluptates futuros fabricantur, unde etiam Chiliaſtæ ſunt appellati.* Iſidorus Hiſpalenſis Orig. lib. VIII. cap. V. *Cerinthiani à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumciſionem obſervant, mille annos poſt reſurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant: Unde & Græce Chiliaſtæ, Latine Milliaſtæ ſunt appellati.* Quoniam autem Cerinthianos circumciſionem obſervaſſe, ex Iſidori jam allegato loco docemur, & S. Auguſtinus in de Hæreſ. cap. VIII. teſtatur Cerinthum fuiſſe ſemi-judæum, quandoquidem non ſolum circumciſionem eſſe obſervandam aſſeruit, verum etiam Sabbathum Judæorum more eſſe celebrandum, non adeo mirum cuiquam videri debet, illum docuiſſe regnum illud terrenum mille annorum, ex Judæis enim promanavit illa opinio, ex Pſalmo LXXXIX. male intellecto. Exſpectant etiam nunc Judæi mundanum & terrenum aliquod à Meſſia regnum, quod aliorum Monarcharum more regnaturus in terris, omnes gentes debellaturus, ac populum ſuum omnium rerum affluentia & abundantia beaturus erit multis fabellis Judæis dignis ornatur tota hæc res. Loquuntur de notabili quodam convivio quo ſe excipiendos exiſtimant tempore adventus Meſſiæ; fingunt parandum hoc convivium ex Leviathan Piſce, Behemoth Tauro, magna avi aſſanda & toſta apponenda, fingunt etiam de vi-

no

no *Gan-Eden*, hoc eſt: *Paradiſi* potandos ſeſe: plura qui de his rebus deſiderat, reperiet illa apud Doctiſſ. D. Buxtorfium Synag. Jud. cap. XXXVI. p. m. 457. poſt hunc Cerinthum Papiam quendam ſic docuiſſe, & tale regnum Chriſtianis eſſe exſpectandum ſuſtinuiſſe memoriæ prodiderunt hiſtoriæ, ac SS. Patres. De hoc Papia Hieropolitano Epiſcopo hoc modo ſcripſit Euſebius Hiſt. Eccleſiaſt. lib. III. cap. XXXIX. Παραπθείτω καί τινα ἄλλα μυθικώτερα, ἐν οἷς καὶ χιλιάδα τινά φησὶν ἐτῶν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν σωματικῶς τὰ ἐπὶ Χριστῷ βασιλείαν ἐπὶ ταύτης τῆς γῆς διηγήσεις ὑποστησαμένης, ἃ καὶ ἡγεῖται τὰς ἀποστολικὰς ἀποδεξάμενον ὑπολαβεῖν. *Et alia quædam idem commentator tanquam ex viva traditione ad ſe relata, & peregrinas quasdam Servatoris parabolas & Doctrinas cum aliis nonnullis fabuloſis adjicit, in quibus etiam millenarios quosdam annorum poſt reſurrectionem mortuorum futuros dicit in quibus regnum Chriſti in hac terra, corporaliter conſiſtere debeat, quæ illum ex eo ſuſpicatum eſſe puto, quod Apoſtolicas diſputationes non recte acceperit*, &c. Notandum etiam Papiam illum quam plurimis Eccleſiaſticis viris illius erroris autorem fuiſſe, teſte eodem Euſebio, quod profecto etiamnum hoc tempore evidentiſſime deprehendimus. Conſtat enim multos inter Patres millenariæ opinioni fuiſſe addictos. Inter alios numerare poſſumus Juſtinum Martyrem, Irenæum, Tertullianum, Lactantium, pluresque alios quorum omnium dogmata referre longum foret, ac noſtri nunc non eſt inſtituti: pauca hæc hac de re Teſtimonia attuliſſe ſufficiet. Juſtinus Martyr in dialogo contra Tryphonem rogatus à Judæo, num fateatur, urbem Hieroſolymam reædificandam, populumque Chriſtianum in illam conventurum ac ibidem cum Chriſto in conſortio Patriarcharum & Prophetarum ſeſe delectaturum, reſpondit non ſolum ſe illi annuere ſententiæ, verum etiam ejus jam ante feciſſe profeſſionem, nempe Χριστὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ τότε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ συμπιεῖν πάλιν καὶ συμφαγεῖν. *Chriſtum reſurrecturum & rurſum in Jeruſalem ſe ſtaturum, & tum cum diſcipulis bibiturum rurſus & comeſturum.* Et ſtatim addit: Πολλοὺς ἂν καὶ τῶν ἀπὸ καθαρᾶς καὶ ὁσιοβοῦς ὄντων Χριστιανῶν γνώμης τοῦτο μὴ γνωρίζειν. p. 306. *Multos autem qui puræ piæque ſunt Chriſtianorum ſententiæ hoc non agno-*

agnoscere. Et paulò inferius, ἐγὼ ἢ, καὶ εἰ τινές εἰσιν ὀρθογνώμονες καὶ πάντα Χριστιανοὶ, καὶ σαρκὸς ἀναίσασιν γλυκέως ἀπεσάμηθα, καὶ χίλια ἔτη ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομηθείσῃ καὶ κοσμηθείσῃ καὶ πλατυνθείσῃ οἱ προφῆται Ἰεσεκιὴλ, καὶ Ἡσαΐας καὶ οἱ ἄλλοι, ὁμολογοῦσιν. οὕτως γὰρ Ἡσαΐας περὶ τ̃ χίλιον παπυρίδες ταύτης εἶπεν. ἔσομαι γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινή. καὶ ἃ μὲν μνησθῶσι τ̃ προτέρων, οὐδὲ μὴ ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀλλ' εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ ὅσα ἐγὼ κτίζω. ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀγαλλίαμα καὶ τ̃ λαόν μου εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ λαῷ μου, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν αὐτῇ φωνὴ κλαυθμοῦ, οὐδὲ φωνὴ κραυγῆς· καὶ οὐ μὴ γένηται ἐκ ἔτι ἐκεῖ ἄωρος ἡμέρας, καὶ πρεσβύτης ὃς οὐκ ἐμπλήσει τ̃ χρόνον αὐτοῦ· ἔσομαι γὰρ ὁ νέος ἑκατὸν ἐτῶν· ὁ δὴ ἀποθνήκων ἁμαρτωλὸς ἑκατὸν ἐτῶν καὶ ἐπικατάρατος ἔσομαι. καὶ οἰκοδομήσουσιν οἰκίας, καὶ αὐτοὶ ἐνοικήσουσι, καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ αὐτοὶ φάγονται τὰ γεννήματα αὐτῶν, καὶ τὸν οἶνον πίονται· οὐ μὴ οἰκοδομήσουσι, καὶ ἄλλοι κατοικήσουσι· καὶ οὐ μὴ φυτεύσωσι καὶ ἄλλοι φάγονται· κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τ̃ ζωῆς αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται τὰ ἔργα τ̃ πόνων αὐτῶν πλεονάσουσιν, οἱ ἐκλεκτοί μου; οὐ μὴ πονέσουσιν εἰς κενὸν, οὐδὲ τεκνοποιήσουσιν εἰς κατάραν· ὅτι σπέρμα δίκαιον καὶ εὐλογημένον ἐστὶ Κυρίου ἔσονται, καὶ ἔγγονα αὐτῶν μετ' αὐτῶν· καὶ ἔσται πρὶν ἢ κεκράξαι αὐτοὺς, ἐγὼ ἐπακούσομαι αὐτῶν· ἐτι λαλούντων αὐτῶν, ἐρῶ, τί ἐστι, τότε λύκοι καὶ ἄρνες βοσκηθήσονται, καὶ ὁ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα. ὄφις δὲ γλῶσσα ὡς ἄρτον· οὐκ ἀδικήσουσιν, οὐδὲ λυμανοῦνται ἐπὶ ὄρει ἁγίῳ λέγει Κύριος. Τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, ἔφην, κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου [τ̃ ζωῆς] αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται τὰ ἔργα τ̃ πόνων αὐτῶν νενοήκαμεν, ὅτι χίλια ἔτη ἐν μυστηρίῳ μυεῖται· ὡς γὰρ τῷ Ἀδὰμ εἴρητο, ὅτι, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐν ἐκείνῃ ἀποθανεῖται· ἔγνωμεν αὐτὸν μὴ ἀναπληρώσαντα χίλια ἔτη· σωήκαμεν καὶ τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡμέρα Κυρίου ὡς χίλια ἔτη εἰς τοῦτο σωάγει· καὶ ἐπειδὴ καὶ παρ' ἡμῖν

ἀνὴρ

ἀνήρ τις ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, εἷς τῶν Ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐν Ἀποκαλύψει γνωμένῃ αὐτῷ χίλια ἔτη ποιήσειν ἐν Ἱερουσαλὴμ τὰς τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ πιστεύσαντας σωθέντας τε, καὶ μὴ πάντα τὸν καθολικὸν καὶ (συνελόντι φάναι) αἰώνιον ὁμοθυμαδὸν ἅμα πάντων ἀνάστασιν γνῆναι, καὶ κρίσιν· ὅπερ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπεν, ὅτι οὔτε γαμήσουσιν οὔτε γαμηθήσονται, ἀλλὰ ἰσάγγελοι ἔσονται, τέκνα τοῦ Θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες. Hoc eſt, ex Langi interpretatione: *Ego autem, etſi qui rectæ per omnia ſententiæ Chriſtiani ſunt, & carnis reſurrectionem futuram novimus, & mille annos in Hieruſalem inſtaurata, & exornata, & dilatata; ſicut Prophetæ, Ezechiel & Eſaïas, & alii promulgant. Sic namque Eſaïas de mille iſtorum annorum tempore loquutus eſt.* Erit enim Cœlum novum, & terra nova: & non recordabuntur priorum, neque eorum illa venient in corda: ſed lætitiam & exſultationem invenient in ipſa quæ ego creo: quia ecce ego facio Hieruſalem exſultationem, & populum meum lætitiam: & exſultabo in Hieruſalem, & lætabor in populo meo: & ulterius in ea non audietur vox ploratus, neque vox clamoris: & non erit amplius ibi immatura aliquis ætate, in fine dierum, & ſenex qui non implebit tempus ſuum. Erit namque adoleſcens filius, centum annorum: moriens vero peccator filius, centum annorum, & maledictus erit, & ædificabunt domos, & ipſi incolent: & conſerent vineas, & ipſi comedent germina eorum, & vinum bibent: non ædificabunt, & alii inhabitabunt: & non plantabunt, & alii edent: Nam ſecundum dies ligni vitæ, dies populi mei erunt: opera laborum eorum multiplicabuntur. Electi mei non laborabunt in vanum, neque liberis operam dabunt in exſecrationem: quoniam ſemen juſtum & benedictum à Domino erunt, & nepotes eorum cum eis. Et erit priusquam ipſi clamaverint, ego exaudiam eos, adhuc loquentibus ipſis, dicam, quid eſt? Tunc lupi & agni ſimul paſcentur, & Leo ſicut bos comedet paleas: ſerpens autem terram, velut panem, non inique agent, neque detrimentum capient in monte ſancto, dicit Dominus, *In his verbis*, inquam, *eo quod dictum eſt.* Nam ſecundum dies ligni vitæ, dies populi mei erunt: opera laborum eorum multiplicabuntur: *mille annos in Myſterio arcane deſignari, intelligimus. Ut enim Adæ dictum eſt*, quo die de ligno ediſſet, eo

die etiam moriturum esse, *scimus illum mille annos non impleviſſe*, novimus quoque *dictum illud*, quod dies Domini sit sicut mille anni, *huc pertinere*, *& vir apud nos quidam cui nomen erat Johannes, è duodecim Apoſtolis Chriſti unus, in ea quæ illi exhibita eſt revelatione*, Chriſti fideles noſtros, annos mille Hieroſolymis peracturos esse, *præloquutus eſt: ac poſtea univerſalem & (ut ſemel dicam) ſempiternam omnium, unanimiter ſimul reſurrectionem & judicium futurum, id quod & Dominus noſter dixit, quod* nuptum neque daturi neque acceptori, sed Angelis æquales futuri *ſint*, *utpote filii Dei reſurrectionis.* Pari fere modo Tertullianus adverſus Marcionem lib. III. cap. XXIV. p. m. 400. *Nam & confitemur in terra nobis regnum repromiſſum, ſed ante cœlum, ſed alio ſtatu, utpote poſt reſurrectionem in mille annos in civitate Divini operis Hieruſalem cœlo delata, quam & Apoſtolus* matrem noſtram ſurſum *deſignat*, *& πολίτευμα noſtrum, id eſt*, municipatum in cœlis *eſſe pronuntians, alicui utique cœleſti civitati eum deputat. Hanc & Ezechiel novit, & Apoſtolus Joannes vidit. Et quia apud fidem noſtram eſt novæ Prophetiæ ſermo teſtatus, ut etiam effigiem civitatis ante repræſentationem ejus conſpectui futuram in ſignum prædicarit. Hoc dicimus excipiendis reſurrectionis ſanctis & refovendis omnium hominum utique ſpiritualium copia in compenſationem eorum quæ in hoc ſeculo vel deſpeximus, vel amiſimus à Deo proſpectam, ſiquidem juſtum eſt & Deo dignum, illic quoque exultare famulos ejus, ubi & ſunt afflicti in nomine ipſius. Hæc ratio regni cœleſtis: poſt cujus mille annos, intra quam ætatem concluditur Sanctorum reſurrectio, pro meritis maturius vel tardius reſurgentium, tunc & mundi deſtructione & judicii conflagratione commiſſa demutati in atomo, in Angelicam ſubſtantiam, ſcilicet per illud incorruptibile ſuperindumentum transferemur in cæleſte regnum.* Ad hunc Tertulliani locum, notari velim ad verba illa *novæ Prophetiæ*, nonnullos exiſtimare Tertullianum probationem Chiliaſmi etiam ex Prophetia Paracleti Montaniſtica petere; alii autem per *novam Prophetiam* potius intelligunt Apocalypſim Apoſtoli Johannis. Irenæum nonnulli exiſtimant fuiſſe Chiliaſtam, non ſolum tales reperiuntur inter Neotericos, verum etiam Antiquos inter. Hoc enim modo de illo D. Hieronymus ſcripſit, illum ſic citante Eraſmo Roterodamo in argumento, in D. Irenæi librum quintum: *Quod & multi noſtrorum & præcipue Tertulliani liber, qui inſcribitur, de Spe Fide-*

Fidelium, & *Lactantii Institutionum volumen septimum pollicetur & Victorini Pictabionensis Episcopi crebræ expositiones*, & *nuper Severus noster in dialogo*, *cui Gallo nomen imposuit*, & *ut Græcos nominem*, & *primum extremumque*, *Irenæus & Apollinaris*. Imo quod miror, locum tanquam ex Irenæo citatum deprehendo apud Doctissim. D. Blondellum quo probare annititur Irenæum inter & Papiam convenisse, verum ut ingenue fateamur, dicimus nos locum illum nusquam apud B. Martyrem, invenire potuisse. Quod porro D. Hieronymus de Sulpicio Severo testatur, illum fuisse Chiliastam & probat ex Dialogo cui Gallo nomen dedit, respondemus non posse rem hanc dijudicari, quoniam Dialogus ille non amplius exstat: de Lactantio plane verum est, illum Chiliastico errori fuisse addictum, legatur tantum cap. XXIV. lib. VII. de vita Beata: deprehendetque Lector sedulus, illum opinionem illam confirmare ex Virgilio non solum, verum etiam ex Sibyllis. Etiamsi autem multi inter Patres Chiliasticæ opinioni faverunt, plures tamen reperti fuerunt qui illi sententiæ contradixerunt. Notandum etiam reperiri inter Scriptores qui Cerinthum primum Chiliasmi fuisse inventorem innuunt: alii autem perhibent, Papiam omnium fuisse primum quod Doctiss. Isaacus Vossius plane negat in lib. suo de Sibyllis p. m. XLV. Nolimus nos asserere, Papiam primum omnium fuisse qui errori illi patrocinatus sit, attamen aliquo sensu potest primus vocari inter Christianos, eo nempe sensu quod etiamsi de regno mille annorum innuerint alii ante illos, (apud Judæos enim ille error longo tempore ante innotuit,) interim tamen, etiamsi cum Judæis, semi-Judæus Cerinthus, aliis erroribus immiscuerit hanc opinionem, Papias primus fuerit qui errorem illum sustinuit, ab aliis immunem. Hæreticus vero Cerinthus cum aliis, etiam & hunc docuit errorem. Cæterum Sibyllinam hanc opinionem esse plane falsam constat, non solum ex Patrum Antiquorum scriptis (quam plurimi enim illi contradixerunt) verum etiam ex aliorum cum Antiquorum tum Recentiorum Scriptorum monumentis qui constanter se illi opposuerunt; nullum dogma à Theologis, præsertim Anglicanis, amplius fuit pertractatum quam hoc de regno Chiliastico & terreno Jesu Christi; ne autem actum agamus, operose opinionem hanc refutare non intendimus, cuivis scripta illa hac de re sunt obvia: interim tamen, ne nos argumentis

deſtitutos exiſtimet quispiam, pauca hæc huic Sibyllinæ aliorumque millenariorum opinioni opponere lubet. Primo, ſi illa quæ ſupra retulimus perpendantur ſedulo, luce meridiana clarius, errorem illum confutatum conſpiciemus. Secundo repugnat hæc ſententia conditioni Regni Jeſu Chriſti: ejus regnum non ut terrenum & mundanum, ſed ut ſpirituale, non mille annorum ſed ut æternum in S. Dei verbo deſcribitur. Ipſe Servator noſter, teſtatur coram Judice Pilato Johan. XVIII. vers. XXXVI. Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νυνὶ δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. Regnum Meſſiæ deſcribitur per Prophetas, non tanquam dominatio mille annorum, verum ut æternum imperium, uti clare conſtat ex Pſalmo LXXXIX. vers. XXX. *Ponam in ſeculum ſeculi ſemen ejus & thronum ejus ſicut dies cæli.* Videantur etiam Pſ. LXXII. vers. V. Eſaïæ Cap. IX. vers. V. &c. Danielis Cap. II. vers. XLIV. &c. Luc. I. vers. XXXII. teſtimonia. Notandum etiam Jeſu Chriſti regnum hoc modo deſignari in Sacris Scripturis, quod non ſit extraneo viſui expoſitum, verum quod lateat in hominum cordibus, oculisque corporalibus non diſcernatur, Pſ. XLV. vers. XIV. *Tota* enim *honorata filia Regis intro*: at vero qualis eſt ornatus Regis, tale & regni ejus ornamentum, à mundano quod oculis corporalibus diſcernitur plane, diſtinctum. Regnum etiam Chriſti, *velut textus Lucæ* XVII. vers. XX. *habet, non venit regnum Dei ut obſervari poſſit,* ſed *intus illud habetis* vers. XXI. Quid quod & hoc Jeſu Chriſti regnum nobis in verbo Dei repræſentetur futurum per totum terrarum orbem, quod certe loco alicui particulari non poſſe adſcribi exiſtimamus. Videantur teſtimonia ſequentia Pſ. II. vers. VIII. Pſ. XXII. vers. XXVIII. Pſ. LXXII. vers. VIII. Zachariæ cap. IX. vers. X. Ex novo Teſtamento ſi producere vellemus Teſtimonia, quamplurima proferre haud eſſet difficile, verum quoniam brevitati ſtudemus, ſupersedendum eſſe cenſemus: hoc tantum memorabimus, nos non deliciis & voluptatibus de quibus Chiliaſtæ memorant, ad æternam fœlicitatem deducendos, ſed per plurimas afflictiones & calamitates; ad illas enim nos prædeſtinatos *eſſe innuit* Apoſtolus gentium Paulus: impii autem ad extremum uſque mundi

diem

diem fideles odio habebunt, nullum autem tale tempus exiſtet quo mundus ab infidelibus & impiis hominibus liberatus erit, (*Chriſtus enim ad judicium venturus, fidem in hac terra non inveniet*) ideoque tale Regnum mille annorum ſpatio quibusvis deliciis abundans non exſtiturum concludimus. Si porro tale Regnum mille annorum, omnis generis abundantia decoratum debet exiſtere ante ultimum judicii diem, quomodo hæc ſententia cum Servatoris noſtri opinione quadrabit? Teſtatur enim Jeſus Chriſtus, *neminem noviſſe diem noviſſimum*, per mille enim annos ab inchoato illo Regno, homines qui illo tempore in hoc mundo degent, poterunt pro certo affirmare, quando ſit affuturus dies ultimus. Teſtatur S. Scriptura Chriſtum I Corinth. cap. XV. vers. XXIV. *in fine regnum traditurum Deo ac Patri, ſublaturum omne imperium, & omnem auctoritatem & poteſtatem*: quo pacto hæc ſententia Apoſtolica conſiſtet cum ficto illo mille annorum regno? Apoſtolus dicit Chriſtum hoc facturum tempore reſurrectionis mortuorum, in adventu ſuo, ſi omne imperium tum erit tollendum, quomodo Chriſtus dici poteſt aliud novum inſtituturus? ſi omnem principatum abolebit, quomodo erigi poterit mille annorum principatus? Legimus etiam apud Sacros Scriptores die noviſſimo homines è mortuis ſuſcitandos ac ſtatim immediate coram Judice Chriſto ſiſtendos, & ut diſerte teſtatur S. Paulus I. Ep. ad Theſſalon. cap. IV. vers. XVI. &c. *Ipſe Dominus cum hortationis clamore, cum voce Archangeli & cum Dei tuba deſcendet è cœlo, & qui mortui fuerunt in Chriſto, reſurgent primum, deinde nos vivi, qui reliqui erimus, rapiemur ſimul cum eis in nubes, in occurſum Domini in aëra, & ita ſemper cum Domino erimus.* Hæc certe verba clare refellunt opinionem illam de mille annorum Regno per Chriſtum in ſuo adventu in terris erigendo. Dicit enim S. Apoſtolus non in terram ſed in nubes deſcenſurum Servatorem noſtrum; non dicit nos tantum per mille annos, ſed *ſemper* futuros cum illo. Novi cœli & Nova terra in ultimo Chriſti adventu apparebunt juxta teſtimonium S. Johannis Apoc. cap. XXI. vers. I. *Deinde vidi cœlum novum & terram novam, primum enim cœlum & prima terra abierat, & mare non amplius exſtabat.* Et II. Pet. III. vers. XII. *Cœlos novos & terram novam exſpectamus ſecundum promiſſum ejus, in quibus juſtitia inhabitat.* Si itaque Jeſus Chriſtus illico fideles in ſuo adventu in

cœlos ad ſe recipiet, quomodo, velimus hoc reſcire, & quo pacto per mille annos regnaturus ſit in hoc mundo, poſtea illos ad gloriam admiſſurus. Dicit enim Joan. cap. XIV. vers. III. *Rurſum veniam, & aſſumam vos ad me ipſum, ut ubi ero ego, & vos ſitis.* Et D. Paulus II Tim. IV. vers. I. *Obteſtor vos ego in conſpectu Dei & Domini Jeſu Chriſti, qui judicaturus eſt vivos & mortuos in illuſtri ſuo adventu & regno ſuo.* Si res hæc peragenda eſt in ſuo adventu, non igitur mille annis ante. Hactenus igitur abunde nos probaſſe exiſtimamus, Sibyllas non fuiſſe Divinitus inſpiratas. Plura ad hanc rem pertinentia producere nos poſſe profitemur, verum quia brevitati ſtudemus, ulterius non progredimur. Mendacium unum aut alterum Sibyllini verſificatoris heic notandum cenſemus. Primo dicit *pſeudo-Sibylla*, Noachum ex arca egreſſum eſſe cum bis vicenos & unum impleviſſet ſoles, quæ ſententia S. Moſis opinionem plane evertit: ex ejus enim hiſtoria conſtat ipſum cum tota ſua familia per annum ſive lunarem ſive ſolarem in arca degiſſe, Sibylla de Noachi ex arca egreſſu hoc modo narrat. Orac. lib. I. p. m. 183.

Καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
Ὄγδοος ἐξῆλθεν, δὶς εἴκοσι ἠῶ μίαν ἠῶ
Πληρώσας ὑδάτεσσι; θεὸς μεγάλα ἀρὰ βάλλε.

Hoc eſt:

Noë igitur cunctos homines juſtiſſimus inter,
Exiit octavus, vicenos cum bis, & unum
Compleſſet Soles (Deus ipſe volebat) in undis.

At vero hæc narratio nullo modo cum ſacro textu conciliari poteſt: ideoque vel hinc concludere nos poſſe, non fuiſſe Divinitus afflatas Sibyllas, affirmamus. Novimus etiam Doctiſſ. Iſaacum Voſſium in lib. ſuo de Sibyllinis Oraculis p. XLVII. affirmare, non recte carpi in Sibyllinis, quod XL. tantum dies diluvio tribuantur, quoniam tempus illud quo pluviæ ceſſarunt à multis diluvio non aſſignatur: verum quod pace Doctiſſ. Viri dixerimus, exiſtimamus hoc nihil contribuere ad excuſandam Sibyllam, textus Moſaicus teſtatur quadraginta diebus & noctibus pluiſſe, Sibylla autem diem unum addit,

addit, quod cum Moſe non quadrat: deinde notandum cenſemus, Sibyllam proprie non ſuſtinere tantum per XL. dies duraſſe diluvium, ſed quod intolerabilius eſt mendacium, Noachum, poſtquam XLI. dies in undis compleviſſet, ex arca fuiſſe egreſſum, Moſes uti jam jam notavimus, XL. diebus & noctibus pluiſſe teſtatur, Sibylla autem illum egreſſum fuiſſe putat, poſtquam XLI dies in arca degiſſet, an itaque terra unius diei ſpatio fuit exſiccata & ab aquis diluvii liberata? Certe Moſaica hiſtoria longe aliud teſtatur; uti cuivis hiſtoriam de diluvio legenti perſpicue conſtare poteſt. Quid? an Spiritus Dei ſibi eſt contrarius? Moſes, ut omnes agnoſcunt, Divinitus fuit inſpiratus, neſcio profecto, quo pacto non pudeat illos qui norunt vel certe noviſſe potuerunt Sibyllam ſcribere talia quæ directe Sancto Hiſtoriographo repugnant, tamen audere pro certo affirmare, illas Divino Spiritu fuiſſe actas, nunquid ergo Spiritus veritatis ſibi contraria proferre poteſt? Nos certe non credimus. Sibylla porro Moſi, Scriptori Divinitus inſpirato audacter contradicit. Teſtatur Vir Dei, Noachi arcam in montibus Ararat ſubſtitiſſe, montes autem Ararat ſitos eſſe in Armenia teſtantur ſcriptores omnes antiqui, at vero Sibylla hoc modo ſeſe enuntiat, lib. I. p. m. 180.

Ἐ'ςι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης,
Ἠ'λίβατον πανύμηκες ὄρος, Ἀ'ραράτ ὄ καλεῦσιν,

Aſſurgit Phrygiæ mons quidam in montibus atræ,
Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt.

Sibylla itaque exiſtimat, Ararat montes olim in Phrygia exſtitiſſe: & ut certo dignoſci poſſit locus Phrygiæ in quo Ararat reperitur, ſic addit ibidem Sibylla:

Ἔνθα φλέβες μεγάλε ποταμῦ Μαρύε πέφυκαν.

At ex emendatione Doctiſſimi Bocharti ut verſus conſtet, legendum eſt, uti poſtea in commentariis ad hunc locum notabitur amplius:

Μαρύε ἔνθα φλέβες μεγάλε ποταμοῖο πέφυκαν.

Marſya magnus ubi ſe prodit origine prima.

Inve-

Invenimus conſtanter fere omnes Scriptores, montes *Ararat* in *Armenia* collocare : unde etiam Vulgatus Interpres pro montibus *Ararat* legit montes *Armeniæ*; Gen. VIII. vers. IV. Theodoretus etiam teſtatur *Ararat* vocari *Armeniam*. Sic & Philoſtorgius Hiſt. Eccleſ. lib. III. p. m. XLVIII. Ὁ δὲ Εὐφράτης ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίων κατὰ τὸ φερόμενον ἀναπέμπεται. ἔνθα τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀραράτ, ἔτι νῦν πρὸς Ἀρμενίων οὕτω καλούμενον, ἐφ' ᾧ νῦν τὴν κιβωτὸν ἱδρυθῆναι φησὶν ἡ Γραφὴ, ἧς ἄχρι νῦν εἶναι φασίν ἐν μικρὰ λείψανα τῶν τε ξύλων, καὶ ἥλων ἐκεῖσε σωζόμενα. Hoc eſt : *Euphrates vero fluvius, ex Armeniis, ſecundum quod quidem apparet, oritur, ubi mons* Ararat, *qui etiamnum apud Armenios vocatur, ubi & arcam conquieviſſe ait Scriptura, in quo etiamnum eſſe ajunt haud parva lignorum & clavorum fragmina quæ ibi reliqua facta ſunt.* Sic etiam II. Reg. Cap. XIX. vers. XXXVII. legimus in Hebræo filios Senacheribi *proripuiſſe ſe in terram Ararat*. Vulgatus dicit illos aufugiſſe in *Armeniam*. Rectiſſime quidem, quoniam in Armenia totius terrarum orbis altiſſimi montes reperiuntur, at in Phrygia non item, præſertim in illa Phrygiæ regione in qua Arcam ſubſtitiſſe Sibylla affirmat. Dicit enim ibi fuiſſe montem altum, at prope Marſyam nullus mons altus, ut recte Doctiſſ. Bochartus obſervavit, ſed collis aut tumulus. Λόφον Græci appellant, id eſt γῆς ἀνάθημα *terræ apicem & criſtam*. Strabo lib. XII. de Mæandro: Ἄρχεται δ' ἀπὸ Κελαινῶν λόφου τινός, ἐν ᾧ πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος τῷ λόφῳ, *incipit à Celænarum apice quodam, in quo urbs eſt apici cognominis.* Et in Ptolomæo memoratur Κελαινὸς λόφος *Celænus apex*. An non igitur immerito Sibylla meminit montis ardui & extenſi prope Marſyam? Hoc etiam à ſedulo Lectore obſervetur rogamus, Sibyllam nempe gloriari ſeſe fuiſſe Noachi coævam, & cum ipſo diluvii tempore degiſſe in arca, quis vero adeo credulus reperietur ut credat etiam Noachi tempore innotuiſſe amnis Marſyæ originem? Nunquid Sibylla Spiritu Prophetico prædicere potuit, fluvium hunc temporis ſucceſſu Marſyam vocatum iri ante Marſyam, ab Apolline excoriatum, à quo fluvio illi datum illud nomen eſſe, teſtantur Hiſtorici. *Midæ fons* dicebatur, uti videre licet apud Plutarchum de Fluminibus. Nunquid Sibylla prævidere potuit Marſyam poſt Midæ tem-

tempora excoriandum & fluvium illo nomine insigniendum? Credat hoc cui lubet, nos saltem in æternum non credemus. Quis hoc admittat, Sibyllam potuisse hariolari, terræ quandam portionem, Phrygiæ nomine designandam, atque ibi arcam Noachi consessuram? An non etiam evidentissime patet, mentiri Sibyllam, quando in Phrygia substitisse arcam contendit, si Mosis, Scriptoris Divinitus inspirati sententia perpenditur, quam legimus Gen. XI. vers. II. *Evenit autem*, inquit, *quum ab oriente profecti essent illi qui ex arca egressi erant, ut invenientes convallem in terra Schinharis considerent illic:* atqui ex Phrygia Babyloniam versus, si in Arca salvati iter fecerunt, non possunt dici profecti ab oriente, sed ab occasu in ortum, quoniam Phrygia in occasu respectu terræ Schinharis sita est. Novimus etiam Doctiss. D. Isaacum Vossium, patrocinari pseudo-Sibyllæ, quasi recte scribenti, quod Mons Ararat in qua arca Noæ quievit, Phrygiæ adscribatur, quandoquidem multi olim sic scripserunt & sic crediderunt: verum, quod pace tanti Viri dixerimus, non quæritur, quid senserint quondam nonnulli, sed quid sentire debuerint. Rationes D. Vossii (nostro quidem judicio) non succedunt: nummus Apamenus ante aliquot annos Romæ vulgatus à Falconerio in quo exprimitur arca Noæ, nihil probat: hoc sese sic habeat, uti refert D. Vossius, sit Apamea præcipua post Ephesum majoris Phrygiæ civitas, ad fontes Marsyæ fluminis sita, sitque mons urbi illi vicinus dictus κιβωτὸς, quod in eo arca seu Noæ seu Deucalionis quievisse ab Apamenis, vel potius Judæis Apameæ habitantibus credita fuerit: an inde sequitur, ergo montes Ararat in Phrygia recte & vere constituuntur? At inquit D. Vossius, Mons ille dictus fuit κιβωτὸς, *arca*: illius Regionis incolæ crediderunt, arcam ibi substitisse, itaque res ita se habet, certe nullam hac in re videmus consequentiam: nunquid Apameæ habitantes decipi non potuerunt? non ideo quævis res veræ sunt, quia pro veris habentur ab hominibus. Audiamus hac de re differentem Doctiss. D. Bochartum, prope Celænas vel à Seleuco, vel ab Antiocho Sotere ad amnem Marsyam condita est urbs Apamia in quam Cælenarum incolæ migraverunt: Strabo ubi de Celænis lib. XII. ἐντεῦθεν δ' ἀναστήσας τὸς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν

τ̃ μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας. *Inde cum transtuliſſet homines Antiochus Soter in eam quæ nunc Apamia dicitur, urbem Apameæ matri cognominem conſtituit.* Livius lib. XXXVIII. vel ſecundum alios Dec. IV. lib. VIII. p. 980. *Celænæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit: Migratum inde haud procul veteribus Celænis: novæque urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea ſorore Seleuci regis. Et Marſyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriens, in Mæandrum cadit.* Plinius lib. V. cap. XXIX. *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celænas.* Solinus Cap. XL. *Aſiam excipit Phrygia, in qua Celæne, quæ antiquato priori nomine in Apamiam tranſiit.* Marcianus lib. VI. *In Phrygia Celæne antea, in Apamiam commutata.* Huic porro Apamiæ cognomen erat Κιβωτὸς, id eſt, *Arca.* Strabo Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη. *Apamia quæ Cibotos dicitur.* Idem μέχρι Ἀπολλωνιάδος τ̃ πρὸς Ἀπαμείᾳ τῇ Κιβωτ̃. Ptolomæus: Ἀπάμεια Κιβωτὸς. Tabula Peutingeri: *Apamia Ciboto.* Plinius ibi ſupra: *Tertius Apameam vadit, ante appellatam Celænas, deinde Ciboton.* Itaque aut vehementer fallor, aut Κιβωτὸν, id eſt, arcam ubi locorum ſubſtitiſſe, ex hoc cognomine collegit, atque aliis perſuaderi voluit ſpurius ſcriptor, cujus verba ſunt:

Ἔνθα φλέβες μεγάλε ποταμ̃ Μαρσύε πέφυκαν;
Τ̃ ἣ Κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν ὑψηλοῖο καρηνῳ.
Marſya Magnus ubi ſe prodit origine prima,
Montis in excelſi ſummo capite arca reſedit.

Sed fallacia hæc fuit à non cauſa ut cauſa: neque enim, inquit Bochartus, neceſſe eſt ideo dictam Κιβωτὸν, quia ibi reſedit arca. Aliæ potuerunt ſubeſſe cauſæ. Claudebatur in arcæ modum à tribus fluviis illam ambientibus. Plinius: *Sita eſt in radice Montis Signiæ circumfuſa Marſya, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus.* Sic Alexandriæ portus ab ambiente ſinu dicebatur Κιβωτὸς. Aliud affert Vir Magnus Salmaſius in Solinum, dictam fuiſſe *Ciboton*, quia Strabone teſte, emporium erat proximæ poſt Epheſum dignitatis, & commune Italiæ & Græciæ πανδόχειον. Quod porro D. Voſſius argumentatur ex voce Βαὶς, quia nempe ſignificat *magnam domum*

mum

mum vel *magnum navigium*, illud nihil probare posse existimamus. Posito enim montem illum tali insignitum fuisse nomine, an igitur inde sequitur, ergo arca Noæ in illo Phrygiæ monte quievit? Certe illud nos non credimus. Possent aliæ esse rationes, cur illo designatus fuerit nomine. D. Bochartus fatetur ingenue, se ignorare rationes, cur mons ille *Baris* vocetur: an à Græcis, inquit, nomen illud inditum fuit, apud quos Βαρὶς significat Barbari navigii genus? vel an ab Armeniis, apud quos Dea hujus nominis culta fuit, teste Strabone lib. II. in Armeniæ descriptione: Ὁ Ἄβος ἐγγύς ἐστιν ὁδὸς τῆς εἰς Ἐκβάτανα φερούσης, παρὰ τὸ τῆς Βαρίδος νέων, *Abus, mons est prope viam qua itur Ecbatana, præter Baridis Deæ templum.* An denique *Baris* dictus est ab Hebræo deflexa voce? quia in illo ipso monte ברית *Berith*, id est, *fœdus* contraxit? non tam cum Noa, quam cum hominum genere universo, iride data in signum fœderis; unde est quod in historia exitus Noæ ex arca vox *berith* seu fœderis septies repetitur. Est & quarta conjectura his fortasse vero propior: Ἀποβατήριον, inquit Josephus, τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι, & Eustath. Antiochenus: ἡ τὸν τόπον ἔτι καὶ νῦν ἐκεῖνον ἀποβατήριον οἱ ἐπιχώριοι προσαγορεύουσι. Idem fere legitur in Eusebio de locis; quod Hieronymus ita transtulit: *hunc locum Armenii exitum vel egressum vocant*: nempe ex arca vel nave in qua Noë cum suis fuerat inclusus, quandiu duravit Diluvium. Id enim proprie Græcis ἀποβατήριον. Quam vocem esse Armeniam viri docti qui hoc scribunt, toto cœlo aberrant: neque illud voluit Josephus, sed Armenios sua lingua vocasse locum eo nomine quod Græcè translatum ἀποβατήριον sonat. Armenium porro illud nomen videtur fuisse *baris* vel *barez*, id est, *exitus*, sic ex Arabica lingua interpretor, quia ברז *baraza* est exire foras & ברז *barus* vel בריז bariz *exitus*. Nihil frequentius in Avicenna; occurrit & in *Alcorano* passim: &c. ex his quæ ex Bocharto produximus, constare existimamus eodem fundamento & quidem meliore sustineri posse judicamus, arcam in Armenia potius quam in Phrygia substitisse. Hoc etiam Patrum S S. suffragiis fulcire necessum duximus, ne Crasletus aliique illius pretii homines nobis litem moveant, nos absque testibus fuisse locutos. Chrysostomus in Orat. de perfecta Charitate hoc modo loquitur: ἐκὶ τῆς τοῦ ὄρη

μαρτυρεῖ τ Ἀρμενίας, ἔνθα ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη, ἀχὶ ἢ τὰ λείψανα αὐτῆς ἕως νυῦ ἐκεῖ σώζε) ὡς ἡμετέραν ὑπόμνησιν; *nunquid etiamnum* (de Diluvio) *montes Armeniæ teſtantur ubi conſtitit arca, nonne hodieque ibi obſervantur ejus reliquiæ ad noſtram commonefactionem.* Sic etiam ſcripſit Euſtathius Antiochenus: ἡ ἣ κιβωτὸς ἀνυψοθεῖσα ὑπὸ ξ ὕδατ@ εἰς ἄκραν τινὰ ὄρους τὴν κζ τὴν Ἀρμενίαν ἀνέση· *arca ab aquis ſublata ſtetit in ſummitate cujusdam montis qui eſt in Armenia.* Aratus lib. IV.

Armeniæ celſis inſtabat montibus arca.

Nicolaum Damaſcenum ex Joſephi lib. I. cap. IV. citat *D.* Voſſius, putatque ex eo probari poſſe Sibyllinorum ſcriptorem vere ſcripſiſſe in Phrygia ſubſtitiſſe arcam: locum hunc heic adponamus ſecundum D. Voſſii citationem, aliter enim illum legit ac in vulgatis exemplaribus reperitur: Ἐστὶν ὑπὲρ τὴν μιλυάδα μέγα ὄρ@ κζ τὴν Ἀρμενίαν βάλλς λεγόμενον, εἰς ὃ πολλὰς συμφυτόντας ἐπὶ ξ κατακλυσμῷ λόγ@ ἔχει σωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακ@ ὀχέμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ἐκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τ ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι· γένοιτο δ' ἄν ἔτ@ ὄντινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τ Ἰουδαίων νομοθέτης. Vulgo legitur, inquit Voſſius, Μινυάδα quod multum torſit virum doctum: neſcio utrum Doctiſſ. D. S. Bochartum intelligat: cujus tamen conjecturam, Voſſianæ, præferre magis arrideret. Μιλυάδα legit itaque Voſſius pro Μινυάδα, & quia Milyus, inquit, Pamphyliæ Piſidiæque ſuperior tractus Apameæ huic vicinus & pene contiguus eſt, & quoniam Nic. Damaſcenus exiſtimavit eam Phrygiæ partem in qua Apamea fuit, olim fuiſſe attributam Armeniæ, ideo recte ſenſiſſe Sibyllinorum Scriptorem in Phrygia ſubſtitiſſe arcam. Sed, pace viri hujus Doctiſſ. dixerimus hoc, nos potius retinemus lectionem vulgatam, ac præferimus Bocharti lectionem Μινυάδα. Minyas eſt proculdubio Hebræorum מני *Mini* vel *Minni* regio, quam, ut docet Bochartus, cum Ararat, id eſt Corduene, nominat Jeremias, cap. LI. vers. XXVII. ubi de Babylone, *convocate contra eam regna Ararat, Minni & Aſcenaz.* Pro מני Chaldæus habet ארמיני *Armeniam.*

niam. Videtur etiam Armeniæ vox conflata esse ex הר־מני *Har-mini*, id est: mons *Mini* sive Montana Minyadis. Plurima alia, quibus constaret non fuisse Divinitus inspiratas Sibyllas, adferre possemus, verum hæc quæ allegavimus, sufficere existimamus. Alias plura indicabimus, præsertim num illa Spiritu Dei acta dici possit quæ Deum ter plus pœnarum inflicturum hominibus quam illi fecere malorum affirmat. Sic enim loquitur Sibylla lib. II. p. m. 211.

— — — — ἐπ' ἀχ' ὁσίοισι ἢ χώροις
Τίσασι τρὶς τόσσον, ὅσον κακὸν ἤλιτον ἔργον.

Hoc est:

— — — — *Atque in regione profana*
Ter tantum solvent, quantum fecere malorum.

Hæc blasphemia recte Divinitus inspiratæ utrum assignari possit, Lectori judicandum relinquimus. Johannem Baptistam olim baptisasse refert, ne renati rursus unquam peccarent: hæc certe sententia plane est ἀνθίγραφα, quis enim hominum non peccat? *In multis impingimus omnes*, inquit Jacobus cap. III. vers. II. & S. Johannes I Epist. cap. I. vers. VIII. *Si dixerimus, nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis non est.* Baptizati & renati sæpius post Baptismum & regenerationem in peccata prolabuntur, uti ex multis S. Scripturæ locis clarissime demonstrari posset, hoc si instituti nostri nunc esset. Sibyllam autem olim sic fuisse locutam, patet ex libro primo p. m. 137.

— — — — κἠ πᾶσι βοήσω,
Εὐθείας ἀτραπὲς ποιησέμεν, ἠδ' ἀποείψαι
Ἐκ κραδίης κακίας, κἠ ὕδασι φωτίζεσθαι
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα γρειθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων.

Hoc est:

— — — — *quæ clamet ad omnes,*
Ut rectos faciant calles, animosque repurgent
A vitiis, & aqua lustrentur corpora cuncta,
Ut nunquam deinceps peccent in jura renati.

Hæc Novatianorum errores ſapere videntur. Poſſemus & plura his addere, nempe quando Jeſum Chriſtum Servatorem venturum eſſe ſcribit, poſt Diluvium. p. 184. quando ſe *Iſidis ſororem* vocat, p. 304. quando dicit bellum non eſſe licitum, etiamſi namque hoſtem occideris, manum tamen polluis: p. 408. multaque alia obſervatu digniſſima, ad aliam occaſionem, tractanda reſervamus; nunc nos, ut Diſſertationibus noſtris tandem finem imponamus, ad refutationem obſervationum Johannis Craſſeti Jeſuitæ, quas contra Doctiſſimum D. Marckium apud Groeninganos S S. Theologiæ Doctorem & Profeſſorem in chartam conjecit, accingimus.

CAPUT XXV.

In quo

J. CRASSETI

Objectiones contra ſcriptum

DE SIBYLLIS,

Doctiſſimi Domini

JOHANNIS MARCKII,

Apud Groeninganos S S. Theologiæ Doctoris & Profeſſoris, conſcriptas reſpondetur.

BREVIARIUM.

DAvidis Blondelli ſcriptum de Sibyllis quando lucem conſpexit. Laudatur etiam à Pontificiis. Craſſeti ignorantia notata. Craſſetus vi conſcientiæ adactus, debitam Blondello laudem refert. Craſſeti inhumanitas contra D. Marckium. Craſſeti inſcitia oſtenditur. Opſo-

Opſopœus non plus laudis Sibyllis tribuit quam ipſe Craſſetus, uti falſo jactitat. Craſſetus refellitur. Mendacia quam plurima, ut & fabellæ multæ quæ libris Apocryphis continentur, oſtenduntur. Quinam errores, quænam mendacia aut fabulæ in libro Tobiti, Judithæ, Sapientiæ, Eccleſiaſtici. In adjectionibus ad librum Eſtheræ. ad Lib. Suſannæ, Baruci, ac Macabæorum. De Bibliis Belgicis Antverpianis quædam notatu digna. De Pſalterio Bonaventuræ. De Hiſtoria Chriſti & Petri Perſice, à Xavierio Jeſuita conſcripta, quædam. Craſſeti craſſum delirium.

NEmo eſt qui non ſciat, clariſſimum ac Doctiſſimum D. Davidem Blondellum olim apud Pariſienſes in Eccleſia Reformata Paſtorem meritiſſimum & poſtea in Schola Illuſtri apud Amſtelodamenſes Profeſſorem digniſſimum, anno M DC XXXIX. in lucem emiſiſſe librum ſuum de Sibyllis in quo ſummam in antiquitatibus ſuam eruditionem oſtendit, adeo ut omnium virorum doctorum approbationem ſit meritus: ac ſibi conciliaverit, non ſolum inter Reformatæ, verum etiam Pontificiæ religioni addictos, teſte Pontificio ipſo Huetio: at vero ſagaciſſimus noſter Craſſetus repperit in Doctiſſimo hoc ſcripto quam plurima quæ refutatione ſua, digna judicaret, cum tamen diſſertatione ſua nihil aliud oſtenderit quam ſe cavillatoris vafri partes impleviſſe: ſi Doctiſſimum Blondellum confutare intendit, cur non κ᾽ πόδας illum ſequutus, ad ſolidas ejus obſervationes, non de Sibyllis ſolum, verum etiam de animarum ſtatu poſt mortem, aliisque rebus maximam ejus doctrinam redolentibus, ex antiquitate petitis argumentis, reſpondit? ſed Jeſuitæ hæſit aqua, quamvis maximo cum contemptu de Blondelliano ſcripto ſcribat in ſua diſſertatione, *veteri & confuſa literatura*, ſcilicet, *ac intolerandis digreſſionibus*, &c. *eſſe plenum*: plus laudis ſibi acquiſiviſſet Craſſetus ſi tam doctas digreſſiones, ſi talem literaturam conſcribere potuiſſet, forte commiſeratione dignus Jeſuita, ab Arnaldo Pontificio, uti ſuperius annotavimus, non vocaretur; Hæc ſolum in Craſſeti diſſertatione maxime notatu digna invenimus, ſummam nempe ejus maledicentiam, non ſolum contra Blondellum,

verum

verum etiam in genere contra Proteſtantes quos *Hæreticorum* titulo ornat, & cavillationes frequentes quibus adverſarii argumenta evertere conatur fruſtra, indoctus Jeſuita, qui ipſe poſtea conſcientiæ vi adactus, Blondello debitam retulit laudem, illum nempe, *ſine contradictione fuiſſe hominem ſui ſeculi Doctiſſimum*, & tamen ipſe Craſſetus illi contradicit, modo plane inhumano, Jeſuita digno: ſi talem fortunam nactus fuit Doct. Blondellus, melior certe non fuit exſpectanda Doctiſſimo D. Johanni Marckio nuper Franequeræ, nunc Groningæ S S. Theol. Doctori & Profeſſori Primario. Hic cum poſt abſolutas de Sibyllis diſputationes incidiſſet in Craſſeti diſſertationem de Sibyllis, lingua Gallica exaratam, indigne ferens Jeſuitæ audaciam, quod tam incivili & inhumano modo tanto Heroi allatraverit, *mortuo leoni inſultans*, nonnullas obſervationes contra Jeſuitæ cavillationes conſcripſit, quas adeo ſibi moleſtas deprehendit Loyolita, ut omni humanitate ſepoſita conſultum judicaverit, atrocibus convitiis & inſulſis cavillationibus potius, quam validis rationibus adverſario reſpondere, quo facto non niſi animi ſui impotentiam ac maledicendi pruriginem oſtendit Jeſuita: nullus dubito quin prima data occaſione Doctiſſ. Marckius Craſſetum pro meritis ſit excepturus: linquentes autem caninam illam eloquentiam Loyolitæ ejusque ſociis, videamus nunc quo pacto reſpondeat Craſſetus ad Doct. D. Marckii objectiones: certe in omnibus, deprehendimus illum oſtendiſſe, *ſe eſſe ſocium Societatis Jeſu, hoc eſt, maledicum in ſuperlativo gradu, uti ſe talem* oſtendit in brevi ſua adverſus D. Marckii obſervationes reſponſione præſertim p. 215. ubi ſe omnem humanitatem depoſuiſſe publice notum facit, ideoque illum Gallorum Scriptoribus non eſſa accenſendum, de quibus teſtatur Craſſetus, illos honeſto & polito modo, honore afficere & proſequi ſuos adverſarios contra quos calamum ſtrinxerunt, quod certe ipſa non præſtitit contra D. Marckium ſcribens. De illo enim innuit hoc modo, loco citato, *quærens cauſam maligni illius humoris Marckiani, inveni non fuiſſe doctrinam meam, loquitur enim ſumma cum laude de Caſtalione, Opſopæo, Sminchio*, Schmidio dicere debebat, *aliisque Proteſtantibus qui de Sibyllis ſcripſerunt, & plus authoritatis quam ego illis dederunt*: Reſpondemus, bone pater, te quam maxime oſcitanter de ſcriptoribus teſtimonium

nium ferre. Quomodo enim recte illorum mentem percepiſſes qui ne quidem nomina illorum recte tenes? Inter Proteſtantes qui de Sibyllis ſcripſerunt nominas *Sminchium*, at vero tale ſcriptoris de Sibyllis nomen nullibi exſtare putamus niſi in Craſſeti cerebello. Exiſtimamus illum voluiſſe mentionem injicere de Eraſmo Schmidio Græcæ linguæ & Mathem: profeſſore, qui quidem plus æquo Sibyllis tribuit, ſed hoc Craſſeto innotuiſſe non ex lectione illius ſcriptoris, verum ex aliorum relatu, valde probabiliter concludere nos poſſe noſtra eſt ſententia. Quod vero de ſcriptoribus illis affirmat craſſetus, illos plus auctoritatis Sibyllis quam ipſe Jeſuita attribuere, hoc ſaltem de Opſopæo nullo modo verum eſſe poteſt. Si enim Craſſetus Scriptoris illius ſaltem præfationem ad oracula Sibyllina legiſſet, certi ſumus illum hæc de illo Scriptore non affirmaturum, plus auctoritatis Opſopæum Sibyllis conceſſiſſe quam ipſe Jeſuita dedit: plane contrarium deprehendet, hanc ſi Opſopæi ad oracula Sibyllina præfationis partem legere dignetur. Novi equidem, inquit Opſopeus, me in multorum reprehenſionem incurſurum, quod rem certam & omnibus confeſſam convellere, & incertam facere auſim. Sed ij mihi, ut ſpero, æquiores erunt, ubi quas habeam dubitandi cauſas perſpexerint. Hactenus libri iſti de quibus quæſtionem inſtitui, communi fere omnium hominum conſenſu Sibyllis adſcripti, & pro veris Sibyllarum oraculis habiti ſunt, propter crebra teſtimonia, quæ paſſim ex illis apud antiquos Eccleſiæ ſcriptores, Juſtinum Martyrem, Theophilum Antiochenum, Athenagoram, Clementem Alexandrinum, Firmianum Lactantium, & alios contra gentiles citata leguntur. A quo conſenſu recedere nefas dũxiſſem, niſi tempus, ordo, dictio, & res ipſa horum oraculorum auctoritatem elevare viderentur. Nam ſi ætatem Sibyllarum qua vixerunt, conſideremus, & Juſtino Martyri, Tatiano, Clementi Alexand. Euſebio, cæteris denique eccleſiaſticis ſcriptoribus credimus, nulla Sibylla Moſe prior fuit. Quomodo ergo noſtra Sibylla lib. 3. pagin. 236. de Moſe vaticinari, quomodo diluvium prædicere, quomodo pag. 183. una cum Noë in arca eſſe potuit? ait enim ſe cum ſuo marito, cum ſocero & ſocru, cum leviris & gloribus in undis tempore diluvii fuiſſe jactatam: quod ipſum auditu inſolens, & à nemine hactenus proditum eſt. Sin Sibyllæ plus quàm illis credimus, oracula hæc conſcripta ſunt mille quingentis annis poſt Græcorum imperium, ut patet ex pag. 261. Incertum quidem eſt, quodnam Græci

imperii initium ſtatuat Sibylla: ſed undecunque illud ſumatur, ſive ab Argivorum, ſive à Sicyoniorum, ſive ab Athenienſium regno; de Moſe, de regno Solomonis, de imperio Macedonico, de quatuor monarchiis vana Sibyllæ vaticinia erunt, utpote poſt res geſtas prolata. Quod ſi poſt Moſem demum Græcorum regnum cœpit, verſibus iſtis multo minus auctoritas ſua conſtabit. Nam ab exitu Moſis ex Ægypto uſque ad ultimam politiæ Judaicæ deſtructionem ſub Veſpaſiano, numerantur mille quingenti octuaginta duo anni. Et certe ut plurima ex iſtis oraculis poſt Chriſtum conſcripta eſſe credam, triplici cauſa moveor. Una, quia lib. 5. pagin. 332. aſſerit Sibylla, ſe alterum incendium ædis Veſtalis vidiſſe. Hoc autem, teſte Euſebio in Chronicis, contigit anno Dom. cxcix. ſub Imperatore Commodo: quo non modo ipſa Veſtæ ædes, ſed etiam palatium & plurima urbis pars ſolo coæquata ſunt. Nam primum incendium fuit Olympiad. cxxxiv. Altera, quia circa Antonini Pii & Commodi tempora innoteſcere, in vulgus efferri, & à ſcriptoribus ejus ætatis citari cœperunt iſta vaticinia Sibyllina antea ignota, nec ab ullo quem ſciam adducta. Eo autem magis in hac opinione confirmor, quod ultra Commodum non extendatur, quippe poſt Adrianum tres Imperatores (id eſt, Antoninum Pium, Anton. Philoſophum, & Commodum) regnaturos lib. 5. pagin. 304. & libr. 8. pagin. 367. & tunc tempora finem habitura eſſe ſcribitur. Tertia, quia video opiniones nonnullas poſt Chriſtum demum à Chriſtianis excogitatas, hiſce libris inſertas eſſe. Impios poſt aliquot ſecula ex æterno ſupplicio liberatum iri, ſententia eſt Origenis, ut docet Auguſtin. lib. 21. de civit. Dei cap. 17. & Neronem in vigore ætatis ſubtractum & occultatum ſuo tempore revelatum iri & Antichriſtum fore, ſuſpicio fuit nonnullorum orta ex dicto Pauli ad Theſſal. Myſterium iniquitatis jam operatur, ut idem Auguſtin. tradit lib. 20. de civitat. Dei capit. 29. Atqui prior exſtat pag. 212. & reprehenditur in Græco quodam ſcholio oræ vet. codicis appoſito, quod infra in notis retuli: poſterior paſſim inculcatur, ubi de Nerone mentio fit, quemadmodum notatum eſt ad pagin. 368. Unde non levis ſuſpicio me tenet, oracula iſta à quodam opinionibus illis imbuto potiùs quàm à Sibylla concinnata fuiſſe. Hæc de tempore. Sed & ordo ipſe multum Sibyllinis libris detrahere videtur. Sibyllæ carmina, ut Juſtinus refert, ſunt inconcinna, obſcura, mutila, ne ab ipſa quidem intellecta, quia cum furore quodam effuſa: ita

ut

ut proverbio locum dederint, quo rem perplexam, foliis Sibyllæ obſcuriorem eſſe dicimus. At noſtri libri Sibyllini, etſi metri ratio interdum claudicet, fere perpetuum rerum ordinem ſervant; in primo de mundi creatione & ætatibus, de Noë, de diluvio, ea ſerie quâ in Geneſi: in tertio de Saturno & Titanibus, de Moſe, de lege, de Babylonica captivitate: in quarto de quatuor monarchiis: in quinto de rebus geſtis XV. Imperatorum integræ hiſtoriæ contexuntur: ita concinne denique & perſpicue omnia referuntur, ut hiſtoriæ potius quàm oraculi, animi ſedati potius quàm furoris, perſpicuitatis potius quàm obſcuritatis indicia de ſe præbeant. His conſentit dictio ipſa, ſive voces, ſive phraſes ſpectemus. Voces partim inſolentes & novæ ſunt, partim è ſacris litteris & ſcriptoribus deſumptæ, partim ineptis etymologiis offuſæ. Inſolentes, ut αὐδήσῃ in audiendi ſignificatione pag. 188. 9. τραχὺς in genere fœminino pagin. 279. 20. Novæ, ut οἰκεμψυκὸς 195. 23. γαλικανὸν 316. 19. κελιγυὴ 356. 11. E ſacris litteris & ſcriptoribus deſumtæ, ut σητόβρωτα 156. 2. προσπχθίζων 236. 23. θεόχρισυ 307. 3. Iſtas forſan aliquis furori divino adſcribendas dixerit: ſed an quoque nominum rationes & derivationes eidem tribuentur, qualis eſt ἀλφισήρον 167. Βαβυλῶν & 224. 3. Διὸς 227. 15. Δία, inquit Jovem nominarunt, ὅτι οἱ διεπέμφθη, quia illuc miſſus eſt. O bellum etymum Græcis auribus dignum, illi plane ſimile, quo Δευκαλίων deducitur ἀπὸ τῆς δεῦρο καλεῖν! O præclarum inventum, quo πτεραχεάμματα Ἀδὰμ pagin. 216. quatuor mundi plagas deſignare dicitur! Quaſi verò iſtud furoris ſit, & non potius otioſi ingenii: quemadmodum & illud quod legitur pagin. 388. de quatuor veſtigiis clavorum. Phraſes verò, ſtylus, tota denique lectio, paucis exceptis, nihil animi numine afflati ſpirant, nihil impetus & ſtimuli Divini præ ſe ferunt: imo ne quidem Homericam majeſtatem attingunt, quod magno indicio eſt, nos veris Sibyllinis carere. illorum ſiquidem tanta fuerat gravitas, tanta excellentia, tanta venuſtas, ut Homerus, Diodoro teſte, plurimos verſus ex Sibyllæ oraculis in ſua opera tranſtulerit. At in noſtris hodie vix ſex vel ſeptem hemiſtichia Homericis ſimilia reperias. Carmina noſtra Sibyllina, ſi verum fateri volumus, maxima ex parte ſibi multùm diſſimilia, dura, coacta, & ex ſacris literis, Orpheo, Heſiodo, oraculis Apollinis, Phocylide & cæteris gnomicis poëtis conſarcinata ſunt, ut paſſim in notis obſervavi.

Venio nunc ad res ipſas in Sibyllinis expoſitas, quarum pleræque adeo plene, copioſe, & aperte deſcribuntur, ut vel inde tantum conjicere liceat, illas non prædictas, ſed prius viſas, auditas, aut lectas, ita perſpicue recitatas fuiſſe. Vaticinia alioqui non ſolent omnibus ſuis circumſtantiis limitari, multo minus nomina propria perſonarum in illis deſignari, ut conſtare poteſt ex ſcriptis Prophetarum.

Eſayas indefinitè prædixit, Ecce virgo pariet puerum. At Sibylla nominatim, Ecce virgo Maria pariet puerum Jeſum in Bethlehem. Quaſi verò Prophetæ minus inſtinctu Divino agitati futura prædixerint quàm Sibyllæ: aut quaſi nomen Jeſu ante Angeli in Euangelio annunciationem, & Sibyllis publicatum fuerit. Chriſti baptiſmum in Jordane nullus Prophetarum prædixit: at Sibylla lib. 6. & baptiſmum illum, & Spiritus ſancti apparitionem in columbæ ſpecie, multo ante, ſi credere fas eſt, præſignificavit. Si ita eſt, cur non plus Sibyllis quàm Prophetis tribuimus? ſed quicumque iſtorum Sibyllinorum auctor eſt, ſuo ſe indicio ſicuti ſorex prodit cum in hiſtoria de Chriſto, tum in deſcriptione XV. Imperatorum Romanorum ſtatim ab initio lib. 5. ubi ſingulorum nomina & facta ita perſpicuè & graphice tanquam in breviario quodam referuntur, ut ab hiſtorico aliter narrari non potuerint. Ne tamen fraus animadvertatur, non integra nomina exprimuntur, ſed numeri tantùm quos primæ ſeu capitales ſingulorum nominum litteris Græcis deſignant; ut, ſi Diis placet, mera ænigmata videantur. Sed cur non eadem ſerie ſubſequentium Imperatorum nomina ſimilibus ænigmatibus & gryphis involvit? An quia imperio jam defunctorum & regnantium nomina nota erant, poſterorum imperatorum primæ literæ & numeri ignoti? Sibylla autem hæc de præteritis & notis vaticinatur. Quod ſi interdum de futuris loqui velit, ex numeris qui ex nominum propriorum litteris exſurgunt, hariolatur: ut pag. 375. prædicit Romam perituram poſtquam numerum nominis ſui compleverit. Plura his addere poſſem, ſi minuta omnia quæ in notis attigi, hîc perſequi vellem. Verùm prudenti hæc ſufficere arbitror, ut intelligat judicium meum de Sibyllinis libris ſatis probabilibus rationibus eſſe ſuffultum. Quod, ne veteribus Eccleſiæ ſcriptoribus qui Sibyllas frequenter laudant, aliquid detraxiſſe videar, & ne Camarinam, ut Sibylla noſtra monet, agitem quam præſtat non agitari; hac interpretatione temperabo. In libris iſtis hactenus vulgatis aliquot vera Sibyllarum oracula, pau-

pauca integra, ſed multa depravata & interpolata contineri; at reliqua omnia nova, ſuppoſititia, ex variis auctoribus comportata, ex eventu compoſita, in eum quo leguntur hodie ordinem redacta, & ſubinde verſibus aliquot adaucta eſſe: quemadmodum ſæpius in notis monui, & jam uno & altero exemplo oſtendam. Lib. II. mentio fit agonis Iſelaſtici. Ut verò ex Plinii epiſtolis conſtat, Trajani tempore certamina Iſelaſtica inſtituta & celebrata fuere, ut ſuſpicio ſit eum locum poſt Trajanum conſcriptum fuiſſe. Nero cùm Romam excitato incendio inflammaſſet, ejus criminis invidiam in Judæos & Chriſtianos derivavit. Quod ut videretur à Sibyllis prædictum, à bono quodam viro verſus iſte interſertus fuit, εἰς ἕξιν ἡμετέρῳ τυχὸν ἄσατα ταῦτα θεσπίσαι. Clemens, Lactantius, Theophilus, Pauſanias, & alii, multa citant ex Sibyllinis, quæ aut non extant in his noſtris, aut multum evariant, & vel verbis, vel verſibus integris interpoltta ſunt, ut diligenter ſuis locis infra notavi. Quæ omnia eò ſpectant, ut doceant Sibyllina noſtra maximam partem eſſe ſpuria, pauca legitima. Utinam verò, ut nota Ciceronis voce utar, tam facile vera invenire poſſem quàm falſa redarguere. Sed quia id præſtare non licet, falſa cum veris, & mala cum bonis erunt toleranda; ut ſaltem aliquot Sibyllinorum oraculorum veſtigia conſervemus. Judicet nunc pater Craſſetus, num poſſit aſſerere, Opſopæum majorem Sibyllis dare autoritatem quam Craſſetus qui ipſas Divinitus fuiſſe inſpiratas contendit. Veram autem maligni humoris D. Marckii cauſam eſſe exiſtimat Loyolita, quoniam Craſſeti diſſertationi præfixum deprehendit nomen Jeſuitæ quaſi vero tanta ſit gloria Jeſuitæ ferre nomen, ut quispiam hoc illi hoc invidere debeat, hoc enim, inquit, ſocius Jeſuitarum noſtrum eſt fatum, nos non ab hæreticis amari. Optandium certe eſſet Craſſeto, quod tantum exoſum eſſet illud nomen hæreticis, certe Jeſuitæ etiam apud cæteros Pontificiorum ordines æque (& quidem merito, quoniam illos ubique opprimere & conculcare ſatagunt) odio habentur ac ab ipſis hæreticis, uti hoc, vel ipſe Craſſetus, quotidiana experientia addiſcit. Scribit porro Craſſetus D. Marckii bilem valde fuiſſe concitatam, eo quod nomen ſe acquiſiviſſe exiſtimans deſcribendo D. Blondellum, invenerit Jeſuitæ diſſertationem, ſibi adverſam qua totum ejus ſyſtema evertitur, & rationibus quoniam reſpondere non potuit, conviciis vindictam ſumendam eſſe cenſuit. Certe quam bene hæc tibi conveniunt, Caſſete, qui

qui perpetuis maledictis Proteſtantes impetis, illos Hæreticorum nomine indeſinenter deſignans, reſcire poteris, ſi conſcientiam (modo illam non plane exueris) & diſſertationem tuam conſulas: in qua nullum caput ſcripti Blondelliani enucleare ac ſolidis rationibus refutare auſus fuiſti aut potuiſti. Addit porro Jeſuita Marckii bilem magis efferbuiſſe eo quod accuſaverit Proteſtantes, *illos propria autoritate nonnullos rejeciſſe libros S. Scripturæ canonicos, quos tamen Eccleſia univerſalis omnibus ſeculis pro canonicis habuit.* Miramur, Craſſete, ſummam tuam impudentiam & inſcitiam, æque bonum Theologum ac Philologum te oſtendis pater ignorantiæ, ne dicam mendaciorum: quot enim verba tot mendacia in chartam conjicis: Reformati ſcilicet propria autoritate nonnullos S. Scripturæ libros ex canone expunxerunt: in eo nempe culpandi ſunt hæretici, quod libros fabulis & mendaciis refertos non admittant, quid tu, Craſſete, nunquid exiſtimas aut affirmare audes fabellas, mendacia & contradictiones libris illis contentas a Deo fuiſſe inſpiratas? certe valde in Spiritum Dei, qui eſt Spiritus veritatis impingeres: & omnibus ridendum propinares: tam inſulſe loquendo: ſcis ſatis, bone pater, ut liber aliquis pro canonico admittatur, debere illum Divinitus eſſe inſpiratum. *Tota* Scriptura Divinitus eſt inſpirata, inquit Apoſt. Paulus II Tim. III. Verſ. XVI. Hinc etiam libri canonici veteris teſtamenti vocantur ab Apoſtolo *Scripturæ Propheticæ*, Ep. ad Romanos Cap. XV. Verſ. XXVI. & II. Ep. Petri Cap. I. verſ. XIX. *Sermo propheticus*, eo quod a Prophetis, a Deo inſpiratis, fuerint exarati: at vero libri illo quos Proteſtantes ex canone fidei eliminarunt, a nullo prophetarum fuerunt conſcripti, & ne quidem Hebraice, uti omnes libri canonici Veteris Teſtamenti tali idiomate etiamnum hodie exarati exſtant ſed tantum Græcè: Scriptores illorum librorum omnes Malachia propheta tempore poſteriores, & nemo eſt qui non ſciat poſt Malachiam uſque ad Meſſiam, nullum exſtitiſſe prophetam: imo librorum illorum authores ipſi fatentur, nullos prophetas illis quibus vivebant temporibus fuiſſe repertos: atque evidentiſſime ſatis demonſtrant ſe non ſcripſiſſe ex inſpiratione Divina, videantur lib. Macc. I. cap. I. 4. 9. v. 27. ut & 2. lib. Maccabæorum cap. II. verſ. XXIV. &c. & cap. XV. verſ. XXXIX. ex illis quæ ibi leguntur clariſſime apparet, Dei Spiritu non fuiſſe motos illos ſcriptores. Hi libri, quos ex canone, propria autoritate Proteſtantes, expunxerunt ut loquitur Craſſetus, ab eccleſia uni-

universali omnibus seculis pro canonicis sunt habiti, sed sagaciſſime Craſſete, ubinam locorum congregata fuit eccleſia universalis quæ tale dogma protulit? Hoc pacto oſtendis te neſcire, quid ſit eccleſia universalis. Nunquam eccleſia universalis docuit, libros, quos vocamus apocryphos fuiſſe canonicos, &, ut pateat quanta cum inſcitia loquatur Craſſetus, eccleſiam universalem illos libros omnibus ſeculis habuiſſe pro canonicis, perpendat quid hac de re olim ſcripſerit Cardinalis Cajetanus comment: in Eſther X. *libri iſti non ſunt Canonici, hoc eſt, non ſunt Regulares ad firmandum ea quæ ſunt fidei.* Hos tamen libros in canonem recipi propria autoritate juſſit concilium Tridentinum anno 1546. 8 Aprilis Seſſione IV. imo anathema pronunciavit contra illos qui libros iſtos non ſuſceperit pari, ac eadem certitudine & auctoritate ſicut reliquos libros, de quibus nunquam fuit dubitatum: Verum rogamus te quam enix è, ut obſervare digneris quibus potius exprobrare debeamus propria egiſſe autoritate, Papiſtis in admiſſione iſtorum librorum in canonem, an Proteſtantibus in illorum rejectione? Scis procul dubio, Craſſete pater, quàm Magiſtraliter egerit concilium Tridentinum, & ſi neſcis lege illa quæ Paulus Venetus de illo conſcripſit in ſua hiſtoria concil. Trident. lib. 11. p. m. 143. Decreta concilii Tridentini ſuper libris canonicis Roma ubi in Germaniam pervenerunt, *magnam ſermonibus materiam ſuppeditarunt. Nonnullis audax incæptum videbatur, V. Cardinales & XLVIII. Epiſcopos, præcipua religionis capita hactenus indeciſa, levi brachio definire, authoritate canonica libris antea incertis & Apocryphis data; tranſlatione, quæ à textu originario deflectit, authentica facta, modo etiam præſcripto ad quem ſenſus verbi Divini ſit extendendus, aut reſtringendus. In his tamen præſulibus non temere reperiri aliquem præcellentis doctrinæ laude inſignem. Leguleios eſſe aliquot, in juris profeſſione doctos, ſed religionis non admodum intelligentes. Perpaucos Theologos, eosque eruditione intra vulgus Theologorum: pleroſque omnes nobiles, aut Aulicos. Ex iis qui aliqua ſint dignitate, aliquos eſſe titulares tantum, ſed Epiſcopos magnam partem eſſe civitatum adeo minutarum, ut ſi quiſque populum cui præeſt referat, vix omnes milleſimam orbis Chriſtiani partem repræſentent. Sed è Germania præſertim ne unum quidem adeſſe Epiſcopum, unicumve Theologum. In tanto numero ne unum quidem reperiri potuiſſe? cur ex iis qui colloquio interfuerunt, & capita controverſiarum melius aliis intelligunt, nemo unus adeſſe ab Imperatore juſſus? Inter præſules Germaniæ unum*

Car-

Cardinalem Auguſtanum procuratorem miſiſſe, eumque non Germanum ſed Allobrogem. Procuratores enim Cardinalis & Electoris Moguntini, audita principis ſui morte, ante duos menſes diſceſſerant. Vide nunc, Craſſete pater, quinam propria egiſſe autoritate ſint dicendi, Proteſtanteſne an vero Pontificii? qui libros fabellis & mendaciis refertos in fidei canonem admiſerunt. Nos certe non adeo in Deum contumelioſi eſſe volumus, ut audeamus aſſerere, illum voluiſſe eccleſiam docere fabulis & mendaciis. Hoc autem ut paucis verbis oſtendamus, hæc notare digneris, Craſſete pater, rogamus. Librum Tobiti quod attinet, neſcio utrum unquam obſervaveris exemplaria Græca a Latinis differre, atque in multis, ſibi invicem eſſe contraria, hoc ſaltem obſervare potuiſti Angelum illum qui ſe a Deo miſſum jactitat atque eſſe Raphaëlem, unum ex ſeptem Angelis illis ſanctis qui referunt preces Sanctorum, & egrediuntur coram gloria ſancti. Lege hæc Tobiti cap. XII. verſ. XV. & confer cum cap. V. verſ. XV. & reperies illum putidiſſime mentiri. Dicit enim ibi, *ego ſum Hazaria nomine, genere vero filius Chananiæ illius magni.* Hoc quo pacto poſſit conciliari, nobis expediat & explicet ſagaciſſimus Craſſetus, & ſimul etiam indicet, quomodo hæc poſſint conſiſtere quæ leguntur lib. Judithæ cap. X. XI. XII. ubi plurima mendacia profert Juditha cum præcepto Dei pugnantia. Nota quoque, Craſſete, illa quæ leguntur cap. IX. verſ. XIII. hoc modo Deum precatur Juditha, *percute ſervum labiis fraudulentis meis cum Domino, & Dominum cum ſervo ipſius.* Et in eodem capite verſ. XVIII. *Præſta ut ſermo meus ſit fraudi, & vulneri, & cicatrici iſtis* &c. Quomodo hæc quadrant cum vero S. Scripturæ canone illa quæ leguntur cap. X. quando Judith legitur ſe ornaſſe toto ſuo mundo, ac ſe venuſte compoſuiſſe valde, ad decipiendum oculos virorum, quicumque viſuri eſſent ipſam: hæccine poſſunt vere dici de muliere caſta ac Deum timente: hoc credat, Craſſetus, ſi velit, nos numquam credemus: potius aſſenſum præbebimus Thomæ Aquinati, qui hac de re olim ſic ſcripſit: *Illæ mulieres quæ viros non habent, nec volunt habere, nec ſunt in ſtatu habendi, non poſſunt abſque peccato appetere placere virorum aſpectibus, ad concupiſcendum, quia hoc eſt dare iis incentivum placendi, & ſiquidem hac intentione ſe ornent, ut alios provocent ad concupiſcentiam, mortaliter peccant,* Judith autem virum nec habuit nec habere voluit, & tamen ornavit ſe uti ipſa fatetur ad decipiendum. Judith etiam quæ horrendo ſe polluit homicidio,

cidio, uti apparet ex tota ejus hiſtoria, laudat factum patris ſui Simeonis qui Sichemitas trucidavit, quod Jacobus Patriarcha abominatur, Gen. XLIX. verſ. VI. & VII. *In arcanum eorum ne ingreditor anima mea, in cœtum eorum ne adunator gloria mea, maledicta ira eorum.* (Simeonis & Levi) *quia vehemens, & furor eorum, quia ſævus fuit.* Judith itaque laudando factum illud ſe illius criminis ream facit, juxta illud Sancti Pauli ad Romanos Cap. I. verſ. ultimo. *non ſolum illi qui faciunt, verum etiam qui facientibus conſentiunt*, ejuſdem peccati ſe reos conſtituunt. Tu tali canone gaudeas, Craſſete, & ſedulo obſerves quid olim dixerit Hieronymus, *librum Judith, Tobiæ, &c. legit quidem eccleſia, ſed inter canonicas ſcripturas non recipit.* Librum Sapientiæ quod attinet præterquam quod falſo attribuitur Salomoni, uti hujus libri ſcriptor illum ſibi vendicat, Cap. IX. verſ. VII. & VIII. & ſe fuiſſe Regem Salomonem mentitur, ſic enim loquitur loco citato, *tu me ante elegiſti Regem populi tui, & Judicem filiorum filiarumque tuarum: Dixiſti ut ædificem tibi domum, in monte ſancto tuo, & in civitate habitationis tuæ altare, imaginem tabernaculi ſancti quod ab initio præparaviſti:* at vero falſam eſſe illam aſſertionem, patet ex eo quod nunquam Hebraice fuerit conſcriptus, uti hoc facili negotio diſcernere poterit ille qui tantum exacte illius libri ſtylum (affectat enim Græcorum eloquentiam, inquit S. Hieronymus) obſervaverit, & evidentiſſime illum alludere deprehendet ad Græcorum certamina & præmia, quæ Salomonis regno ducentis annis ſunt poſteriora. Exiſtimant autem Scriptores antiqui librum illum conſcriptum fuiſſe à Philone Judæo, qui poſt Chriſtum vixit, atque in illum non credidit. Hic Sapientiæ liber pro canonico haberi non debet, quandoquidem nonnulla continet quæ ſacro canoni repugnant, Cap. VIII. vers. XIX. & XX. videtur author illius libri, velle innuere, ſe à peccato originali fuiſſe immunem: *eram*, inquit, *puer bona indole, animamque bonam ſortitus eram, ac potius ut bonus eram, in corpus impollutum veneram:* at, plane repugnat Davidis ſententiæ Pſ. LI. vers. VII. &c. Quæ porro refert de origine Idololatriæ cap. XIV. vers. XV. & de ſpectris ac viſis triſtibus, flebilibus formis apparentibus, non videntur credibilia aut fide digna. Falſum etiam eſt quod ſcripſit hujus libri auctor Cap. X. vers. VII. terram Sodomæ aliarumque

urbium illius planitiei, ſuo cum ſcriberet tempore fumaſſe, ut & ἀνλίχραφον eſſe exiſtimamus hanc ſententiam quam profert ibidem vers. VI. ignem de cœlo deſcendiſſe, in quinque civitates, Moſes enim Deut. cap. XXIX. vers. XXIII. tantum meminit quatuor civitatum quas ira ſua Jehova ſubvertit, nempe Sodomæ, Gomorræ, Admæ & Tſeboiim, quinta autem civitas Tſoar, precibus Lothi fuit à Deo conſervata, hoc nos docente Moſe Geneſ. Cap. XIX. vers. XXI. Mentitur etiam hujus libri ſcriptor, quando narrat antiquos terræ ſanctæ habitatores comediſſe viſcera humanarum carnium, Cap. XII. vers. V. *Moſes ſcriptor* plane divinus ſæpe mentionem abominationum & ſcelerum quibus ſe nationes illæ commacularunt facit, *ſed nullibi illos fuiſſe antropophagos innuit.* Multas etiam *refert fabellas de populo Iſraëlitico Cap. XVI. & quis non miretur hominis* audaciam tam putide mentientis? vers. XXII. hoc modo loquitur, *nix autem & glacies ſuſtinens ignem, non tamen liqueſcebat, ut agnoſcerent ignem ardentem in nive & in pluviis coruſcantem fructus hoſtium conſumpſiſſe*, quis non rideat tales fabellas, certe æque veras eſſe pronuntiamus, ac ridicula illa quæ de Manna narrat ibidem vers. XX. &c. *Alimento Angelorum cibaſti populum tuum, & comparatum panem ſine labore è cœlo miſiſti ipſis, qui ad omnem voluptatem & omnem convenientem guſtum poterat temperari. Subſtantia enim tua patefaciebat tuam erga liberos ſuavitatem, quum occurrentis cujusque ſubſerviens deſiderio temperabatur ſecundum illud quod volebat quiſque.* Hæc certe magis redolent ſpiritum Rabbinorum, quam Divinitus inſpirati ſcriptoris. Non vacat nunc plura ex hoc libro excerpere, forte alias plura ſumus dicturi. Tranſeamus nunc ad librum cui nomen eſt vel titulus Eccleſiaſticus ſive Sapientia Jeſu filii Sirach. Notandum primo hunc librum non reperiri in Bibliis Hebraicis neque Hebraice fuiſſe conſcriptum, ideoque male ſuſtineri à Craſſeto Eccleſiam univerſalem, libros illos quos vocamus Apocryphos, pro Canonicis habuiſſe: patet ſaltem eccleſiam Judaicam hunc librum non reputaſſe pro Canonico, quoniam in bibliis Hebraicis, quibus Judæorum fidei canon olim (uti & nunc) continebatur, non invenitur. Auctor hujus libri Salomon eſſe nequit, etiamſi hoc nonnulli exiſtiment: quandoquidem ſcriptor ille, quisquis fuerit, mentionem facit regni Roboami & Jeroboami, ut & Prophetarum Eliæ,

Eliæ, Elyſæi, Jeremiæ, Ezechielis aliorumque multorum qui poſt Salomonis obitum vixerunt : videantur Cap. XLVII. & XLVIII. adeo ut vel hinc conſtet, Salomonem hujus libri non fuiſſe ſcriptorem : imo hic Sirach qui ſe illum, librum tranſtuliſſe fatetur, dicit in prologo, ſe vixiſſe tempore Regis Euergetæ, atque ſe anno trigeſimo octavo ejus regni veniſſe in Ægyptum, quod falſiſſimum eſſe patet vel hinc, ſi quidem nullus unquam extitit Euergetes qui tot annis regnarit : & quod probe notandum, ut conſtet Salomonem hujus libri non fuiſſe ſcriptorem, Rex Euergetes mortuus eſt plusquam ſeptingentis annis poſt Salomonem : ſaltem non eſſe ſcriptum Theopneuſtum conſtat, quandoquidem *veniam petit, ſi facultate vocum quarundam deſtituti videbimur quibusdam in locis, in quibus interpretandis ſtudioſe laboravimus.* Hoc modo nec loquuntur nec ſcribunt viri Divinitus inſpirati, numquam etiam ſe facultate vocum fuiſſe deſtitutos fatentur. Purum putum Arrianiſmum etiam profitetur, quando ſcribit Cap. I. vers. IV. *Prior omnibus creata eſt ſapientia* : & Cap. XXIV. vers. X. *Ante ſeculum à principio creavit me.* Arrius olim docuit Jeſum Chriſtum eſſe Deum creatum ante omnes creaturas, quod plane repugnat doctrinæ Salomonis Proverb. Cap. VIII. vers. XXII. &c. ubi dilucide æternitatem filii Dei aſſerit. Stolida eſt illorum opinio, qui locum hunc hoc modo excuſare annituntur, Chriſtum nempe fuiſſe creatum ſecundum naturam humanam, quis enim cui mens ſana eſt in corpore ſano, docere audebit Chriſtum ſecundum naturam humanam eſſe Sapientiam Patris ? Notandum etiam, quod Servator noſter illo tempore quo hæc ſcriberet Jeſus Sirachi filius, nondum aſſumſerat naturam humanam, adeo ut non poſſit dici, illum fuiſſe creatum ante omnes creaturas. Quid porro tibi videtur, Craſſete Pater, de hiſce propoſitionibus ? quæ leguntur Cap. III. vers. IV. *qui honorat patrem, expiatur à peccato.* Item Cap. XXIX. vers. XV. *Concludito miſericordem beneficentiam in penuariis tuis, eaque te ex omni afflictione eximet.* Forte tibi illæ arridebunt utpote qui credis opera fidelium eſſe meritoria, non ſolum ex congruo, verum etiam ex condigno : at vero talis ſententia plane adverſatur canonicis ſcripturis, in Epiſtola ad Eph. Cap. II. vers. VIII. & IX. *Gratia enim eſtis ſervati per fidem : (& hoc non eſt ex vobis : ſed Dei eſt donum) non ex operibus, ut nequis glorietur.* Et

Euang. Lucæ Cap. XVII. vers. X. *Ita & vos quum feceritis omnia quæ edicta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus: nam quod debuimus facere fecimus.* Et Epiſt. Sancti Pauli ad Romanos cap. VIII. vers. XVIII. *Reor enim minime pares eſſe præſentis temporis perpeſſiones, gloriæ in nobis revelatæ.* Hæc etiam Eccleſiaſtici doctrina, quæ reperitur Cap. XV. vers XIV. &c. plane eſt ἀνλίχεφα. Putat enim homines, ſi modo voluerint, poſſe obſervare omnia Dei mandata, hoc directe repugnat I Regum Cap. VIII. vers XLVI. *Nemo eſt qui non peccat*, inquit Salomon. Pſalmo XIX. vers XIII. *Errores quis intelligat? ab occultis me abſolve.* Proverb. Cap. XX. vers IX. *Quis dicere poſſit purificavi animum meum, mundus ſum à peccato meo?* Videantur etiam loca Jeremiæ Cap. XIII. vers XXIII. & Jacobi Epiſt. Cap. III. vers II. Conſilium quod maritis dat cap. XXV. vers XXXI. & XXXII. *Si non ambulat ad manum tuam, à carne tua reſera illam, da libellum & dimitte illam*, contrarium docet Servator noſter Matth. Cap. V. vers XXXI. & XXXII. *Dictum eſt autem, quisquis dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellum abſceſſionis: ego vero dico vobis, quiſquis dimiſerit uxorem ſuam, extra rationem ſcortationis, facit ut ea mœchetur: & quiſquis dimiſſam duxerit, mœchatur.* Et Matth. Cap. XIX. vers VII. VIII. & IX. *Dicunt ei, cur ergo Moſis mandavit dare libellum diſceſſionis, etiam dimittere dicit eis, Moſes pro duritia cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, cæterum à principio non fuit ita. Dico autem vobis, quicumque dimiſerit uxorem ſuam niſi ob ſcortationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Quis non execretur improbam ſententiam hujus ſcriptoris, quæ legitur Cap. XLII. vers XV. *Melior eſt improbitas viri, quam mulier benefica, mulier pudore afficiens ad probrum.* Tales canones ſibi proponat Craſſetus, ſed nos hominibus indignos eſſe judicamus, abſit ut tales propoſitiones à Divino ſpiritu profectas eſſe credamus. Ejuſdem pretii eſſe contendimus illa quæſcriptor hic profert cap. XLVI. vers XXIII. *Poſtquam vero obdormiviſſet, prophetavit, demonſtrans regi mortem ipſius, & extulit è terra vocem ſuam Prophetia indicans deletum iri iniquitatem populi.* Perpendat Craſſetus quam inſulſa his verbis, ſcriptor hic tueatur: primo exiſtimat Samuelem Prophetaſſe poſt mortem, ſecundo auctor hic attribuit Samueli verba quæ non ab illo, ſed à diabolo fuerunt prolata: & quod ſtolidius

dius eſt fidelium animas poteſtati diabolicæ ſubjicit, quaſi vero Pythoniſſa ad petitionem regis à Deo rejecti potuerit ex ſtatu æternæ fœlicitatis evocare animam Sancti Prophetæ ut ad nutum inimici Dei, qualis fuit non ſolum Saulus, verum & ipſa Pythoniſſa, ſe ſiſtere ſtatim teneretur: certe exiſtimamus, nos nec Deum nec ipſum beatum Samuelem voluiſſe cum Dæmone colludere, ut ad impiæ mulieris nutum beatitudinem deſeruerit pro tempore, numquid tanti fiunt ſceleſti apud Deum, ut ſancti fideles ſtatim comparere debeant ad juſſum Dei inimicorum, rotunde fatemur nos hoc non credere. Audiamus potius Gregorium Nyſſenum qui hac de re ſic olim ſcripſit: ἐπειδὴ τοίνυν μέγας ἐν ἁγίοις ὁ Σαμυὴλ, πονηρὸν δὲ κῆμα ἡ γοητεία, πείθομαι, ὅτι ἐν τοσούτῳ τῆ ἰδίας ἀναπαύσεως ὁ Σαμυὴλ καθαρσὶς, τὸ ἀδιόδευτον ἐκεῖνο χάσμα πρὸς τὰς ἀσεβοῦντας διήρχετο ἔτε ἑκὼν ἔτε ἄκων. Hoc eſt: *quoniam igitur magnus inter ſanctos erat Samuel, res autem mala incantatio, non perſuadeor Samuelem, in tantis ſuis deliciis conſtitutum, impervium illum hiatum ad impios trauſiiſſe, neque volentem neque nolentem.* Pari modo Cyrillus Alexandrinus lib. VI. de adorat. in Spir. Τὰς δὲ τῶν ἁγίων ψυχὰς σώματος ἀπηλλασμένας περιῤῥίφθαι νομίζομεν, καὶ λόγου μὲν ἀξιοῦσθαι μηδενὸς, ἥκειν δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο ταλαιπωρίας, ὡς καὶ πονηροῖς καὶ ἀκαθάρτοις ὑποκεῖσθαι πνεύμασι καὶ ἀνεθελήτως ἀκολουθεῖν πλανεπόποις ἀγέλαις. *Sanctorum vero animos corpore ſolutas adeo contemptos eſſe putabimus, atque eo miſeriæ pervenire, ut etiam malignis & impuris Spiritibus ſubjectæ, & invitæ eos circumferentes ſequantur.* Hinc itaque concludimus, non fuiſſe verum Samuelem qui cum Saulo loquutus eſt, ſed potius Dæmonem ſub Samuelis figura ſe manifeſtantem, Deus enim *Saulo non reſpondebat, nec per ſomnia, nec per Urim, nec per Prophetas*, I Sam. XXVIII. vers VI. itaque nemo niſi diabolus cum ipſo potuit eſſe locutus. Non enim eſt credibile Saulum Dei hoſtem fuiſſe receptum apud Samuelem Dei amicum dilectiſſimum. Adſtipulamur potius S. Auguſtino lib. II. quæſti. ad Simplicianum quæſt. III. *Et forte hoc quod cum illa imago Samuelis Saulum prædiceret moriturum; dixit etiam ſecum futurum, quod utique falſum eſt.* Sin autem quæratur, cur S. Scriptura imaginem illam nomine Samuelis, cum verus Samuel non fuerit deſignet, reſpondemus cum S. Auguſtino loco jam laudato, *imaginariam illuſionem diaboli machinationibus factam,*

quam propterea Scriptura nomine Samuelis appellat : quia ſolent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines ſunt. Capite XLVIII. ſcriptor hic plane favet errori Judæorum, qui olim Eliam in propria perſona in mundum venturum pronuntiarunt contra Jeſu Servatoris noſtri doctrinam, Marci Cap. IX. vers XI. qui illud quod de Elia prædixerunt Prophetæ, in Johanne Baptiſta impletum fuiſſe teſtatur. Hæc autem Judæorum opinio ſi ſit admittenda, ſequetur Meſſiam hactenus non veniſſe, prout Judæi hoc blaſpheme ſtatuunt : Elias enim à tempore elevationis ſuæ in cœlum, uſque ad adventum Servatoris & hunc noſtrum diem in ſua perſona nondum inter homines in hoc mundo converſatus eſt: certum tamen eſt, Malachiam Cap. III. vers I. adventu Meſſiæ populum Dei ſui temporis conſolari intendentem, prædixiſſe, priusquam Chriſtus veniat, futurum ut mittatur Elias Propheta, qui ſecundum interpretationem ipſius Salvatoris præparet ejus viam, convertatque cor Patrum ad filios & cor filiorum ad Patres ipſorum, ne Angelus fœderis, id eſt : Chriſtus veniens percutiat terram anathemate. Perpendas ſedulo, Craſſete Pater, num tales libri poſſint dici Divinitus inſpirati, non ſperamus adeo te perfricuiſſe frontem, ut talia dogmata, qualia jam enarravimus, tanquam à Deo fuiſſe dictata, aſſerere audeas. Adjectiones ad Heſtheræ librum quod attinet, notandum in plurimis illas eſſe contrarias authentico Eſtheræ libro, ſi cum textu Hebræo conferantur. In genuino Heſtheræ libro Cap. II. vers XVI. legitur Eſtheram adductam fuiſſe ad Aſſuerum in domum regiam menſe decimo, anno ſeptimo regni ejus : in Græco exemplari adjectionum Cap. XI. vers II. hanc hiſtoriam contigiſſe anno ſecundo regnante Artaxerxe. In textu Hebræo, libri Eſtheri Cap. III. vers V. narratur Hamanem Mardochaio ſuccenſuiſſe eo quod non flecteret aut incurvaret ſe ipſi : at in Græco ſcripto Cap. XII. vers VI. plane alia cauſa allegatur: hoc enim modo ſcripſit adjectionum harum auctor. *Haman*, inquit, *filius Hammedatæ Agagæus quum glorioſus eſſet apud regem, quærebat male facere Mardocaio, & populo ejus, propter duos illos Eunuchos regis* : qui ad ejus delationem pœnas debitas luerant, eo quod in Aſſuerum, ut refert textus Hebræus, Græcus autem Cap. XII. vers II. in Artaxerxem manus injicere attentaſſent illi Eunuchi. In Hebræo Eſtheræ libro

Cap.

Cap. V. vers II. legimus : *Fuit vero quum videret rex Eſtheram reginam conſiſtentem in atrio (obtinebat gratiam in oculis) ut extenderet rex ad Eſtheram ſceptrum aureum quod erat in manibus ejus, & accedens Eſthera tangeret ſummitatem ſceptri.* In Græco autem hoc modo legitur Cap. XV. vers VII. *Tollens enim rex vultum ſuum coruſcantem gloria, vehemente ira illam intuitus eſt quamobrem procidens regina mutavit colorem ſuum defectione & reclinavit in caput ancillæ honorariæ ſuæ quæ antegrediebatur.* In Hebræo textu Cap. VI. vers III. dicitur regem rogaſſe, *quid honoris aut magnificentiæ collatum eſſet in Mardocaium propter detectam contra regem conſpirationem, eique reſponſum fuiſſe, nil quicquam ei fuiſſe collatum.* At in Græco Cap. XII. vers V. hæc leguntur: *deinde præcepit rex Mardocaium miniſtrare in aula, eique dedit donaria hujus rei cauſa.* Quæ plane ſibi invicem ſunt contraria. In Hebræo Cap. III. vers I. dicitur *Hamanem fuiſſe Agagæum*, hoc eſt, *Amalekitam*, uti & genere talem fuiſſe teſtatur Joſephus, Antiq. lib. XI. Cap. VI. at vero in Græco Cap. XVI. vers X. narratur illum fuiſſe *Macedonium:* quod Craſſeto conciliandum damus. Uti & illud quod refertur ibidem vers XIV. illum Perſarum Dominationem transferre intendiſſe ad Macedonas: quod profecto nullam veri ſpeciem habuit, aut illo tempore habere potuit, quoniam tum temporis regnum Macedonicum nulla pollebat autoritate, ut ſubjugare poſſet Perſas: non alia quam ſi regulus aliquis ſuſcipere vellet regnum Turcicum ſibi ſubjicere. Videat nunc Craſſetus, utrum hæ ad librum Eſtheræ adjectiones pro canonicis ſint habendæ, quoniam tam lucide vere canonico libro contradicunt. Librum aut fabulam potius libri Suſannæ, non poſſe inter canonicos numerari, cuivis oculos tantum aperienti, patere exiſtimamus. Quis enim credat (certe veri ſpeciem nullam habet) exiguum Iſraëlitarum numerum in captivitatem abductum in urbe Babylone habuiſſe judices qui de rebus capitalibus tanquam ſupremi judices, & à quibus ad alios non daretur provocatio, judicarent? etiamſi autem Judæi imperio Romanorum ſubjecti tempore illorum ſubjectionis, habuerint aliquam judicandi poteſtatem, uti ex S. Scriptura conſtat, non tamen de quibusvis rebus dijudicare ipſis erat licitum, quemadmodum hoc patet ex hiſtoria Euangelica, quæ refert Judæos publice clamaſſe, ipſis illicitum fuiſſe quemquam interimere. Videatur

tur Joh. Euang. Cap. XVIII. vers XXXI. Poſt Hieroſolymæ deſtructionem multi Judæi Romam captivi fuere abducti, non tamen habuerunt judices quibus poteſtas erat conceſſa damnandi quemquam ad mortem. Quis etiam credat, Danielem illo tempore tantum adoleſcentem auſum fuiſſe ſententiam mortis pronuntiare contra Judices Babylonis? eodem plane jure quo adoleſcens aliquis peregrinus ſibi arrogaret jus judicandi ipſos judices, quod Craſſeto credendum relinquimus, nos ſaltem ne probabile quidem hoc eſſe affirmamus. Uti nec hoc quod *Daniel in urbe* Babylone Græce fuerit locutus, cum illius Civitatis linguam *fuiſſe* Chaldaicam conſtet: ideoque potius S. Hieronymo aſtipulamur *qui in procemio* ad Danielem, Suſannæ librum fabulam eſſe pronuntiavit, *& ex Origene & Doctoribus Græcis docuit, librum hunc nullam Scripturæ Sanctæ authoritatem* præbere. Ut & Papæ Gelaſio Canon: Sancta Romana diſtinct. XV. *Liber Suſannæ eſt Apocryphus.* Par de cœteris ad Danielem adjectionibus eſto judicium. Omnia enim nunc percurrere nec vacat nec nobis eſt animus. Ad Baruci librum (quoniam brevitati ſtudemus) hæc pauca tantum notabimus: in principio hujus ſcripti dicit hic author Cap. I. vers III. &c. *Hujus libri verba legit Baruc audiente Jeremia filio Jehoiakim rege Judæ, & audiente populo toto convenientibus ad lectionem libri, & audientibus potentioribus, & filiis principum & Senioribus, denique audiente toto populo æque parvo ac magno, iis omnibus qui habitabant in Babylonia ad fluvium Sudi.* Hoc falſum eſſe ex eo conſtat, quod Jeremias ſcriptor Canonicus Cap. XLIII. vers VI. narret Barucum cum ſancto illo Propheta in Ægyptum fuiſſe profectum, & Jeconiam filium Jehoiakimi in Babyloniam fuiſſe abductum, uti & hoc teſtatur idem Propheta Cap. XXIV. vers I. Quo pacto Barucus in Ægypto degens coram Jeconia legere potuiſſet, ſiquidem Jeconias in Babylonia commorabatur? eodem capite primo vers X. *Regem & populum rogaſſe Sacerdotes ut holocauſta, & oblationes pro peccatis, ac thus, &c. offerrent ad altare Domini Dei noſtri.* Vellemus nos doceri, quo pacto hoc præſtari potuiſſet, templum enim illo tempore plane erat deſtructum, nunquid Rex & populus ignorarunt Altare Domini tum fuiſſe dirutum & everſum? Plura ad alia quæ extant ſcripta Apocrypha annotare poſſemus, verum conſulto illa præterimus, ut non-

nonnulla ex Maccabæorum libris excerpamus, quibus pateat, haud immerito Proteſtantes noluiſſe ad libros canonicos hos admittere ſed pro ſcriptis hominum erroribus obnoxiorum, eſſe habendos, cenſuiſſe. Cap. I. Macab. vers VII. narrat hic ſcriptor Alexandrum in lectum quum *deſediſſet & cognoviſſet ſe moriturum, vocatis pueris ſuis nobilibus, qui cum ipſo nutriti erant à juventute ſua, diviſiſſe regnum ſuum illis, cum adhuc viveret.* Hoc falſum eſſe teſtantur Hiſtorici omni exceptione majores: quales ſunt Diodorus Siculus lib. XVII. & XVIII. Juſtinus lib. XII. Curtius lib. X. Plutarchus in vita Alexandri, Strabo, Æmilius Probus, Pauſanias aliique plures. Contradictio notabilis deprehendetur, ſi conferamus lib. I. cap. VI. cum Capite IX. lib. II. cap. VI. vers IV. & ſequentibus narrat hic ſcriptor, Antiochum quæſiviſſe occupare in Elymaïde quæ eſt in Perſide civitatem nobilem divitiis, argento & auro, ſed à civibus prælio fugatum, magna cum triſtitia moviſſe caſtra, ac lecto decumbentem in urbe Babylone mortem obiiſſe anno centeſimo quadrageſimo nono regni Seleucidarum; ſed idem ſcriptor ſui oblitus lib. II. cap. I. vers XVI. dicit, Antiochum lapidibus à Sacerdotibus templi Dianæ Nannææ obrutum, corpus ejus in membra diviſum fuiſſe projectum, & cap. IX. vers V. *Occupavit illum immedicabilis viſcerum dolor, & acerba interaneorum tormenta.* Et vers VII. illum *de curru qui agebatur impetu, decidiſſe adeo ut decidenti gravi caſu omnia corporis membra ex eo torquerentur & in montanis miſerrima morte vitam commutaſſe*, vers XXVIII. Hæc tam contradictoria ſi conciliare poſſit Craſſetus, certe magnus mihi erit Apollo; nihil enim magis diſcors quam hæc hujus hiſtoriæ narratio. Uterque hic liber ſibi invicem contradicit, unus refert Antiochum Elymaïda voluiſſe occupare, alter loquitur de Perſipoli & in illam etiam fuiſſe ingreſſum. Hic narrat illum aufugiſſe ad Babyloniam urbem, ille vult illum intraſſe Ecbatana, & qui ſcribit, prope illam urbem, in Perſia Antiochum mortem obiiſſe, ille oſtendit ſe neſciviſſe Ecbatana eſſe in Media & non in Perſia. Lib. I. refert Antiochum mœrore fuiſſe captum, eo quod Lyſiæ exercitus in fugam eſſet verſus, liber ſecundus vult cladem illam factam fuiſſe, non Lyſiæ ſed Nicanori & Timotheo, &c. Lib. I. cap. VIII. vers XVI. dicitur Romanos creaſſe quotannis hominem qui dominaretur ipſis in annum, & omnes ita

auſcultare uni ut non ſit invidia inter ipſos neque æmulatio: cum tamen certum ſi, tillos quotannis duos conſules conſtituiſſe qui rempublicam curarent. Certe nemo reperitur qui hoc ignoret. Lib. II. cap. I. vers XI. &c. *Judæi Deo agunt gratias quod in fugam verterit illos qui dimicaverant inſtructa acie contra civitatem ſanctam in Perſia.* At vero omnes civitates in Perſia erant Paganæ, & nulla unquam ibi fuit reperta quæ ſancta vocaretur: Etiamſi in plurimis Judæorum urbibus Deus puro cultu coleretur, nulla tamen civitas per totam Judæam extitit quæ *ſancta* diceretur præter ſolam Hieroſolymam. Ibidem etiam indicatur, Judæos in Perſiam captivos fuiſſe abductos, cum certum ſit Babyloniam illos fuiſſe tranſlatos. *Lib. I. cap. VIII.* vers VII. narratur, *Antiochum magnum vivum à Romanis fuiſſe captum, atque Eumeni regi fuiſſe datam regionem Iliacam, Myſiam, Lydiamque & alias ex optimis regionibus.* Omnia hæc ſunt falſiſſima, nunquam Antiochus à Romanis fuit captus, nedum vivus. Romani quidem tribus prœliis Antiochum plane attriverunt & ſuperarunt, ſed nunquam captivum habuerunt, teſtantibus hoc Hiſtoricorum optimis & maxime fide dignis: quod vero ſcriptor hic refert regiones optimas, vel ſecundum alia exemplaria Indias Eumeni regi fuiſſe datas a Romanis, hoc itidem falſum eſt, nunquam Romani Indiarum fuerunt Domini, uti hoc conſtat ex Appiano lib. de bellis Syriacis, Livio aliisque. Media non erat ſub illorum poteſtate, maximum illorum imperium non exceſſit Euphratis fluminis limites: *tempore hujus Antiochi Romanorum Imperii terminus erat Taurus*, mons Aſiæ maximus. Æque falſa ſunt illa quæ in eodem Cap. v. II. & III. referuntur, nempe *Romanos vi ſuperaſſe Galatas atque illos effeciſſe ſibi tributarios, atque bella geſſiſſe in Hiſpania ad obtinendum fodinas metallicas auri & argenti, quæ in ea ſunt.* Sed quoſnam Galatas intellexit hic nugator? an Gallos, qui a Sibylla lib. V. p. 316. vocantur Γάλλοι, Γαλλικανοὶ, eorum terra Κελτογενὴ lib. oracul. VIII. uti ſupra p. 414. obſervavimus. Si Gallos intelligit, certum eſt Judam Machabæum hoc non potuiſſe aut ſcribere aut teſtari. Romani enim Gallos ſuperarunt centum quidem annis poſt Judæ Machabæi mortem. Si Galatas Aſiæ minoris populum intelligit, multo minus talia bella in illis regionibus a Romanis fuiſſe geſta, conſcribere potuit. Judas enim Machabæus non ignorabat, Romanos arma ſua uſque

ad

ad illas regiones nunquam detuliſſe. Quod poſtea addit de fodinis auri & argenti in Hiſpania, exiſtimamus nos, eſſe putidas fabellas, quæ nullis bonæ notæ ſcriptoris teſtimoniis poſſunt probari. His de cauſis nunquam Romani in Hiſpania bella geſſerunt: poëtas olim ſcripſiſſe novimus, Tagum fluvium arenas aureas undis ſuis immixtas volvere, ſed has meras eſſe fabulas hodierna experientia edocti, reſcivimus. Lib. 1. Maccab. cap. XII. vers. XXI. narratur putidum mendacium, nempe *Spartiatas & Judæos eſſe fratres & eſſe ex genere Abrahami.* Tempore etiam Oniæ Sacerdotis nullus extitit rex Arius apud Spartiatas, Arius autem de quo Plutarchus & Pauſanias meminerunt octuaginta annis poſt in vivis fuit. Notet etiam Craſſetus, num velit huic ſcriptori ſubſcribere, *Romanorum neminem induiſſe purpuram ut magnificè ſe gereret:* quod falſum eſſe teſtantur & poëtæ & hiſtorici. Ovidius Faſtor: lib. IV.

Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos.

Videatur Suetonius in de vitis Imperatorum, paſſim exempla reperientur, Senatores apud Romanos olim, armictos fuiſſe tunica quæ purpuratos flores intertextos haberet quæ & latus clavus & tunica lati clavi dicta eſt. Certum eſt & paſſim apud Hiſtoricos legitur, Equites etiam Romanos geſtaſſe tunicam quæ purpureos flores ſed minores aliis, intertextos haberet, atque illinc dictos eſſe anguſtos clavos. Trabea itidem utebantur Romani quæ etiam fuit purpurea, teſtibus paſſim melioris notæ ſcriptoribus, Suetonio &c. Tria trabearum genera recenſentur, unum e ſola purpura Diis dicatum. Alterum e purpura non ſine albo immixto, quo reges utebantur. Tertium, Augurale è purpura & coccô. Quidquid ſit, purpureas veſtes apud Romanos in uſu fuiſſe teſtantur omnes fide digni ſcriptores etiam antiquiſſimi, quamvis hic Maccabæorum ſcriptor contrarium aſſerat. Minucius Felix: *Sacerdotum honores & purpuras deſpiciunt.* Et inferius: *Nec de ultima ſtatim plebe conſiſtimus, ſi honores veſtros & purpuras recuſamus.* Lactantius lib. IV. de vera Sapientia cap. VII. *Romanis indumentum purpuræ, inſigne eſt regiæ dignitatis aſſumptæ.* Ex his ſatis dilucide patere exiſtimamus, erraſſe ſcriptorem Maccabæorum librorum. Lib. I. Cap. IX. verſ. III. & XVIII. dicit hic ſcriptor Judam Maccabæum *in prælio cecidiſſe, menſe primo*

anni centeſimi quinquageſimi ſecundi. At lib. II. cap. I. verſ. I. & X. *Illum dediſſe litteras ad Judæos in Ægypto habitantes, anno centeſimo octogeſimo octavo.* Scilicet Judas ſcripſit, triginta annos poſtquam mortem obiit! Credat hoc qui velit, nos certe nunquam talia poſſe conſcribi ab homine Divinitus inſpirato fidem dabimus. Nunquid illa quæ recitantur lib. II. cap. I. vers XIX. &c. fidem merentur? *Quum in Perſidem agerentur Majoresnoſtri, Sacerdotes pii, qui tunc erant, accipientes de igne altaris clam, abſconderunt, in cavo putei fundum habentis, aridum, in quo collocaverunt eum tuto, adeo ut omnibus ignotus eſſet locus, prætergreſſis autem annis multis, quando viſum eſt Deo, miſſus Nechemia a rege Perſidis, ad poſteros Sacerdotum qui abſconderant, miſit ad ignem illum, quumque expoſuiſſent nobis, ſe non inveniſſe ignem, ſed aquam denſam, juſſit eos haurientes inde afferre, & ubi oblata ſunt quæ ad ſacrificia pertinebant, juſſit Sacerdotes Nechemia, inſpergere aquam & ligna ipſa, & quæ incumbebant illis: quod poſtquam factum eſt & tempus advenit quo Sol reſplenduit, qui prius erat nubilus, accenſa eſt pira magna, adeo ut admirarentur omnes.* Quis hæc non reiiciat tanquam mera figmenta? Teſtantur Rabbini in ſecundo templo non exſtitiſſe ignem illum qui ſacrificia accendebat. Habemus ipſius Nechemiæ librum, in quo exacte narrat quæcumque pro populi Judaici commodo Hieroſolymæ geſſit, verum de igne illo aut aqua denſa quæ ligna & holocauſta accendit, nihil plane ab illo memoratur, quod profecto non reticuiſſet, vera ſi hæc fuiſſet hiſtoria. Notandum etiam antequam Nechemias ab Artaxerxe *mitteretur, ſacrificia in urbe Hieroſolyma* fûiſſe oblata atque altare erectum, uti conſtat ex Hezræ lib. cap. III. vers. II. atque *unoquoque mane & veſpere fuiſſe oblata holocauſta.* Ad quid aqua illa denſa profuiſſet? certe non ad accendenda holocauſta, quoniam ignis tum ſatis ardebat, offerebant enim illa quotidie, teſte ipſo Hezra, neque etiam miſſus erat Nechemias ut holocauſta reſtitueret, verum Hieroſolymam, ejusque muros reædificaret. Ejuſdem pretii ſunt illa quæ leguntur lib. II. cap. II. verſ. IV. & V. &c. *Erat quoque in eadem ſcriptura, ut tabernaculum & arcam juſſerit idem propheta* (Jeremias) *Divino reſponſo facto una ſecum iter facere: quumque proceſſiſſet ad montem, quem Moſche conſcendens ſpectaverat hæreditatem Dei, venientem Jeremiam inveniſſe domicilium in ſpelunca factum, & tentorium & arcam, atque altare ſuffitus intuliſſe illuc*

luc; & januam obſtruxiſſe. Advenientes autem eorum qui una comitabantur, ut annotarent viam, non potuiſſe invenire eam: quod ubi cognovit Hirmeia, increpans eos, dixit incognitum fore locum illum, donec congreget Deus venturam congregationem populi, facta miſericordia. Tunc autem Dominum demonſtraturum illa, & apparituram gloriam Domini, ac nubem, quemadmodum etiam tempore Moſchis manifeſta fuerat, & Schelomone poſtulante ut locus ſanctificaretur, magnifice fuerat patefacta. Hæc omnia quam maxime ſunt abſurda, quo pacto Jeremias jubere potuiſſet ut tabernaculum & arca ſecum iter facerent, quoniam illo tempore non amplius exſtabant, & cui hoc mandaſſet? Judæis a Chaldæis occiſis? at hoc abſurdum, vel an potius Judæis poſt internecionem ſuperſtitibus? at illi captivi abducebantur. Quando autem Hieroſolyma ab inimicis occupabatur & deſtruebatur, templum cum Sanctis vaſis igne conſumebatur, & per conſequens etiam ipſa arca, quis credat Jeremiam, qui illo tempore captivus & catenis vinctus abducebatur, auſum fuiſſe, aut potuiſſe jubere ut arca ſecum iter faceret? Scimus omnes qua polleant autoritate captivi. Audiamus potius quid Divinus propheta in canonico ſuo ſcripto narret Cap. XXXVIII. verſ. VI. & XXVIII. *Accipientes itaque Jeremiam qui erat in atrio cuſtodiæ, conjecerunt eum in eam foveam quæ erat Malcyæ filii regis, in fovea autem illa non erat aqua, ſed lutum, adeo ut immergeretur Jeremia luto. Manſitque Jeremia in atrio cuſtodiæ uſque in diem quo capta ſunt Jeruſchalaima, ubi erat quum caperentur Jeruſchalaima.* Verum quidem eſt Jeremiam a Chaldæorum rege ex carcere fuiſſe liberatum, verum vers. I. cap. XL. teſtatur illum manſiſſe vinctum catenis in me multitudinis, tali in ſtatu, nempe vinctus miſſus fuit Rama, &c. to illo tempore quo degit in carcere ac captivus inter inimicos vixit, quando aut cui mandare potuit ut arcam aſportarent? ubinam latitavit cum civitas capiebatur ac cum templo igne tota quanta comburebatur? aut quomodo ab incendio arcam liberavit, aut ex Chaldæorum manibus illam eripuit, ut alibi in domo ſubterranea eam abſconderet, in domo inquam, quinquaginta leucis ab Hieroſolyma diſſita? Credat hoc Craſſetus ſi velit. Nunquid pontifex ac Judæi quibus Jeremias valde erat exoſus, illi conceſſiſſent poteſtatem alio, ad locum incognitum transferendi arcam? nunquid Sacerdotes contra quos prophetaverat, illi crimen illud non exprobraſſent? Proculdubio, quoniam falſo illum proditionis accuſare

ſare auſi fuerunt. Novimus etiam affirmari poſt liberationem a captivitate Babylonica, repertam fuiſſe arcam, ac in templo per Zerobabelem inſtaurato fuiſſe collocatam, ſed ſecundi hujus Maccabæorum libri ſcriptor nihil meminit per quem aut quo tempore fuerit reperta & ad templum Hieroſolymitanum translata, nihilque alibi apud hiſtoricos illa de re refertur. Quando etiam impleta fuit illa promiſſio quæ ſpem dedit, Deum oſtenſurum gloriam ſuam, ac nubem quemadmodum tempore Moſis. Hoc certe referre, Flavius Joſephus ſedulus hiſtoricus oblitus non fuiſſet, ſi res adeo miranda unquam contigiſſet. Imo Rabbini nonnulli teſtantur, arcam in templo ſecundo Hieroſolymitano non fuiſſe, & ſi tabernaculum, arca & altare ſuffitus in illo templo exſtitiſſent, qua fronte ſcribere auſus fuiſſet Cornelius Tacitus hiſtor. lib. V. p. m. 624. Pompejum jure victoriæ templum fuiſſe ingreſſum, *intus reperiſſe vacuam ſedem & inania arcana*, ſi enim erectum fuiſſet *ibi* tabernaculum, altare ſuffitus, & ibidem conſpecta fuiſſet arca cherubinis tecta cur illarum rerum non meminiſſet ſcriptor, ſedulus? ſi ornamenta illa quibus olim repletum fuit templum Hieroſolymitanum tempore Salomonis extitiſſent in ſecundo, non dubitamus quin Titus Veſpaſianus illa Romam aſportari curaſſet: tanquam putidas fabulas itaque ad lubitum confictas, explodimus hæc hujus ſcriptoris figmenta. Si Craſſetus utrumque Maccabæorum librum pro canonico habere velit, gaudeat ſuo judicio, attamen hoc ei perpendendum damus, nempe ſcriptorem ipſum ſe non venditare pro homine Divinitus inſpirato, & per conſequens ſcriptum illius non eſſe canonicum. Audiamus illum *lib. II. cap. ultimo* vers. XXXIX. *Ac ſiquidem bene & pro ut compoſitionem perſtringi convenit præſtitero, hoc etiam ipſe volui, ſin autem exiliter atque tenuiter, hoc tamen eſt quod potui aſſequi.* Hæc non poſſe proficiſci ab homine Divinitus inſpirato luce meridiana clarius eſt. Spiritus Dei non dubitat utrum bene ſit locutus, non excuſat ſtyli inelegantiam, nunquamque impotentiam ſuam allegavit. Nunquid Deus petet veniam ab hominibus? Certe nos non credimus, ſed illa Deo plane eſſe indigna pronuntiamus. Dei Spiritus non affectat ſtyli ornatum, ſatis novit quis ſtylus ſit conveniens, non intendit hominum aures verborum lenociniis, aut floſculis demulcere, ſed hominum conſcientias commovere & docere, quæ potius gravitate & ſimplicitate, qualis eſt verbi Divini ſtylus, per-

perficiuntur, quam exquisitis vocabulorum elegantiis. Quis etiam his quæ libro II. cap. VIII. vers. XX. narrantur, fidem commodet? Sic scribit, *& prælium in Babylonia adversus Galatas commissum, quemadmodum ipsi universe ad operam præstandam venissent octies mille, cum quatuor millibus Macedonum, & Macedonibus hæsitantibus, ipsi octies mille numero, centum viginti millia perdidissent propter auxilium ipsis a cœlo collatum, & utilitatem magnam accepissent.* Etiamsi de Dei omnipotentia non dubitemus, illum ita potuisse Judæis esse auxilio, ut octies mille milites potuerint trucidare centum & viginti millia adversariorum, nos tamen valde de hujus historiæ veritate dubitamus, quis enim credat, Galatas exiguam terræ regionem incolentes, potuisse suppeditare & subministrare tantam militum copiam? an unquam Galatæ Babyloniam occuparunt, ibique regnarunt? Si enim tantus exercitus Galatarum in illa civitate degit, quis dubitet quin rerum fuerint Domini? at hoc ita factum fuisse, nullus bonæ fidei sciptor reperitur qui hoc testetur: risum teneatis amici, centum & triginta hominum millia in urbe prælium inierunt, an in una civitate tantum datur spatium ubi tam vastus militum numerus possit consistere, nedum confligere? Oportet certe illum qui talia credit, plane ignorare, & quid sit urbs & quo pacto prælia ineantur. Quando quæso tantus Galatarum exercitus Babyloniam ab ipsorum regione plus quam quingentis milliaribus dissitam, pervenit? Si res ita se haberet, non dubitamus quin Flavius Josephus ipse etiam Judæus, gentis suæ gloriam abunde promulgasset, vel saltem ab alio quopiam scriptore fuisset memorata & conscripta. Quis ergo talem authorem inter scriptores canonicos admittat? Certe ne ipse quidem hujus libri consarcinator & compilator hoc voluit: fatetur enim, *se uno volumine contraxisse ea quæ a Jasone Cyrenæo declarata fuerunt libris quinque.* II. lib. cap. II. vers. XXIV. & vers. XXVII. *nobis quidem* (inquit) *qui molestiam suscepimus conficiendæ epitomes, non facile sed plenum fuit sudorum opus, ac vigiliarum.* Hic Jason nec propheta neque a Deo fuit inspiratus, neque Judæus si ad literam verbum illud Cyrenæum sumamus. Nam alias Jason hic potuisset esse Cyrenæus & tamen Judæus, qualis fuit Simon ille qui Servatoris nostri crucem attollere fuit coactus: Marc. cap. XV. vers XXI. Quis igitur pro canonico scripto recipiat librum ex quinque profanis in epitomen redactum? Nunquid epitome ex libris profanis excerpta, red-

datur

datur liber Canonicus & Divinus? quis hoc credat? Nemo profecto: Si Livius aut Ovidii metamorphoſis in epitomen redigantur, non tamen inde conficientur libri Sancti, Canonici & a Deo inſpirati. Epitome non ſuperat dignitatem ſui Originalis. Notandum etiam contineri hoc ſecundo Maccabæorum libro dogmata libris canoninis repugnantia, αὐτοχειρία laudatur. Videſis lib.II.cap XIV. vers. XLI.&c. quæ Dei lege vetatur, ſexto præcepto. Dicimus igitur cum S. Auguſtino lib. I. de civit. Dei cap. XVII. *Si non licet privata poteſtate hominem occidere, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit: profecto etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt. Judas cum ſe laqueo ſuſpendit, ſceleratæ illius traditionis auxit potius, quam expiavit commiſſum, etſi cum ſe occidit, ſceleratum hominem occidit.* De hoc Reſaiæ exemplo Auguſtinum diſſerentem audiamus, Epiſt, LXI. ad Dulcitium p. m. CCCX. *Si autem illic ſunt plurima eorum quoque hominum, qui literarum illarum veritate laudati ſunt, vel huic jam tempori non convenientia, vel etiam illo tempore non recte facta, tale etiam hoc eſt quod in ſeipſum Razius iſte commiſit: qui quum eſſet & apud ſuos nobilis, & multum in Judaiſmo profeciſſet, quæ ſibi in comparatione juſtitiæ Chriſtianæ, damna & ſtercora fuiſſe dicit Apoſtolus: & propter hoc idem Razius, Judæorum pater appellatur, quid mirum eſt, ſi tanquam homini elatio ſuperba ſubrepſit, ut mallet manu propria perimi, quam poſt illam in ſuorum adſpectibus celſitudinem ſuſtinere indignam in hoſtium manibus ſervitutem? Solent in literis Gentilium iſta laudari. In his autem Maccabæorum libris, quamvis homo ipſe fuerit laudatus, factum tamen ejus narratum eſt non laudatum, & judicandum potius quam imitandum quaſi ante oculos conſtitutum: non ſane noſtro judicio judicandum, quod nos quoque ut homines habere poſſemus, ſed judicio doctrinæ ſobriæ, quæ in ipſis quoque libris veteribus data eſt. Longe quippe fuit iſte Razius a verbis illis, ubi legitur: Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. Non ergo fuit iſte vir eligendæ mortis ſapiens, ſed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptum eſt, quod voluerit nobiliter & viriliter mori, ſed nunquid ideo ſapienter? Nobiliter ſcilicet, ne libertatem ſui generis captivus amitteret. Viriliter autem quod tantas vires animi haberet, quibus idoneus eſſet ut ſe ipſe perimeret, quod gladio cum implere non poſſet, de muro ſe præcipitem dedit, & ſic adhuc vivus abruptam cucurrit ad petram, atque ibi exſanguis inteſtina ſua*

pro-

produxit, quæ utraque manu diſſipata ſpargebat in populum, ac deinde poſtea deſertus occubuit. Magna hæc ſunt, nec tamen bona. Non enim bonum eſt omne quod magnum eſt, quoniam ſunt magna etiam mala. Deus dixit, innocentem & juſtum ne occidas. Si ergo innocens & juſtus non fuit, cur proponitur imitandus? Si autem innocens & juſtus fuit, quare interfector innocentis & juſti id eſt ipſius Razii, inſuper putatur eſſe laudandus? Ex his Auguſtini verbis clariſſime patet, non ſolum illum improbare Razii factum, contra hujus Maccabæorum libri ſecundi ſcriptorem, ejuſque opinionem, verum S. Patrem non credidiſſe, librum hunc eſſe canonicum: ſi enim illum pro canonico habuiſſet, non adeo contra illum inveheretur. Laudatur etiam lib. II. cap. XII. vers. XLIII. factum Judæ, quod argentum miſerit Jeruſchalaima, ut offerretur ſacrificium pro peccatis mortuorum, quod nullibi Judæis à Deo fuit mandatum, imo potius fuit vetitum: nam ſecundum Davidem Pſal. XLIX. vers VIII. *Fratrem nullo modo redimere poteſt quisquam, non dare Deo redemturam ejus: eſt enim cara redemtio vitæ eorum, imo ceſſit in ſeculum.* Plura ſi Craſſetus deſideret ad hunc locum, legat Blondellum de Sibyllis lib. II. cap. XXIV. Inveniet ad quæ reſpondere non valebit; perpendat nunc maledicus Loyolita, utrum cum ratione accuſet Proteſtantes, nonnullos libros, quos eccleſia pro canonicis habuit, propria autoritate ab ipſis rejectos eſſe, ſi fabulas, mendacia, & propoſitiones Canoni fidei contrarias pro regula & Canone fidei admittere velit indoctus Craſſetus, per nos licet, nos ſaltem nunquam illas recipiemus, utpote à Deo in S. Scriptura edocti, mendaciis & fabellis fidem non eſſe commodandam; proponat talem Canonem fidei mulierculis ſuis & credulis ſuis Romanenſibus, mendaciorum & fabularum Patronus & prædicator, uti in libro ſuo idololatriæ pleno, & blaſphemiis ſcatente, cui titulum dedit, *la veritable devotion envers la S. Vierge établie & defendue*, evidentiſſime demonſtrat. Forte alibi plura de iſto libro. Nunc videamus, numquid Proteſtantes meritò contra Papiſtas poſſint dictum hoc Craſſeti retorquere: Hoc certe nos credimus. Audi Craſſete, & ſcias nos habere penes nos, Biblia Belgica Antverpiæ impreſſa, anno M. D. XVIII. XXVIII. die menſis Junii, apud *Nicolaum die Grave:* ex quibus quatuor Euangelia ejecta ſunt, nullaque epiſtola S. Pauli, aut aliorum Apoſtolorum, (for-

te nimis Proteſtantibus faventium) apparet: Totius Novi Teſtamenti dantur ſolum duo hi libri, nempe Acta Apoſtolorum & Apocalypſis, & tamen Titulus hic illis Bibliis his verbis præfigitur: BIBLIA TRANSLATA ET AUCTA EX ORDINE LIBRORUM PROUT IN LATINO. O egregia Biblia cum gratia & privilegio impreſſa! Falſum eſt eſſe Biblia, præſtitiſſet dixiſſe eſſe partem Bibliorum, maxima enim pars Novi Teſtamenti eſt eraſa. Dic ſodes ſagaciſſime Craſſete, qua autoritate veſtri Pontificii maximam Novi Teſtamenti partem expunxerunt aut rejecerunt, certe nulla alia quam propria. Venditare Bibliorum partem pro integris Forte tu Craſſete pro re laudanda promulgabis? aut dices tam digna ſcripta, uti ſunt Euangelia & Epiſtolæ Apoſtolicæ, non erant Laïcorum oculis legenda, aut permittenda? Truncata tamen illa Biblia pro auctis proponuntur. Verum res hæc videbitur forte Craſſeto levis & pro pia fraude reputabitur. Sed an & hoc æquo animo ferendum eſſe judicabit Jeſuita? additiones ex hominum cerebello hauſtas, eſſe multis in locis factas & adjectas? & quidem tales quæ apud ſacros ſcriptores non extant: & tamen ipſi textui ſunt inſertæ. Capite IV. Geneſeos in principio, lepidum hoc additamentum reperies Craſſete: vertit hoc modo tranſlator: *quum Adam & ejus uxor per tantum temporis ſpatium ſimul in hoc mundo fuiſſent, cognovit Adam Evam naturaliter & carnaliter, prout* natura imperabat, & concipiebat Eva filium illumque geſtabat *per tantum tempus, prout Deus illi hoc conſtituerat, quum hora adeſſet, pariebat filium qui vocabatur Cain, Pater & Mater ejus nihil habebant quo illum tegerent, præter arbores & folia: ſed prædictus ille filius qui vocabatur* Cain, *ſtatim ac natus erat, recipiebat mammam matris, uti natura hoc illi oſtendebat, ſumebatque ſubſtantiam nutritionis, &c.* Hæc cum Hebræo textu confer Craſſete, ſi modo linguam Hebræam noſti, & videbis Biblia hæc quamvis truncata, merito vocari aucta: nullibi enim Moſes talia profert. Capite V. porro narrat, *Cainum ſemper captum fuiſſe tremore omnium membrorum corporis, ac tanquam deſperantem non auſum fuiſſe redire ad parentes ſuos propter ſua delicta.* Et Cap. VI. *Etiam tum temporis nec Adamus nec Eva ſciebant quo filii illorum iviſſent, & poſtquam diu illos exſpectaſſent, per campos, ubi illos conſpexerant ambulantes, iverunt, at quum multum itineris confeciſſent, invenerunt Abelem humi*

humi mortuum jacentem, Cainum autem non repererunt, unde ſuſpicabantur, Cainum ex malitia homicidium illud perpetraſſe. Abelem autem, prout poterant, auferebant in Tabernaculum in quo latitabant, & illum in terram deponebant ut viderent, num ad ſe rediret, aut ſurgeret. Putabant enim, illum dormire, & neſciebant, utrum eſſet mortuus nec ne: & poſtquam diu illum ibi jacentem reliquiſſent, Caro Abelis fœtere incipiebat, adeo ut Adam & Eva in illo conſiſtere non potuerint, & ſemper exſpectabant num ſurgeret. Quum autem viderent illum non ſurgere, auferebant illum propter fœtorem quem ulterius ferre non poterant. Tum aperiebant terram, prout poterant, ibique Abelem deponebant eumque rurſus tegebant, ne feræ illum lacerarent: poſtea tertio die Adamus & Eva ibant ad illum locum, ubi Abelem depoſuerant, & terram à corpore dimovebant, & poſtquam illum detexerant, corpus in magna fruſta fractum & putrefactum repererunt: tum videbant ita in terra eſſe putreſcendum, quoniam contra Dei voluntatem peccaverant. Tum vivebant centum annos in tanto luctu, ut nemo potuerit narrare. Cap. VII. de Enocho hæc refert. *Certo quodam tempore Deus illum ex hoc mundo transferebat in locum ſecretum, ubi illum relinquebat ita ut nemo de illo potuerit loqui neque ſciet loqui uſque dum Dominus noſter illum mittet cum Elia, ut concionetur in hac terra, & confortet homines ac inſtruat contra Antichriſti adventum.* Item Cap. IX. *Certo quodam die Lamechus cum illo qui illum comitabatur per ſylvam ibat, viſurus num inveniret feras quasdam quas interficeret: tum veniebant ad locum quendam ubi erat Cain ſub arbore uſque in terram foliis tectus, & ille ita tremebat ut etiam folia quæ circum illum erant tremerent: quum ille qui Lamechum comitabatur accederet ad illam arborem ſub qua Cainus cubabat, putabat fuiſſe beſtiam quoniam folia ita tremebant, dicebatque Lamecho ſe videre beſtiam, & Lamechus illi dicebat, tende arcum meum cum ſagitta directe ad beſtiam, & ille ita faciebat, Lamechus pro viribus jaculabatur illum locum verſus quo ille qui illum comitabatur arcum direxerat, & Caini collum adeo fortiter feriebat, ut illum interfecerit. Poſtquam illum occidiſſet, putabat quidem ſe interfeciſſe feram prout ſolebat, ibatque cum illo qui illum comitabatur ad locum illum verſus quem jaculatus erat. Quum ad illum veniſſent, reperiebant ſe interfeciſſe virum valde fœdæ formæ & horribilis vultus. Quum ille qui Lamechum comitabatur, videret virum illum quem occiderant, eſſe adeo deformem, dicebat Lamecho, Do-*

mine, occidiſti virum fœdiſſimæ formæ quæ inveniri poſſit. Hoc cum audiret Lamechus, novit illum virum eſſe Caïnum quem interfecerat. Adeo iratus erat ut optaret ſe eſſe mortuum. Probe enim ſciebat Deum dixiſſe, quod ille qui Caïnum occideret, duplo magis quam ipſe Caïnus cruciaretur: tum arcum cum ſagittis ſuis projiciebat in terram dicebatque ſe nunquam geſtaturum arcum, & adduci ſe curabat apud illum qui ipſum aſſervaret in diverſorio ſuo, & breviſſimo tempore poſtquam occidiſſet Caïnum, moriebatur. Quis absque indignatione tam futiles additiones legat, unde illas haurire potuerit hic tranſlator, hariolari non poſſumus. Perpende etiam hanc narrationem quam legere potes Craſſete, cap. X. *Quum duo illi fratres* (de Tubale & Jubale loquitur) *diu cogitaſſent, quo modo ſalvare poſſent ſuas artes & ſcientias, ut poſteri illorum illas noſſe poſſent, duas ingentes columnas faciebant magnarum turrium inſtar, unam ex lapidibus, alteram ex terra. In unaquaque harum turrium reponebant omnis generis inſtrumenta: illorumque intentio hæc erat, ſi forte mundus aqua deſtrueretur, tum periret illa quæ ex terra erat facta: & conſervaretur illa quæ ex lapidibus conſtabat, incolumis: & ſi deſtructio illa igne adveniret, tum columna ex terra facta ſalva maneret & durior fieret quam fuerat ante. Sed lapidea columna, calore ignis creparet & rumperetur, atque hoc modo conſervarentur illorum artes & ſcientiæ, &c.* Cap. XIV. De Noacho nudo humi in tabernaculo decumbente, hanc rationem ejus rei dat, *illo enim*, inquit, *tempore non erat moris geſtare caligas ligulis adſtrictas.* Rurſus lepide interpolavit hiſtoriam de Aſino Balaami, narratque *Balaamum adeo fortiter verberaſſe aſinum ita ut undequaque illum læderet: attamen ulterius progredi non audebat aſinus, Angelus enim illi tranſitum permittere nolebat. Et in illa oppreſſione per Dei voluntatem aſinus incipiebat loqui, dicens, cur me tam fortiter verberas, absque ulla commiſeratione erga me: ad quæ verba reſpondit Balaamus dicens, quia me hic detines & non vis progredi, nunquam enim ullo die tale quid mihi feciſti: tum aſinus rurſus illi reſpondit, non poſſum ad te appropinquare, aut per me emendare, ante me enim video Angelum, nudum enſem in manu tenentem, & ille me vult occidere, uti hoc mihi videtur.* Notandum etiam hic duos poſtremos Moſis libros Levit. & Deuteron. deficere, & tamen vocantur hæc Biblia aucta, egregie certe! Daniel. lib. cap. IV. *hæc leguntur: tres illi pueri incipiebant Deum laudare, illique agere gratias devotiſſime bene-*

benedicentes, & componebant duos hymnos elegantes, quorum unus incipit hoc modo: Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula, *atque hymnus hic in eccleſia cantatur die Saturni diebus quatuor temporum, in adventu, & quadrageſima, menſe Septembri, quando celebratur miſſa illius temporis. Alter eſt,* Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. *atque in hoc hymno hortantur omnes creaturas cœli, terræ & maris ut Deum laudent illique benedicant.* Quis certe non indignetur, tam futilia in textum admiſſa & pro canonicis habita, cum etiam à multis pontificiis Canticum hoc trium puerorum in fornace, pro Apocrypho cenſeatur. Scilicet tres illi pueri hymnum ſacrificio Miſſæ adaptatum, compoſuerunt! an non Horrendum eſt, nugas Papiſticas miſceri verbo Dei & pro Dei Oraculis venditari? etiam in libro Actorum Apoſtolicorum cap. XI. hæc leguntur, poſtquam mentio facta fuit famis quæ Judæam premebat, *tum erat quædam regina quæ Helena vocabatur, hæc frumentum in Ægypto coëmi curabat, atque illo ad talia opera invitabat alios.* Etiam in Apocalypſeos cap. XXI. in principio, hoc modo legitur, *Die encœniorum ego Johannes, &c.* riſum teneatis amici, ſcilicet tempore Johannis erant encœmia, ac templa dedicabantur. Plura ejusdem farinæ aut potius furfuris producere poſſemus, ſed putamus hoc ſufficere, ut Craſſetus clare convincatur Papiſtarum hoc crimen eſſe pro libitu & propria autoritate agere cum Dei verbo. Satis ſuperque novit Craſſetus, Bonaventuram compoſuiſſe Pſalterium Mariæ, qui ſunt Pſalmi Davidis interpolati, ac Virgini Mariæ applicati, ubique ubi Dei nomen deprehenditur, Mariæ ſubſtituitur, adeo ut B. Virgo plane in Deam convertatur, ac quemadmodum olim pagani de fortuna cecinerunt:

Te facimus Fortuna Deam, cœloque locamus;

Eodem modo Papiſtæ poſſint dicere:

Te facimus Maria Deam, cœloque locamus.

Dilucide illud probatum videbit, qui leget dictum Bonaventuræ Pſalterium, quod typis excudi curavit D. Martinus Chemnitius, ac invenitur in tertia ejus parte examinis decretorum concilii Tridentini, p. m. 263. Specimen unum aut alterum ex illo heic deſcribere

bere placuit, ut cuique pateat quam horrenda in ecclaſia Romana graſſetur idolomania. Hoc modo legitur Pſalmus primus: *Beatus vir, qui diligit nomen tuum, Virgo Maria, gratia tua animam illius confortabit. Tanquam lignum, aquarum fontibus irrigatum, uberrimos juſtitiæ fructus propagabit. Benedicta tu inter mulieres, propter humilitatem & credulitatem cordis tui. Univerſas enim fœminas vincis pulcritudine carnis: ſuperas Angelos & Archangelos excellentia ſanctitatis. Miſericordia tua & gratia tua ubique prædicatur, Deus operibus manuum tuarum benedicit: Ave Maria, &c.* Pſ. XXX. ſecundum Papiſtas, aſt ſecundum Hebraïcum exemplar XXXI. *Tu es fortitudo mea & refugium meum, conſolatio mea, & protectio mea, ad te clamavi, cum tribularetur cor meum, & exaudiſti me de vertice collium æternorum. In manus tuas Domina, commendo ſpiritum meum, totam vitam meam, & diem ultimum meum.* & Pſ. XCIV. *Venite, adoremus & procidamus ante eam, confiteamur illi cum fletibus peccata noſtra. Impetra nobis Domina, indulgentiam plenam. Aſſiſte pro nobis ante tribunal Dei, ſuſcipe in fine noſtro animas noſtras, & introduc nos in requiem tuam æternam.* Hoc modo etiam pervertitur primus verſiculus Pſ. CX. ſecundum Hebræos. *Dixit Dominus Dominæ meæ, ſede mater mea à dextris meis.* Sexcenta talia ex hoc blaſphemo Pſalterio proferri poſſent ſi hoc nunc eſſet inſtituti noſtri: Non eſt neceſſum ut Craſſetum rogemus, utrum tales propoſitiones admittat, ipſe enim librum compoſuit quo oſtendit ſe Bonaventuræ Idololatriam voluiſſe ſuperare, & quod noluerit cæteris minor eſſe *idololatra: plane Divinos honores* B. Virgini defert: adeo ut pro creatura nobis ſubſtituerit Deam, etiamſi B. Maria gloria cœleſti nunc fruatur, non tamen ex creatura Dea fuit facta, ut Divinos illi honores debeamus, uti vult Craſſetus, illi eſſe erigenda templa & altaria & imagines, illam eſſe invocandam, pro mediatrice & advocata eſſe agnoſcendam apud Deum, adoratione hyperdouliæ eſſe adorandam, feſta illi eſſe conſecranda, atque in ejus honorem peregrinationes eſſe ſuſcipiendas, aliaque multa illi eſſe deferenda, quæ tamen ſoli Deo debentur. Hymnos etiam in ejus honorem eſſe canendos contendit Craſſetus, inter quamplurimos habet & hunc in libro ſuo idololatriæ pleniſſimo cui titulum dedit, *la veritable Devotion envers la S. Vierge:* unde & apud ſuos Papiſtas idololatra audit Craſſetus: & quod probe notan-

notandum, ſcatet ille liber tam putidis & ridiculis fabellis, ut merito judicare poſſimus, Craſſetum inſaniviſſe aut ſtultum fuiſſe, illis ſi fidem adhibuit, cum tales nugas conſcriberet: Hymnus autem ſic ſonat.

Maria Mater Gratiæ,
Mater Miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege
Et hora mortis ſuſcipe.

Lubet & heic adjicere Sequentiam, (ut barbare loquuntur Pontificii) cantatam in concilio Conſtantienſi in honorem Virginis Mariæ:

Veni Mater Gratiæ,
Fons miſericordiæ,
Miſeris remedium.
Veni lux Eccleſiæ,
Triſtibus lætitiæ
Nunc infunde radium.
Te reginam colimus,
Tibi laudes canimus
Ex affectu cordium.
Quæ es in anguſtiis
Et in rebus dubiis
Salus & ſolatium.
O ſtella perfulgida,
Tu dira certamina
Maris hujus reprime.
Simonis navicula
Filii tunicula
Ne ſcindantur prohibe.
Portus navigantium
Preces ſupplicantium
Filiorum ſuſcipe.
Conſolare flebiles
Juva puſillamines
Et errantes corrige.

Quæ

Quæ Deum hominibus
Et ima cœleſtibus
Jungis, ô puerpera.
Hæreſes interime
Schiſmataque reprime
Firma pacis fœdera
Amen.

Judicet nunc Craſſetus, utrum recte Proteſtantes accuſentur ſua propria autoritate expunxiſſe ex Canone fidei nonnullos libros quos eccleſia omni ævo pro canonicis habuit: an Pontificii idem crimen non commiſerunt quod Proteſtantibus impingit Craſſetus, cum, uti in Bibliis Antverpianis ſupra fuit oſtenſum, totius Novi Teſtamenti nihil aliud quam acta Apoſtolorum & Apocalypſin refert, cæteris eraſis & expunctis? an non Divinam maledictionem ſibi acquirit qui tam ſacrilegas verbo Dei injicit manus? Legat Craſſetus quænam ſit illorum futura conditio qui addunt ad verbum Divinum, & qui auferunt ab illo, Apocalypſeos capite ultimo verſ. XVIII. & XIX. *Si quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas ſcriptas in libro iſto: & ſi quis abſtulerit aliquid ex verbis libri Prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus è libro vitæ, & ex urbe illa ſancta, & ex iis quæ ſcripta ſunt in libro iſto.* Parem ferent pœnam illi qui tam fœde verbum Dei interpolant, & immutant, uti hoc ex ſupradictis evidentiſſime conſtat, Pontificios criminis illius eſſe reos. Et nunc etiam patebit ex iis quæ ex Xavierii Jeſuitæ Hiſtoria Chriſti & Petri excerpemus vel potius à Doctiſſimo D. Ludovico de Dieu ſunt excerpta, trademus. Pag. 14. *Patrem Virginis Mariæ* aſſerit fuiſſe *Joachimum*, *matrem Annam*. quod non tantum non eſt Euangelicum, ſed & tam dubiæ fidei, ut B. Auguſtinus lib. XXIII. contra Fauſtum cap. VIII. teſtetur, *Apocrypham eſſe Scripturam, ubi Joachim pater Mariæ legitur, cujus authoritate non detineatur.* Addo Nyſſenum, cujus in oratione de natali die Chriſti hæc ſunt verba: *Virginis pater (ut ex hiſtoria quadam incerti authoris accepi) fuit inſignis quidam civis, obſervantia legis & vitæ probitate inprimis nobilis, qui ſine filiis ad ſenectutem pervenerat quum minus idoneam ad gignendum uxorem haberet, &c.* Exiguæne audaciæ eſt, hæc tam incerta hiſtoriæ Sacræ veluti certiſſima

tiſſima agglutinare? *Illum* ait *ex Nazareth*, *hanc ex Bethlehem oriundam*. Unde verò hoc habet? Ex Breviario, credo, Romano, ubi in Sanctorum Hiſtoriis ad 26. Julii legitur, *Anna Virginis Dei genitricis mater, Gaziri filia, ex tribu Juda, in Bethlehem oppido Judææ nata, Joachimi fuit uxor, qui & ipſe ex eadem tribu Galilæus erat ex Nazareth, ambo ex ſtirpe regia, &c.* Laudat hæc Barradius. fatetur tamen diſſentire, quoad locum nativitatis, Adrichomium, qui de tribu Zabulon ſcribens, ait, Zephorum, totius Galilææ urbem maximam, natalem putari Joachimi & Annæ. Affirmat quidem & Nicephorus lib. II. cap. III. Annam fuiſſe Bethleemiticam. Sed hîc diſſentit à Breviario, quod filiam eam facit Mathanis Sacerdotis, & Mariæ conjugis ejus. atque ita ex tribu Levi fuerit, quum Breviarium eam faciat ex tribu Judæ, ex ſtirpe regia.

Audiamus porro Authorem noſtrum. *Vixerunt*, inquit, *Nazarethæ divites. Sed triſtes viginti annis ob defectum filii. quem ſi à Deo impetrarent, templo voverunt. Erat tum ſummus Pontifex Iſachar, qui feſti tempore eos ſacrificia ſua Hieroſolymis offerentes removit & ignominioſe ejecit, quod occulta quædam turpitudo orbitatis eſſet cauſa. Hinc ille ad paſtores rus concedit triſtis, hæc Hieroſolymis manet mœrens. Illum ruri Angelus ſolatur, filiam promittens Mariam, quæ ab utero ſpiritu S. plena, & ſeparatim ab hominibus in templo educanda, magna futura eſſet & celebris. Quippe quæ, ut Iſaac, Jacob, Joſeph, Simſon & Samuel, in ſenectute ipſorum naſceretur, quum ſpes prolis defeciſſet. Fidem ſigno firmat, quod ad urbem contendenti obvia fieret in porta Aurea uxor, læta ac hilaris, maritum quærens & inveſtigans. Protinus diſparens Angelus, ad Annam ejuſdem nuncii lator venit. dictiſque addidit, fore ut ex ejus filia Chriſtus naſceretur. Occurrunt ſibi in dicta porta conjuges, lætique Nazaretham revertuntur. Ibi die Jovis menſis Decembris, qui decimus ſextus erat Perſici menſis Deima, concepit Anna, & exactis novem menſibus, octavo Septembris, qui dies erat veneris, filiam peperit, Mariamque nominarunt.* Similia, benevole Lector, in dicto Breviario reperies. Petita ſunt & hæc & præcedentia ex Epiſtola de Nativitate S. Mariæ ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos, B. Hieronymo attributa, quæ in ejus extat operibus, Tomo 4. editionis Baſileenſis. Ubi recte Eraſmus lectorem monet, *nihil hic eſſe in quo bonarum horarum ullam partem collocet, nec egere D. Hieronymum hu-*

juſmodi fucis, nec dignari à tam inſulſo pingi artifice. Adde quod ipſe ille fictus Hieronymus, quum de libello quodam, qui de nativitate S. Mariæ agit, quemque ex Hebræo verbum ex verbo transferendum promittit curaturum, verba feciſſet, ſeque ejus narrationes, ut non liquido falſas affirmare, ita dubias tamen pronunciare dixiſſet, fatetur ſe iiſdem veſtigiis inſiſtentem, non alia quam quæ aut ſcripta ſunt ibi, aut conſequenter ſcribi potuerunt, hac epiſtola comprehendiſſe. Quamobrem Baronius in Apparatu, & alii hoc ſcriptum merito repudiarunt. *Judicet ergo quivis pius, an hæc mereantur, quæ tanquam Euangelica gentibus obtrudantur.* Addidit tamen noſter Author, quod Hieronymus ille *ignoravit, quo die conceperit Anna, & quo pepererit. Poſterius Breviarium quoque exprimit: prius celat. Quis ſpiritus Authori noſtro revelaverit, Deus novit.* Neque horum meminit Proto-Euangelium Jacobi. Ubi etiam Ruben vocatur ſummus ille ſacerdos, quem Breviarium & Author noſter ex præfata Epiſtola Iſſachar nuncupant. Utrumque nomen neſcit Joſephus, apud quem ab initio regni Herodis uſque ad natum Chriſtum Pontifices Hebræorum fuere, Ananeus, Ariſtobulus, Ananeus iterum, Jeſus Phabetis filius, Simon Boëthi filius, Mathias Theophili filius, Joazarus Simonis Boëthi filius, ſub quo natus Chriſtus. Quod ſi verum eſt, quod hic noſter vult, Chriſtum anno ætatis Virginis decimo quinto eſſe natum, de quo *infra, neceſſe eſt hæc de Joachimo & Anna contigiſſe 16 circiter ante* Chriſtum *natum annis, à condito mundo anno 3931, quum* 3947 naſceretur Chriſtus, quod tempus in Simonis Boëthi pontificatum incidit. Quis vates hunc alio Rubenem, tertio iterum nomine Iſſacharum dictum fuiſſe revelavit? quare Baronius illud de Iſachare apertum mendacium eſſe ait.

Intererat Regis Acabari, & omnium Indorum Perſarumque, ut quid Mariæ nomen ſibi velit, cognoſcerent. Pag. 18, *Varias*, inquit noſter, *habet ſignificationes, Alta, Maris amaritudo, magiſtra* ſeu *Domina maris.* Libet mentem Authoris explicare. מָרִים *Maria* derivari poteſt vel à מָרוֹם *altitudo:* vel à מַר־יָם *amaritudo maris.* vel à מָרֵא־יָם *dominus maris.* Quanto ſatius erat Euangeliſtarum veſtigia premere, ejuſmodique etyma non attingere, quam Gentes in ancipiti relinquere, quam harum ſignificationum eligere debeant!

præ-

præſertim quum & aliæ præter has excogitari queant. quid ni enim ſit מַרְיָם *ſtilla maris*. aut מוֹרְיָם *myrra maris*.

Quod autem ſequitur, egregie eſt Euangelicum, ſi quicquam. Pag. 18. 21. *Quo die*, inquit, *nata eſt Maria, feſtum celebrant Chriſtiani. cujus origo eſt, quod vir quidam religioſus ruri Deum colens, quotannis octavo Septembris mirandam in cælis audiret melodiam. Cauſam interroganti reſpondit Angelus, hoc die natam eſſe Mariam matrem Chriſti. Hinc Innocentius quartus Papa, anno à nativitate Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo feſtum indixit. Quum enim poſt Cæleſtini quarti Papæ mortem, ob ſuffragiorum diſcrepantiam anno integro menſibuſque octo ſedes vacaret, ſuggeſſit Cardinalium quidam, ut qui Papa eligeretur, diem nativitatis Virginis feſto honoraret. Non defuit conſilio ſucceſſus. Protinus enim vota in Innocentium quartum conſenſerunt, qui feſtum ilico ſancivit.* Siccine, profani, Chriſtianam fidem Ethnicis commendatis? quum nullus unquam Prophetarum, Euangeliſtarum aut Apoſtolorum ulli, præterquam ſoli Deo feſtum ullum deſtinatum ſcripſerint, vos Mariæ indicitis? quo authore? non Deo, ſed Innocentio quarto. Cujus ut major apud Ethnicos eſſet authoritas, ſcire ſcilicet eorum intererat, diuturnis ante ejus electionem diſſidiis ac litibus, ſummo cum fidelium dolore Eccleſiæque detrimento, dilaceratum fuiſſe Sacro-ſanctum illud Cardinalium collegium, totoque anno menſibuſque octo defuiſſe Papam, id eſt, fuiſſe Eccleſiam ſine judice, ſine capite, ſine Deo in terris. Cur autem nativitatis Mariæ dies feſto meruit decorari? quia eo quotannis die melodia Angelica reſonare aërem quidam audivit. Refert Euangeliſta Lucas, Nativitatis Chriſti ſervatoris diem cæleſtibus hymnis honoraſſe Angelos. Firma fide amplectimur id Chriſtiani omnes, & ſemel factum nobis ſufficit. unquamne autem Pontificii Servatoris gloriam ita auxerunt, ut quotannis iſto die Angelicos audiri cantus finxerint? tanto debuit major mater eſſe filio, illiuſque natæ dies charior Angelis & celebrior quam hujus. Quis autem auditæ hujus melodiæ teſtis? Eremita quidam. Cujus nominis? ὁ δεῖνα, פְּלֹנִי אַלְמֹנִי. Ubi vero audivit & quando? in deſerto, quum precaretur. regionem & annum Ethnicis ſomniare licebit. Pontificiorum enim fabulis, nullis etiam adhibitis circumſtantiis, habenda fides. Quamvis fatear, ne expreſſis quidem nomine, regione & anno dignam fide futuram

turam fuisse narrationem. quid si somniaverit id Eremita? quid si mentitus sit? quid si rem totam nimii Virginis cultores finxerint? miseros nos, si non alia esset in Euangelio ἀπόδειξις & πεῦμα & δύναμις & Θεῦ.

Sacri Euangelistæ pauciſſimis admodum de virgine Maria agunt, ut non illam sed Christum, & illam non nisi propter Christum fides quærat. Novus noster Euangelista, Mariæ ἱστορία, aliam insistit viam. Sic enim pergit. *Reversis domum parentibus, filia quamvis tenerrimæ ætatis, Dei se cultui in templo ita dicavit, ut loco patris matrisque rebus Dei habitis, supra quam ætatis modus ferret, satisfacere Deo studuerit, ardentissimisque votis salutem hominum Messiæque adventum efflagitarit. Religiosa erat, humilis, patiens, silens, non nisi postulante occasione loquens, sodalibus ministrans, præ omnibus se contemnens, virginitatis amans, in pretio apud omnes. Ea enim infans proprio motu faciebat opera, quæ si quis senex præstaret, omnes in admirationem raperet. Temporis partem unam cultui Dei, alteram officiis manualibus, veluti sarciendis ac lavandis rebus templi, ac cibo, qui ut plurimum è cælis adferebatur, capiendo: tertiam, legendis libris sacris impendit. Quum signa adventus Messiæ in mentem venirent, læta dixit, Da Deus ut mihi mulierem eam esse contingat, cujus Messias filius est futurus. Pauciſſimi erat somni, plurimam noctis partem in mysteriorum Dei meditatione lucubrans. Prima omnium perpetuam Deo virginitatem vovit. Laudes, quibus deprædicabatur, à se in Deum derivabat, hac formula, Gratia Deo. quæ & in salutando formula ejus erat.* Hæc ille, non minori fiducia, quam si θεοπνεύστως proferrentur, quæ audacium hominum mera sunt figmenta. De his Pseudo-Hieronymus illa Epistola sic fatur: *Igitur sacrificio secundum legis consuetudinem celebrato, & voto suo perfecto, Virginem intra septa templi, cum aliis virginibus ibidem educandam dimiserunt: ipsi vero domum regressi sunt. Virgo autem Domini cum ætatis processu & virtutibus proficiebat, &, juxta Psalmistam, pater & mater dereliquerant eam, Dominus autem assumpsit eam. quotidie namque ab Angelis frequentabatur. quotidie divina visione fruebatur, quæ eam à malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat.* Hinc fortasse desumpsit noster, Cibum ei ut plurimum cælitus fuisse allatum. Si enim quotidie ab Angelis frequentabatur, verisimile est ab iisdem fuisse cibatam. Aut ex Proto-Euangelico desumpsit,

cujus

cujus verba ſunt, Ἦν ἡ Μαρία ἐν τῷ ναῷ Κυρίου ὡς περιστερὰ νεμομένη, καὶ ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου: *Erat autem Maria in templo Domini columbæ inſtar educata, & accipiebat cibum è manu Angeli.* Undecunque habeat, ejuſdem fidei eſt cum Proto-Euangelio, quod nullius apud ipſos Pontificios pretii eſt.

Pergamus. Pag. 26. *Quum ad decimum uſque tertium ætatis annum in templo hæſiſſet, eamque nuptui dare cuperent, renuit, voto indicato.* Epiſtola Hieronymi dicit ad decimum quartum uſque annum. Cum quo conſentit Euodius apud Nicephorum lib. II. cap. III. Proto-Euangelium Jacobi, ad annum duodecimum. Quod ſi horum poſteriorum unus verum aſſerit, falſus fuit noſter, qui id tamen tanquam Euangelicum recenſet inter ea quæ publice in cœtu fidelium legi cupit. Verba Proto-Euangelii ſunt, Γενομένης δὲ αὐτῆς δώδεκα ἐτῶν, συμβούλιον ἐγένετο τῶν ἱερέων, λεγόντων· ἰδοὺ Μαρία γέγονε δωδεκαετής, τί ἂν ποιήσωμεν αὐτῇ; *Facta autem illa duodecim annorum, conſilium Sacerdotum factum eſt, dicentium, Ecce Maria facta eſt annorum duodecim: quid faciemus ei?* Latina verſio habet, *Ecce Maria facta eſt annorum decem in templo Domini.* quod neſcio unde ortum ſit. Græcum enim noſtrum Exemplar habet ut diximus. Apud Barradium Abulenſis veriſimilius arbitratur, fuiſſe eam annorum 16. Cardinalis Cajetanus, 24. Albertus Magnus, 25. Itaque omnia hic perquam dubia. Interim, ut cum ſuppoſititia Epiſtola Hieronymi convenit noſter, dicens, voluiſſe ſacerdotes Mariam nubere, ita repugnat Proto-Euangelium, ubi deliberant, Quid facturi ſint, μήπως μιανθῇ τὸ ἁγίασμα τοῦ Κυρίου *ne profanetur ſanctitas Domini.* ſic Nicephorus lib. II. cap. VII. *Poſtquam adolevit*, inquit, *conſilium Sacerdotes agitarunt, quid de ea ſtatuerent, ne in ſacrum ejus corpus ſtatuere quicquam viderentur. Sacrilegium namque prorſus ſe commiſſuros putabant, ſi viro eam conjungerent, atque in ſervitutem legis conjugalis redigerent, quæ ſemel Deo dicata eſſet:* Vides ut ſibi contradicant hic authores. Quod autem de voto virginitatis à Maria facto noſter narrat, ex ſuppoſititia illa Epiſtola habet. Proto-Euangelium hic prorſus filet. At audi ſucceſſum rei. *Qui tum ſummus erat Pontifex Zacharias, cæterique ſacerdotes, ad inſolitum hoc caſtitatis votum obſtupeſcentes, ac Meſſiam è Virgine naſcendum tenentes, hanc Meſſiæ matrem fore ſunt ſuſpicati. Pontifex, convocatis omnibus Doctoribus, quid agen-*

dum foret deliberavit. Quumque nihil omnino ſtatui poſſet, tota res ad Deum delata, ut ejus judicio ſtaretur. Inſpiratum uni divinitus, velle Deum, ut ſervato virginitatis voto, ſponſus ei daretur. Qui & ipſe à Deo eſt deſignatus. Juſſi enim ſunt divinitus omnes è ſtirpe Davidis, qui patresfamilias non eſſent, ut geſtatis manu baculis in templum convenirent. & cujus baculus primus efflorеſceret, is Mariæ ſponſus contingeret. Contigit is honos Joſepho, quadrageſimo ætatis ſuæ anno, qui ut nunquam ante fœminam attigerat, ita & jam ſe perpetuæ virginitatis voto Deo obſtrinxit. fraternam vitam egerunt, nulla interveniente uxoris maritique conſuetudine. Hinc, non ob grandævitatem, ſenem eum fingunt pictores, florentemque ei baculum appingunt. Hæc noſter. Ubi primum notandum, quod iſtius temporis ſummum Pontificem vocet Zachariam. Ita & Proto-Euangelium Jacobi. At Epiſtola Hieronymi tacet nomen. Joſephus nullum circa iſta tempora Pontificem facit Zachariam. Joazarus dicebatur, ſub quo deſponſata Maria & natus Chriſtus. vide & Nicephorum lib. II. cap. IV. Zachariam quum dicit noſter, Patrem Johannis Baptiſtæ intelligere, cum Proto-Euangelio Jacobi, videtur. Eum enim Veterum nonnulli ſummum dixere Pontificem. Sed quos erroris manifeſti convincit S. Scriptura. An enim de ſummo Sacerdote diceret Lucas c. XV. ἐγένετο ἱερεύς τις, *erat Sacerdos quidam?* Vulgarium Sacerdotum aliquem phraſis ea deſignat. Præſertim autem quod eodem verſu dicitur fuiſſe ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. *ex claſſe Abiæ:* & vers VIII. *Sacerdotio functus* ἐν τῇ τάξει *in ordine claſſis ſuæ:* & vers IX. *ſortitus vicem ſuffiendi*, Vulgarem Sacerdotem indicant. Summus enim Sacerdos ad Claſſes non pertinebat, neque ibi τάξιν ſuam habebat. Vide I Paralip. XXIV. ubi inter XXIV. Claſſium capita ſorte electa, Sadoc & Ahimelech ſummi Sacerdotes, quorum unus primarius, alter vicarius erat, non recenſentur. certumque eſt, octavæ Claſſis præſidem Abiam, quo refertur Zacharias, non fuiſſe ſummum Pontificem. Et quis legit unquam, ad obeunda templi munia, ſummum Pontificem ſortibus, vulgarium Sacerdotum inſtar, fuiſſe obnoxium? Quod autem iidem Veteres Zachariam in Sanctum Sanctorum ingreſſum putaverint, ut ibi ſuffitum adoleret, adeoque ſummum Pontificem eſſe oportuiſſe, à Luca cap. I. vers II. apertè convellitur. Ingreſſus tantum enim eſt ad altare ſuffitus, quod in Sancto erat extra velum, non in Sancto-

Sancto-

Sanctorum intra velum. Clara hæc ſunt. noſter tamen quidvis, etiam falſiſſima, Gentibus obtrudit.

Ullamne, obſecro, verl ſpeciem habet, ſciviſſe Sacerdotes ex Virgine naſciturum Meſſiam, atque inde eſſe ſuſpicatos, Mariam, quia virginitatem voverat, Meſſiæ fore matrem? Hactenus certè id ſtrenuè negarunt, & adhuc negant Judæi, ſuumque Meſſiam è conjugio naſciturum conſtanter credunt. Et cur ergo tam impudenter fingit infra, Simeonem juſtum, legis, ut ait, doctorem, id adeo credere non potuiſſe, ut etiam Eſaiæ locum corrumpere fuerit auſus, ne tenerentur diſcipuli ejus credere, Virginem parituram! Et ſi jam tum Mariam fore Meſſiæ matrem per ſuſpicionem crediderunt, firmiter credidiſſe neceſſe eſt, ubi illuſtre illud, quod hic narrat, ſignum acceſſit, quo divinitus & publicè Mariæ ſponſus non maritus deſignatus eſt Joſephus. Cur ergo Mariæ filium adeo ignorarunt Sacerdotes, ut non tantum pro Meſſia non habuerint, ſed & oderint & interemerint? Cur neque Simeon neque Anna Prophetis eum Meſſiam eſſe ſciviſſent, niſi peculiari oraculo & inſtinctu de eo fuiſſent edocti? Longè aliter Jeſuita Barradius, qui tom. I. lib. VI. cap. VII. *Credendum eſſe*, ait, *Virginem Joſepho traditam à Sacerdotibus, myſterium ignorantibus, tanquam conjugi ad liberos procreandos.* Conſulto ſuper Mariæ matrimonio Deo, ait noſter, uni fuiſſe inſpiratum divinitus, &c. Epiſtola Hieronymi ait, *Cunctis audientibus, de oraculo & de propiciatorii loco vocem eſſe factam.* Proto-Euangelium Jacobi, *Angelum adſtitiſſe Zachariæ in Sancto Sanctorum, eumque eſſe allocutum.* Hæccine ſatis concordant? noſter certè ad Proto-Euangelium accedit magis quam ad Hieronymum. At ſignum divinitus quale datum, quo ſponſus Mariæ deſignaretur? Epiſtola Hieronymi duplex profert. Primum, cujus virga florem germinaret. Alterum, in cujus virgæ cacumine Spiritus Domini ſpecie columbæ conſideret. Rei autem eventum addens, inepte admodum poſterius tantum recenſet. Omiſſa enim Virgæ Joſephi germinatione, ait: *Proditus eſt itaque Joſeph. Cum enim virgam ſuam attuliſſet, & in cacumine ejus columba de cœlo veniens conſediſſet, liquido omnibus patuit ei Virginem deſponſandam fore.* Elegit & poſterius tantum Proto-Euangelium, cujus verba ſunt, Τῷ ὃ ἐχάτῳ ῥάβδον ἔλαβεν Ἰωσήφ. καὶ ἰδοὺ ἀφιπτάμενον ἦλθεν ἐπὶ τὴν ῥάβδον, καὶ ἐπετάθη ἐπάνω τῆς κεφαλῆς Ἰωσήφ.

Ulti-

Ultimam autem Virgam accepit Joſeph. & ecce columba exiit è virga, & volavit in caput Joſephi. Hieronymi iſtius columba è cœlo deſcendit, & in cacumen virgæ conſedit. Jacobi hujus è virga exiit, & in caput Joſephi conſedit. Ita pulchre concordant fabulæ. Noſter ſolum primum ſignum probavit, & tacita columbæ mentione, ſolam virgæ efflorescentiam laudavit. veritus fortaſſis, quod res eſt, ne injurius in Servatorem Chriſtum foret, ſi in ullum alium Spiritum S. columbæ ſpecie deſcendiſſe dixiſſet. Utinam vero ubique ita ſaperet. Sed quomodo hæc omnia concordant cum Epiphanio in libro Ancorato, dicente, *Joſephum ſortibus miſſis in viduos & non habentes uxores, in ſingulis tribubus in Virgines in templo, accepiſſe juxta ſortem Virginem Mariam?* ſi ſortibus, ergo non iſtis ſignis ſupra allatis. Vides hic quoque omnia nutare. At qua fidei certitudine aſſerit, Joſephum nunquam mulierem attigiſſe? B. Hieronymum pro ſe habet lib. II. in Matthæum. At contra ſe Theophylactum, Euſebium, Euthymium, Oecumenium, Epiphanium, Origenem, Hilarium, Ambroſium, Thomam, Cajetanum, quorum loca profert Sixtus Senenſis in Bibl. Sanctæ lib. VI. Annotat. LXIV. qui eum ante Mariam aliam habuiſſe uxorem affirmant. vide etiam Nicephorum lib. II. cap. III. mitto Proto-Euangelium, ubi Angelus jubet Pontificem convocare πάντας τὺς χηρεύοντας ἐκ λαοῦ, *omnes viduos populi.* Viduus ergo & ipſe fuit Joſephus. Hoccine itaque eſt aut Deum aut antiquos Patres revereri? rem tam incertam, quam in verbo ſuo Deus tacet, tot autem Patres reclamant, veluti Euangelicam Gentibus credendam tradere?

Nec minoris eſt audaciæ, quod eum in virili ætate, quadragenarium ſcilicet, Mariæ deſponſatum dicit, & à pictoribus non ob grandævitatem, ſed ob perpetuam virginitatem, depingi ſenem. In Proto-Euangelio introducitur, matrimonium Mariæ detrectans, his verbis, ὑὸς ἔχω κὴ πρεσβύτης εἰμὶ, αὐτὴ δὲ νεανὶς, μήπως ἔσομαι καταγέλως τοῖς Ἰσραήλ, *filios habeo, & Senex ſum, illa autem juvencula: cavendum ne Iſraëlitis ludibrio ſim.* Quod ſi ſcriptum hoc rejicit (quod ſummo jure fieri fatemur) habeat memoratam ſæpius epiſtolam Hieronymi, dicentem, *Erat autem inter cæteros Joſeph homo de domo & familia David grandævus.* Habeat Epiphanium, qui adverſus hæreſes lib. III. hæreſi LXXVIII. Oſtenſurus Mariam Joſepho cuſto-

cuſtodiendam, non in uxorem fuiſſe traditam, hoc argumento probat, Πῶς γὰρ ἠδυνάτο ὁ τοσοῦτος γέρων παρθένον ἔχειν γυναῖκα, *quomodo enim potuiſſet tantus ſenex virginem habere uxorem?* paulo infra ait, Joſephum fuiſſe patrem Jacobi fratris Domini, eumque genuiſſe quum eſſet ἐνιαύς πε περὶ ἔτη τεσσαράκοντα πλείω ἐλάσσω *circiter quadraginta annorum plus minus.* Audi quod ſequitur: Λαμβάνει τὴν Μαρίαν χήρος, καταγων ἡλικίαν περί πε ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἢ πρόσω ἀνήρ, *Accipit Mariam viduus, ætatem agens circiter* 80. *annorum & amplius.* Noſter, quadraginta, Epiphanius octoginta & amplius. Vides audaciam hominis, qui nihil non, refragante etiam antiquitate, aſſerere audet. Nicephorus quoque ſenem eum facit. lib. II. cap. VII.

Operæ pretium intelligere eſt, cur Virgini ſponſum dari Deus voluerit. Aliquot cauſas adfert noſter, pag. 29. atque inter eas hanc, *ut arcanum Meſſiæ Diabolum lateret, cui jam ex Scripturis innotuerat, ex Virgine exſpectandum eſſe Meſſiam, propterea à tempore deſponſationis poteſtas Diabolo in domum Mariæ intrandi non fuit data.* Prima verba ex Origenis quadam homilia in Matthæum petita ſunt, quæ extat Tomo III. pag. 115. editionis Merlini. Verba ejus ſunt, *Quæ fuit neceſſitas, ut deſponſata eſſet Maria Joſeph? niſi propterea quatenus hoc Sacramentum Diabolo celaretur, & ille Malignus fraudis commenta adverſus deſponſatam Virginem nulla penitus inveniret.* In ea ſententia & alii quidam ex Patribus fuerunt. Ludicra tamen eſt, quumque eam noſter Euangelicæ hiſtoriæ inſeruit. Gentibus hanc ridendam tradidit. Didicerat ex Eſaia Diabolus, Virginem fore Meſſiæ matrem. At deſponſata Joſepho Maria, ne ſuſpicari quidem Diabolus, cum interdictus ipſi eſſet ad Mariæ ædes adventus, potuit, intactam hanc à Sponſo relinqui, atque ita latuit ipſum Meſſiæ arcanum. Riſum teneatis amici: quin recordatur noſter ſupra à ſe dictorum? Votum perpetuæ Virginitatis fecerat Maria, id Sacerdotibus non tantum innotuerat, ſed & ſuſpicionem ipſis injecerat, hanc fore matrem Chriſti. Oraculum Dei divulgatum fuerat inter Sacerdotes, dandum eſſe Mariæ ſponſum, qui virginitatem ejus tueretur, publico & miraculi pleno prodigio ad id delectus fuit Joſeph, qui & ipſe perpetuam virginitatem vovit. nihilne horum ſubolevit Diabolo? ſed & infra dicet, *Adeo fuiſſe omnibus laudatam Virginem, ut vulgatus paſſim eſſet ſermo, hanc, bonitatis & dignitatis ſuæ gratia, in matrem Meſſiæ eſſe electam.*

quod adeo palam erat, ut homines id crederent & dicerent, Diabolus ne ſubodorari quidem potuit? deſiit jam ſagax eſſe Spiritus, ignavum pecus & ſtipes factus, aut bardos ac ſtupidos credidit noſter omnes Indos Perſaſque quibus etiam inſulſiſſima quæque ſaperent.

Novum habe documentum. Pag. 61. *Joſeph*, inquit, *& Maria Bethlehem verſus iter facientes, incommoda multa à vento, pluvia, frigore, (hyems enim erat) à longitudine viæ, ab inordinatione, hominumque qui in hac cauſa ibant multitudine, in via paſſi ſunt. præſertim Maria, cui tempus pariendi iſto aut poſtero die aderat. Mulo illa vehebatur. Habebant & bovem comitem qui cum parata pecunia ſarcinas portaret, ibidemque divenditus propoſito ſatisfaceret, & impenſæ itineris ſimul obtinerentur. In urbe plus paſſi ſunt. quum enim exigua ea eſſet, hominesque tanto numero undequaque confluxiſſent, ut omnibus locus non daretur, ſummo ſtudio ac ſollicitudine extra urbem domicilium quoddam anguſtum, humile, à latere collapſum & effuſum ſibi compararunt, quadrupedum refugium adverſus ventum & pluviam. Dependebat hæc domuncula à diverſorio urbi vicino, ubi homines divertebant. quumque diverſorium hominibus eſſet refertum, coacti fuere in hoc beſtiarum domicilium deſcendere. Virgo tenuem hunc & deſertum locum intuens, gratias egit Deo, admirata ejus opera, quod iſthic loci naſciturus eſſet altiſſimi Dei filius. Verrunt, mundant, ordinant domunculam, ibique ſubſiſtere ſummo cum gaudio, & concordia ac favore Dei deliberant.* Hæccine Euangelica? aut hæc certa? Pro mulo aſina fuiſſe vectam Mariam, habet mendaciſſimum illud Jacobi Proto-Euangelium. De bove nihil. Barradius in medio relinquit, & prudentius ſane, pedibusne an jumento viam peregerit Virgo. Quia author Sermonis de Nativitate, qui Chryſoſtomo adſcribitur tom. II. Joſephum & Matrem Domini de Nazareth ſolos veniſſe aſſerit, nec habuiſſe jumentum. Idemque Barradius, quod de bove ut venderetur adducto noſter effutit, non admodum veriſimile eſſe teſtatur. Creditur autem in Eccleſia Romana ex nonnullis Patribus, quibus locum Eſa. I. III. ad Chriſtum applicare libuit, jacuiſſe Chriſtum in præſepi inter bovem & aſinum præſepi alligatos. Si quæras, unde advenerant iſta animalia? facilis jam ex Xaverii fabula eſt reſponſio, Joſephum & Virginem ea eò adduxiſſe, num aſinum dicat an mulum, qui ex aſino genus ducit, parum refert. Barradius & bovem & aſinum alienos potius fuiſſe putat.

putat. De domuncula repugnat etiam Proto-Euangelium, ait enim Mariam ingreſſam eſſe εἰς σπήλαιον *in ſpeluncam* atque ibi peperiſſe. Sic Barradius, in antro ſub rupe. Epiphanius ſimiliter adverſus hæreſes lib. I. hæreſi XX. ait, *natum eſſe in Bethlehem, circumciſum in ſpelunca*, nempe in qua fuerat natus, ſic enim tom. I. lib. II. hæreſi LI. *Magi*, inquit, *non invenerunt Mariam in ſpelunca ubi peperit.* vacillant hæc omnia, nec fidem merentur.

Pergit noſter. Pag. 70. *Iſta nativitatis nocte duo miranda contigere. Unum, quod Romæ fons olei manavit, atque in torrentem evadens ſe mari junxit, & aliquot dies perduravit.* Baronius in Appar. ad Annot. Eccleſ. tradit ex Euſebio, contigiſſe id tertio Triumviratus anno, id eſt, 37. circiter ante nat. Chriſt. annis. Ergo non ipſa nativitatis nocte. vide & Jeſuitam Barradium Concord. Euangel. l. VIII. c. XIII. *Alterum, quod fores templi Jani (quod Dominum claudendi & aperiendi negocia, præcipue belli, ſignificat) hactenus apertas, in ſignum univerſalis pacis clauſerint.* Et hoc negat Baronius ibidem, contigiſſe ipſa nativitatis Chriſti nocte. Merito ſane, nam id Ciceronis, tunc Conſulis, juſſu factum, cum devicto ab Auguſto mortuoque Antonio, deditaque à Cleopatra Ægypto, nuncium Romam eſſet delatum, quod 28. circiter ante natum Chriſtum annis accidit. Secundo clauſum eſt ab Auguſto, Junio Silano & Auguſto Coſſ. 23. circiter ante Chriſtum annis. Tertio à Senatu decretum, ut clauderetur, ſed orientibus novis bellis impeditum, Julio Antonio, & Q. Fabio Maximo Coſſ. 8. circiter ante Chriſtum annis. Poſtea demum, diu poſt Chriſtum, ſub Nerone clauſum.

Pergit noſter. *Quum autem Cæſarem Auguſtum pacis hujus & felicitatis authorem arbitrati, adorare eum cuperent, isque, quantumcunque pro ſua modeſtia renueret, cohibere populi impetum nequiret, Sibyllam accerſivit, ex qua num quis ſe in mundo eſſet major quæſivit. Illa tempus cogitandi poſtulans Deum conſuluit. Nono poſt die, coactis in Cæſaris palatium omnibus primoribus, Sibylla Cæſarem in angulum deducit, quodque ipſa videbat oſtendit, nempe, ipſo meridie circumcirca ſolem circulum aureum, in ejuſque medio Virginem incontaminatam & luce plenam, puerulum manibus ad pectus tenentem. ibi Sibylla Cæſari, Hic infans, inquit, te major eſt, ac protinus ubi convenisſent, vox cœlitus audita, Hoc eſt altare cœli.* Illud de oleo Oroſius lib. VI. hiſt. XVIII, XIX, XX.

& Paulus Diaconus prodidere. de Jani templo hiſtoriæ Romanæ tradidere : ſed hæc tum incerta , tum non neceſſaria , ad veritatem Euangelicam fulciendam adeo non faciunt, ut Spiritus S. tuto omiſerit. Illud de Auguſto Sibyllam conſulente, deque oſtenſo à Sibylla miraculo, & de altari cœli, petitum eſt, teſte Barradio, ex Anton. prima parte Hiſtoriæ, tit. IV. c. VI. §. X. Sed nec antiquitatem habet , nec ſpeciem veritatis. Baronius in Appar. ad Annal. Eccleſ. nullum his , aut ſane exiguam fidem habens , nullumque authorem citans, *Ajunt*, inquit, *Genitricem Dei Mariam, infantem in ulnis habentem, monente Sibylla, ſublimem in aëre ab eodem Auguſto illic eſſe conſpectam. Quod tamen ita velim intelligant, qui ei rei majorem fidem adhibendam putant , quam his quæ ex Græcis authoribus recenſuimus : non quod Sibylla aliqua Auguſti temporibus, quæ illum hæc docuerit, ſuperſtes fuerit: ſiquidem Cumæa, quæ noviſſima omnium fuiſſe traditur , quinquageſima* Olympiade (*auctore Solino*) *vixit , temporibuſque Tarquinii regis Romæ fuit : ſed ſic accipiendum , ut ea ipſa Auguſtus à Sibylla , hoc eſt , Sibyllinis carminibus, quæ Sibyllæ nomine citari à majoribus conſueverunt , acceperit , non à Sibylla , quaſi adhuc vivente vate, quæ diximus , ei oſtenſa fuerint.* Hactenus ille. quæ ſane cum Xaverio conciliari nequeunt , quippe qui Sibyllam ab Auguſto accerſitam , compellatam , novemque reſpondendi dies poſtulaſſe fingit. Quæ Suidas habet in voce Αὔγυς@ , multum ſunt diſſimilia. Verba ejus referre libet. Αὔγυς@ Καίσαρ θυσιάσας , ἤρετο τὴν πυθίαν , τίς μετ' αὐτὸν βασιλεύσει , ἡ εἶπε

Παῖς ἑβραῖ@ κέλευσί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν , ἠδ' αἶψα αὖθις ἰκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι σιλῶν ἐκ βωμῶν ἡμετερήων.

Καὶ ἐξελθὼν ἐκ δὲ μανδείας ὁ Αὔγυς@ , ἔσησεν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπέγραψε ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν , ὁ βωμὸς δ' τός ἐστι δὲ πρωτογόνυ θεῦ. *Auguſtus peracto ſacrificio Pythiam conſuluit, quis poſt ſe eſſet regnaturus. reſpondet , Ebræus puer , beatorum Deorum rex , juſſit me hanc ædem derelinquere , & in infernum redire. Abi itaque tacitus à noſtris aris. Egreſſus ergo è templo Oraculi Auguſtus , altare in Capitolio conſtruxit , cui verbis Latinis inſcripſit , Hoc altare eſt primogeniti Dei.* Apud Suidam conſulitur Pythia in ipſo oraculi templo, apud noſtrum Sibylla, in ædem

ædem Auguſti accerſita. Ibi quærit, quis ſibi ſit ſucceſſurus: hic, num ſe quis major. Ibi Chriſti oraculum, ejicientis Pythiam & in infernum relegantis, profertur: hic, Chriſtus infans cum matre in Sole oſtenditur. Ibi altare Primogeniti Dei ab ipſo Auguſto erigitur: hic altare cœli divino oraculo revelatur. Utrumque fabuloſum videtur. indignum certe quod Euangelicis Scriptis attexatur. At fac, contigiſſe quod noſter aſſerit, quemnam putas oraculum verbis iſtis deſignaſſe, *Hoc eſt altare cœli?* aliumne ab iſto infante, quem Sibylla Cæſare majorem dixerat? At is honos non infanti ſed matri debebatur. Itaque noſter addit, *Hic loci, ubi hæc Cæſari oſtenſa fuere, progreſſu temporis Eccleſia exſtructa fuit. & in eadem domo nunc Patres ordinis S. Franciſci habitant, illamque Eccleſiam hoc tempore vocant, Sancta Maria altare cœli. Altare vocatur, quia ſicut in altari offeruntur Deo ſacrificia, ſic per interceſſionem Mariæ cultus noſtros Deo offerimus, ut acceptiores habeat.* Attende Lector Chriſtiane. Solebas eſſe ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Sacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptas Deo per Jeſum Chriſtum*, I Petr. II. vers V. nunc dicendum, *per Sanctam Virginem Mariam.* Olim Chriſtus nobis factus fuit à Patre ἁγιασμὸς *ſanctification*, I Cor. I. vers XXX. Nunc id Mariæ debetur. ſi enim illa eſt altare noſtrum, illa eſt quæ Deo oblatos à nobis cultus ſanctificat. nam τὸ θυσιαστήριόν ἐστι τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον, *altare eſt quod ſanctificat munus*, Matth. XXIII. XIX. Nunc vides, quomodo interpretari illud debeas Apoc. VIII. III. V. *Et alius Angelus venit & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum, & dati ſunt ei ſuffitus multi, ut adderet precibus Sanctorum omnium ſuper altare aureum quod erat ante thronum. & implevit angelus thuribulum ex igne altaris.* Senſus eſt, ſecundum Xaverium, ſtetiſſe Angelum ante Mariam, & obtuliſſe preces Sanctorum ſuper auream Mariam, thuribulumque ſuum impleviſſe ex igne Mariæ. Nulla hic amplius Chriſti ratio, quippe qui officium ſuum in Matrem reſignavit. in terra etenim locum tantum habuit illud Johan. II. IV. Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι, *quid mihi tecum mulier?* in cœlis aliter ſe res habet, ubi & Porta cœli, & Regina cœli, & Altare cœli, & Mater miſericordiarum, & fons gratiæ, & omnia facta eſt Maria. ut verum eſſe deſinat quod ait Paulus Col. II. XX. ἐν αὐτῷ ἐστε πεπληρωμένοι *in ipſo eſtis*

completi. Pergite ita, ſervi Anti-Chriſti, ὁ ἀγοράσαντα ὑμᾶς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν, *Dominum qui vos mercatus eſt abnegantes, accerſentes vobis ipſis celerem interitum.*

Pag. 370. Pro, *Dic Eccleſiæ*, habet noſter, *Dic primario Eccleſiæ, & ſi eum etiam non audit, ſit tibi velut Ethnicus & publicanus.* An non hic ſacrilegus audiat Xaverius? an falſarii crimen effugere poteſt? Excuſationem mereretur, ſi Commentatoris vice fungens, verba Chriſti, *dic Eccleſiæ*, de Eccleſiæ primario intelligenda dixiſſet. Error Xaverii, male Scripturam interpretantis, is dici potuiſſet. At nunc hiſtoricum agens narrat, Chriſtum dixiſſe, *dic primario Eccleſiæ.* quæ pura falſitas eſt, & mendacium contra conſcientiam. quid eſt, ſi non hoc eſt κυριεύειν τ῀ πίστως, *dominari fidei?* κατακυριεύειν τ῀ κλήρων, *dominari ſortibus Domini?* Chriſtum enim τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν ϗ τελειωτήν, *fidei ducem ac conſummatorem*, non quæ ipſius ſed quæ ſua ſunt loquentem facit. Tanti ſcilicet erat Pontifex Romanus, ille Eccleſiæ, ſi credere fas eſt, primarius, ut in ejus gratiam Chriſtus ipſe falſandus eſſet. Cor Xaverii non hic rectum fuit coram Domino. Reſipiſcere debuit ab illa malitia ſua, & rogare Deum, ſi forte remitteretur ipſi imaginatio cordis ſui.

Quid tibi de hiſce nunc videtur Craſſete Pater? an non vos Papiſtæ propria veſtra autoritate, additis, reſcinditis libros nonnullos Sacræ Scripturæ, an vos non interpolatis ac pervertitis libros Sacri Canonis, pro veſtro lubitu, certe hoc luce meridiana clarius ex iis quæ ſuperius allegavimus conſtat, ſin vero adeo perfrucuiſti frontem ut hoc negare audeas, unicuique te ridendum propinabis, ac te plane ſtulteſcere oſtendes, quemadmodum ſtultitiæ tuæ luculentum ſuppeditas argumentum, & ſpecimen. Scribis enim & quidem tam magiſtrali modo ut riſum omnibus moveas, Audiamus vero hunc ſupra magiſtrum, *diſce hoc Domine Doctor, quod Juſtinus* (inquit ignorantiæ magiſter) *duplicis generis compoſuerit quæſtiones, primas ad* 146. *quas illi proponebant Chriſtiani, quas ad Orthodoxos direxit, alterum* 146. *quæſtionum librum quas illi gentes proponebant, cui titulus eſt*, ad gentes: *in ultimo illo opere reſpondet ad plurimas objectiones quas illi proponebant infideles, & quas ex veteri & Novo Teſtamento petebant: haſce doctas reſponſiones*, inquit, *habemus tantum Latine, & reperitur illa reſponſio quæſtione* 74. *ad gentes, ubi citat S. Clementem Papam in Epiſtola*

ſtola ſua ad Corinthios ubi de Sibylla loquitur. D. Blondellus ſe ipſum ſefellit citans S. Juſtinum ad Orthodoxos, quod ipſi condonandum eſt: at vero Marckius qui illum tantum legit per ejus oculos, nunquid eſt excuſandus condemnans tam temere, illum, qui errantem in ſemitam reduxit, & accuſare ignorantiæ illum, in quæſtione quam ipſe ignorat: & cui prius ſtuduiſſe debebat, antequam exprobrationem tam injuſtam illi proponeret? Heic, ſcilicit! Craſſetus tenet D. Marckium, ſed omnium heic Doctorum virorum fidem imploramus, ſagax hic Jeſuita docebit, (ſi DIS placet) Doctorem & Profeſſorem reformatum, ipſe bipedum ſtupidiſſimus Loyolita, qui ſe ſenſu communi carere evidentiſſime demonſtrat, putidum eſt Jeſuitæ mendacium S. Juſtinum Martyrem duplicis generis ſcripſiſſe quæſtiones, uti absque ulla veritate ſupra diſtinxit Craſſetus, cudet forte hic miſer Jeſuita, nobis alium Juſtinum Martyrem, citat Juſtinum in quæſtionibus ad Gentes, ac reſponſione 74. contineri B. Clementis teſtimonium de Sibyllis affirmat, ubinam Doctor ignorantiæ inveniſti quæſtiones illas ad Gentes Latine tantum conſcriptas, certe nullibi niſi in cerebello tuo, hactenus nulli illas videre licuit, ſomniaſti bone Pater hæc cum ſcriberes: certum eſt, quidquid ſit te nunquam teſtimonium hoc apud Juſtinum in quæſtionibus ad Gentes legiſſe, cum iſtæ quæſtiones in rerum natura non exſtent: videmus Loyolitæ ſcopum, prurigine contradicendi adactus, maluit contra ſuam conſciéntiam mentiri ac fingere ſub Juſtini nomine ſcriptum quod hactenus non exſtitit, quam tacere, hoc fine ut ſui ſimilibus, indoctis imponeret, probe enim novit Jeſuita proverbium, *audacter mentire ſemper aliquid adhærebit.* Putavit enim, nemo credere audebit, me mala fide egiſſe, citando locum ex ſcripto Chimærico ac nullibi exſiſtente, ſed potius Doctorem illum hæreticum à me ſuperatum exiſtimabunt. Dicit porro Jeſuita, teſtimonium hoc B. Clementis exſtare in quæſtionibus ad Gentes, non in illis quæ ad Orthodoxos diriguntur, cum certiſſimum ſit, nullibi lllud inveniri niſi in reſponſione ad quæſt. 74. ad Orthodoxos, rogamus etiam attentum lectorem ut velit explorare Jeſuitæ fidem. Dicit ineptus ſcriptor, quæſtiones has ad Gentes habemus tantum Latine, & tamen ipſe Græce allegavit in diſſertationis ſuæ p. LXI. ſi tantum Latine exſtant hæ quæſtiones, unde tu Græcum textum nactus es Craſſete Pater? & quod probe notandum textus

ille

ille Græcus à te citatus, quem falso collocas in quæstionibus ad Gentes, legitur in responsione ad quæstionem LXXIV. adeo ut te numquam legisse aut vidisse Justini Martyris scripta demonstres. Si enim legisses quomodo potuisses, scribere tantum Latine exstare has ad Gentes quæstiones, quarum tamen ipse textum Græcum habebas & allegabas, quomodo citare ausus fuisti scriptum quod in rerum natura non datur? Hæc cum absolvissemus, fortuito casu incidimus in Doctiss. D. Marckii exercitationes Juveniles, quibus præfationem præfixam deprehendimus, qua Crasseti Jesuitæ cavillationes, objectiones & mendacia deteguntur ac refutantur: & sic temerariæ suæ audaciæ debitas luit pœnas: ideoque non opus esse ulterioribus nostris responsionibus ad reliquas indocti Jesuitæ nugas, cuique constat, quandoquidem tam solide illi fuit responsum ut nihil in posterum à Jesuita reponi possit: consuleremus potius Jesuitæ ut deinceps tempus suum terat grana rosarii sui numerando, fabulasque fingendo, & mulierculis illas narrando, ulterius enim ejus Spiritus Jesuiticus non adscendit: uti hoc ridiculo pariter ac blasphemo suo scripto cui titulum dedit, LA VERITABLE DEVOTION ENVERS LA. S. VIERGE ETABLIE ET DEFENDUE, ostendit. Scatet etenim liber ille fabellis puerilibus & plane anilibus, uti hoc demonstrare possumus nonnullis exemplis ex illo scripto petitis. Pag. 94. Crassetus refert historiam (dicamus potius fabellam puerilem) de ave quadam in vivis conservata eo quod dixisset, *Ave Maria.* p. 102. &c. refert Crassetus fabellas quibus nemo nisi mente captus commodare fidem poterit, loquitur de Adelmanno quodam ad mortem ægrotante, cum ad sepulchrum deportaretur, quod repente se erexerit, apparueritque tanto in vigore ac si nunquam morbo ullo fuisset correptus, narraveritque etiam diversis in locis se conspexisse varia supplicia ad quæ erat damnatus, sed precibus Beatæ Virginis Dei matris & intercessionibus glorioſi Sancti Martini, in mundum fuisse missum ut pœnitentiam ageret. Narrat porro p. 103. latronem quendam, qui intellexerat illos qui ad S. Virginis honorem singulis Saturni diebus jejunarent, non morituros absque confessione, votum illud feciſſe atque exacte observasse, verum post annorum aliquot spatium fuisse captum, ac postquam caput illi fuisset amputatum, illico exclamasse, *Confessio! confessio! confessio!* &c. quis non ri-

deat

deat aniles fabulas? ejuſdem furfuris exempla ibidem leguntur, & quidem tam inſulſa, ut nemo non reperiatur, qui non miretur, Craſſeti, impudentiam tales quiſquilias in chartam conjicere audentis. Legantur etiam illa quæ exſtant parte ſecunda p. 295. ubi ex ore defuncti alicujus monachi ortam fuiſſe arborem narrat in cujus foliis hæc quatuor verba creverant inſcripta *Ave Maria*, *Gratia plena*. Ibidem etiam narratur tale quid accidiſſe B. Johanni, qui propter ingenii ſui hebetudinem, nihil (præter duo hæc verba, *Ave Maria*) addiſcere potuit, quæ cum ante ſapiſſime magna cum delectatione recitaret, evenit ut poſt ejus obitum multa in illo ſepulchro creſcerent lilia, quæ foliis ſuis inſcripta habebant literis aureis, excellentia hæc duo verba, *Ave Maria*. Credant hæc pueri & delirantes ſenes, Craſſeti ejuſque ſodales: nos nunquam credemus. Ne autem ſtabulum Augæum expurgare velle videamur, exemplum unum aut alterum Blaſphemiarum eodem impio libro contentarum recenſere lubet, ut vel hinc pateat, quam merito Idololatra apud ſuos Pontificios audiat Craſſetus: imo quum & ipſorum paganorum idolomaniam ſuperet: uti hoc paſſim ridiculus & blaſphemus ejus liber manifeſte oſtendit. Legantur hæc quæ reperiuntur apud eundem Craſſetum ejuſdem lib. p. XXVIII. & XXIX. *B. Virgini data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, nihil illi eſt impoſſibile, poteſtque ſalvare quam maxime deſparatos, accedit ad Dei tribunal non ſimpliciter tanquam ancilla ſupplicans, ſed tanquam mater filio ſuo imperans.* Item: *Maria ſola maledictionem ſuſtulit & benedictionem Paradiſi aperuit, per quam Chriſtiani omnes ſicut per ſtellam maris ad portum æternæ gloriæ diriguntur.* Quis porro non obſtupeſcat ad hæc verba, quæ exſtant parte ſecunda p. 286. *B. Virgo Maria, tantum bonum in Deum contulit, quam Deus in hominem: Spero*, inquit, *ſcriptor* ille ex quo Craſſetus locum hunc deſcripſit, *Deum mihi condonaturum quod tam alte de ejus Matre ſim locutus*; additque poſtea, conferens illa quæ Deus erga hominem, ac quæ Maria erga Deum præſtitit: Deus, inquit, hominem ex luto formavit, Maria vero ex ſanguine ſuo puriſſimo. Deus homini ſuam impreſſit imaginem, Maria autem ſuam impreſſit Deo, pariens filium qui omnium hominum eſt pulcherrimus, uti illa omnium fœminarum eſt pulcherrima. Deus hominem creavit impaſſibilem, Maria vero levamento fuit Deo in fame, ſiti, cæterisque Dei neceſſita-

ceſſitatibus. Deus hominem pellibus beſtiarum amicivit, Maria vero Deum faſciis & linteis involvit : Deus hominem Paradiſi fructibus nutrivit, Maria Deum educavit lacte ſuo, cujus unica tantum gutta omnibus Paradiſi fructibus præſtantior eſt. Infinita talia exempla ex Impio pariter ac ridiculo hoc Craſſeti libro excerpere poſſemus, verum hæc tantum allegaſſe ſit ſatis : ex ungue enim novimus leonem.

Hæc itaque nunc ſcripſiſſe de Sibyllis earumque Oraculis abunde ſufficient.

FINIS.


HERCULES
MAGUSANUS

CAPUT XXVI.

De Deo

HERCULE MAGUSANO

ET DE

DEA NEHALENNIA

In littore Maris Zelandici effoſſis.

BREVIARIUM.

EIndius & Gruterus emendantur. Hercules Maguſanus Thebano Hercule antiquior. Eindius refutatus. Ante Colæum Samium nemo Græcorum uſque ad Gades navigavit. Galli Dorienſes antiquum ſecuti fuerunt Herculem. Dorienſes non fuerunt Græci ſed Phœnicii. Dor civitas ubinam ſita. Ammianus expoſitus. Stephanus emendatus. Inſcriptio Weſt-Cappellana correcta & expoſita. Hercules Maguſanus quis fuerit, Phœnices à Joſua fugantur. Hercules Maguſanus in Hiſpaniam uſque ad Gades navigavit. Qua forma pingatur Hercules. Templum huic Herculi Maguſano fuit erectum in Gadibus. Tyrii præcipue Herculem colunt. Maguſani nomen eſſe vocem Phœnicam probatur & explicatur. Unde Maguſanus Hercules vocetur, oſtenditur. Num Hercules Joſuæ tempore Walachriam uſque pervenerit. Pervenit etiam in Galliam. Unde civitas Ales in Gallia nomen ſit ſortita. Unde urbi Nemauſo, nomen illud ſit datum. Galli quomodo Herculem vocarunt. Quo modo Herculis cultus in Walachriam fuit introductus? Ad Scaldis oſtium olim fuit exſtructum templum Herculi Maguſano. Walachria olim à Dorienſibus fuit occupata. Quomodo Hercules Maguſanus à Walachris olim fuerit cultus. Zelandia ante Romanorum adventum in il-

las regiones, fuit cognita. Sub quo nomine Romani Herculem Maguſanum coluerunt? Templi Herculei deſcriptio. Quibus ceremoniis Hercules hic colebatur? Sub titulo Herculis Victoris Hercules Maguſanus adorabatur. Cur Portumnus fuerit dictus? Hujus Herculis varia nomina. Cur Melcarthus fuerit dictus? Cartheia à quo fuit fundata & exſtructa? Carthaginem quinam condiderint. Dea Nehalennia quæ ſit. Unde Nehalennia ſit dicta. Eſt nomen Hebræum vel Phœnicium.

POſt abſolutas diſſertationes de Sibyllis, lubet heic etiam adjicere conjecturas noſtras de Deo Hercule Maguſano & Dea Nehalennia, de quibus ante aliquot annos multa apud Zelandos aliosque fuere conſcripta. De Hercule Maguſano (cui vitioſe Marcuſano nomen eſt in veteri inſcriptione, à Nobiliſſ. Eindio in ſuo Chronico Zelandiæ. p. XLIV. ex Grutero, citata) ut dicam quæ nobis maxime vero ſimilia videntur, ſic habe, lector benevole. Fallitur Nob. Eindius *Herculem* hunc *Maguſanum* cum *Thebano* eundem fuiſſe, exiſtimans. *Thebanus* enim Hercules *Maguſano* multo junior. Lucian. in de Dea Syria. Καὶ ἐστὶ ἱερὰ ἡ ἐν Συρίῃ ἀρχαιοτάτοις τοῖς Αἰγυπτίοις ἰσοχρονέουσα, τὰ ἐγὼ πλεῖστα ὅπωπα. τόγε δὴ Ἡρακλέος τὸ ἐν Τύρῳ ἐστὶν, τὸν Ἡρακλέος τὸν Ἕλλησι ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν ἐγὼ λέγω, πολλὸν ἀρχαιότερον ἢ Τυρίου ἥρως ἐστί. *Et ſunt templa in Syria æque fere antiqua atque in Ægypto quorum ego multa vidi, inter quæ Herculis in Tyro, non illius Herculis quem Græci venerantur, ſed de eo loquor, qui multo eſt antiquior, heroſque Tyrius eſt.* Imo Græcorum neminem ante Colæum Samium qui annis fere ſexcentis Hercule Maguſano poſterior uſque ad Gades navigaſſe ex Herodoto certum eſt. Nec Thebanus ille in Illyria regnavit, ſed Ambraciæ in Epiro: ideoque navigatio in Galliam illi non poteſt adſcribi, quidquid dicat nob. Eindius: *Galli* enim *Dorienſes* (de Græcis Dorienſibus perperam accipitur) teſte Ammiano ab eodem Eindio ibidem citato, *Antiquiorem ſecuti Herculem, Oceano locos confines inhabitarunt.* Hoc procul dubio Nob. Virum fefellit, quod *Dorienſium* meminit Ammianus, ſi enim Hercules Maguſanus in Galliam deduxit *Dorienſes*, omnino ſtatuendum videbatur, per *Maguſanum* hunc, Herculem Græcum intelligendum eſſe, non enim probabile judicandum

eſt

eſt, *Dorienſes*, quos Græcos eſſe Vir Nob. putavit, voluiſſe ſequi Ducem Barbarum, Herculem Phœnicium nempe, quem *Maguſanum* eſſe *Herculem*, infra dicetur. Nec hic Viri Nob. tantum fuit error, verum & aliorum, cum veterum, (vide Philoſtrat. lib. V. de Apoll. ubi de Gadibus) tum recentiorum. Sed ut nodus hic ſolvatur, & Viro Nob. ſcrupulus eximatur, per *Dorienſes* hos, cum magno Bocharto lib. de colon. Phœnic. cap. XLI. intelligendum eſſe putamus, *Dorienſes Phœnicios*, urbe *Doro* vel *Dora* prope Carmelum inter Ptolemaïdem & Cæſaream Stratonis, oriundos. Hujus civitatis meminit Joſua cap. XII. commate XXIII. & de ea legitur, I Chron. cap. VII. vers XXIX. De incolis urbis *Dor* legas etiam lib. Judic. cap. I. vers XXVII. Ab illa civitate eſt nomen gentile, *Dorienſis*. Δωριεῖς Græce vocat Joſephus, lib. Antiq. XIX. cap. VI. Latina verſio ſic ſonat, *Publius Petronius, legatus Tiberii Claudii Cæſ. Aug. Germanici, Magiſtratibus Dorienſium.* Stephanus, eodem loco à Bocharto laudatus, Δῶρος, πόλις Φοινίκης, ὡς ἡ Γώσηπος, ἡ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. Παυσανίας δὲ (Πετρώνιος, emendat ex Joſepho Bochartus) Δωριεῖς αὐτούς φησιν. *Dorienſes vocat.* Quare cum Ammianus dicit, *Dorienſes antiquiorem Herculem ſecutos*, de Colonia *Dorienſi* quam Hercules *Maguſanus* è Phœnicia ad Gades uſque, imo & ejus partem hinc in Galliam ſecum adduxit, ſtatuendum eſſe exiſtimamus. Putamus ergo uti ſupra notavimus, nomen hujus Herculis: non eſſe legendum Marcuſanus ſed Maguſanus: *Ineptiunt*, inquit Doctiſſ. Ortelius in Theſauro ſuo Geographico qui *pro voce Maguſanus, Marcuſanum legunt: quum nec canina litera, neque ejus veſtigium in lapide (quem diligenter inſpexi) cernitur. At hanc veram eſſe ſcripturam, teſtimonio eſt Poſthumi nummus æneus, qui* Herculis Maguſani *quoque effigiem & nomen liquido oſtentat, Poſthumum trans-Rhenani limitis hujus Ducem & Galliæ præſidem factum à Valeriano, Trebellius Pollio memoriæ prodidit.* Inſcriptio autem quæ Weſt-capellæ in columna templi aſſervatur, hoc modo refertur in libello Belgico, anno 1647. Medioburgi edito,

HERCVLI MACVSINO
VIPRIMINIS, TETIVS
V. S. L. M.

Verum rem ita ſe non habere, & non bene fuiſſe deſcriptam, autopſia

manifeſte evincet. Ipſi enim oculis noſtris Inſcriptionem illam conſpeximus & diſtincte legimus; ſic autem habet:

HERCVLI
MAGVSANO
M. PRIMIIVS
TERTIVS
V. S. L. M.

Ex hac Inſcriptione & lapide Antiquo non MARCVSANO ſed MAGVSANO legendum eſſe nulli dubitantes affirmamus ac aſſerimus. hanc cum in Weſt-cappellano templo legeremus & deſcriberemus, Inſcriptionem, retulit nobis paſtor illius Eccleſiæ, viros multos hanc legentes, non potuiſſe explicare quid ſignificaret vox PRIMI-IVS, reſpondimus legendum eſſe PRIMIVS. Ac eſſe viri alicujus nomen proprium, neminemque moveri debere ob duplicatum I. plurima enim ejuſmodi exempla in Veteribus Inſcriptionibus reperiri: hoc autem quo pacto contingat I. ſuperfluum in Inſcriptionibus inveniri nonnunquam, putamus nos, hoc accidiſſe ex ignorantia lapicidarum, qui non ſecundum ſcriptionem ordinariam ſed pronuntiationem, literas efformarunt & exſculpſerunt: quando ex. gr. PRIMIVS ore pronuntiatur, videntur duo I. pronuntiari non PRIMIVS ſed PRIMI-IVS. atque hinc putamus eveniſſe quod pro nomine, PRIMIVS PRIMI-IVS ſecundum pronuntiationem ſculpſerint lapicidæ. *Hercules* ergo hic *Maguſanus*, eſt Phœnicius ille, ſive Tyrius, qui *Moſi* à nonnullis σύγχρονος judicatur. Phœnices enim qui propter occupatam à Joſua terram Canaan, alio commigrare cogebantur, *fugiebant à facie Joſuæ prædonis, filii Nave*, docentibus id columnis in Tingintana, cum Phœnicia inſcriptione olim viſis, ut teſtatur Procopius Vandalicor. lib. II. cap. X. *ædificarunt*, inquit, *caſtellum in civitate Numidica ubi nunc eſt urbs* Τίγις, *Tingis, ibi ex albis lapidibus conſtant duæ columnæ, prope magnum fontem erectæ, Phœnicios habentes characteres inſcriptos, qui Phœnicum lingua ſic ſonant:* Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ Φύγοντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, *nos ii ſumus qui fugerunt à facie Joſuæ prædonis, filii Nave.* Phœnices, inquam, inſtructa arce navali, duce Hercule Tyrio, in Hiſpaniam ad Gades uſque navigaſſe, aſſeri-

ſeritur. Philoſtrat. lib. II. de vita Appollon. Αὐτὸς γὰρ πεπύσθαι ὁ Ἡρακλῆς, ὁρίζων τὰ Γάδειρα, καὶ τὰ ὄρη στήλας ποιησάμενος· τοῦτο ὠκεανὸν ἐς τὸ ἔξω ἀπισπώμενος· ὅθεν δηλοῦται μὴ τὸν Θηβαῖον Ἡρακλέα, τὸν δὲ Αἰγύπτιον ἀπὶ τὰ Γάδειρα ἐλθεῖν, καὶ ὁρισμὸν γενέσθαι τῆς γῆς. Hoc eſt: *Ipſe enim Hercules dicitur Gades diſterminaſſe, columnaſque terminos erexiſſe, Oceanum qui extra eſt dirimens, unde patet non Thebanum hunc Herculem, ſed Ægyptium fuiſſe, qui ad Gades venit & terræ fuit finitor*, atque hinc eſt quod Hercules pingatur ea forma quæ nautam convenientiſſime refert, teſte Luciano in Hercul. Γέρων ἐς τὸ ἔσχατον, ἀναφαλαντίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσην λοιπαὶ, τὸν τριχῶν, ῥυσὸς τὸ δέρμα, καὶ μελανειμένος ἐς τὸ μελάντατον, οἵοί εἰσιν οἱ θαλαττεργοὶ γέροντες. Hoc eſt: *Summus decrepitus, recalvaſter, reliquis capillis prorſus canis, cute rugoſa & in nigerrimum colorem exuſta, quales ſunt nautæ ſenes.* Sed præter hanc rationem putamus non inconcinne dici poſſe eum tali colore depictum fuiſſe, ſiquidem Phœnices à fervore Solis ita exurantur, ut eorum color cum hominum in occidente degentium colore non poſſit conferri. Herculi huic templum in Gadibus à Phœniciis fuit erectum, in quo divinos honores ipſi deferebant, non Græco ritu, ut par eſſet, ſi Thebanus intelligi deberet, ſed Phœnicio. Appianus in Ibericis. Τό τε τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν τὸ ἐν στήλαις Φοινίκες μοι δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι, καὶ θρησκεύεται νῦν ἔτι Φοινικῶς. Οὔτε Θεὸς αὐτοῖς ἐστὶν Θηβαῖος ἐστιν, ἀλλ' ὁ Τύριος. *Herculis templum quod eſt apud columnas, Phœnices mihi videntur exſtruxiſſe, & hodie colitur more Phœnicio, Deuſque ipſis Thebanus non eſt, ſed Tyrius.* Tyrios Herculem præcipue colere, teſtis eſt Curtius lib. IV. p. m. 50. Plura loca quæ ex Arriano, Pomponio Mela aliiſque poſſent adduci, non addemus. Conſtat ergo fuiſſe Phœnicium, quod etiamſi hi ſcriptores non teſtarentur, abunde probari poſſe videtur, ex ipſius nomine *Maguſano*, quod Phœnicium eſſe nulli dubitamus. Notandum autem in anteceſſum, linguam Phœniciorum Hebrææ & Chaldææ valde ſimilem, ut præter Plauti pœnul: id teſtantur Hieronymus & Priſcianus, ille in comment. ad Jer. cap. V. *Pœni quaſi Phœni, quorum lingua Hebrææ magna ex parte eſt confinis.* hic lib. V. *Lingua Pœnorum Chaldeæ vel Hebreæ ſimilis. Maguſanus* itaque dicitur, nomine paululum interpolato, à navigatione, à transfretatione, גז *gus* Chaldæis eſt *ſecare, abſcindere*, & hinc accipitur pro

tran-

transire, *transfretare* scil. flumina, mare &c. quasi diceres secare mare, ut passim apud autores, phrasis hæc reperitur, Horat. Ode I. lib. I.

— — — — *Ut trabe Cypria*
Myrtoum pavidus nauta secet Mare.

Et in Chaldæo textu legere est II Sam. XIX. vers XVII. & Esai. XVI. vers II. מגיף *megisan* transvehentes. Hinc etiam Chaldæis מגיסא *megisa* est *navis trajectoria*, *scapha*, item *vadum*, *transitus*. Quis igitur non videat à מגיסא *megisa*, *Megisanum* dici posse, nomine, ut dictum, parum mutato, & Herculem *Magusanum* vocari nomine Hebræo sive Chaldæo, cui Phœnicum lingua similis est. *Magusanum* itaque Ducem hunc Phœnicium *Punico* vocabulo, à *navigatione*, vocari, nostra est *opinio*. *Nec miretur quisquam*, siquidem, teste Lactantio, *Dii Deæque aliique* sine numero, à reperta arte, vel donatione *munerum*, vel rebus gestis nomen & Divinos honores consecuti sint. Imo Philostratus affirmat Herculem hunc cultum, quia summa sapientia totum orbem dimensus est, usque ad ultimos terrarum fines. *Magusanus* igitur *Hercules*, est Hercules transfretator, qui è Phœnicia colonias ad fretum Gaditanum & ulterius si non ipse, ipsius saltem hoc fecerint posteri, perduxit: sin autem nunc quæratur, quomodo hæc Inscriptioni West-cappellanæ quadrent, num ergo statuendum sit, Herculem hunc Josuæ temporibus Walachriam usque pervenisse? respondemus, etiamsi hæc affirmaremus, *nos* à probabilitate *aliena non dicturos*, testatur *Lactantius lib. I. cap.* IX. *de Hercule narrari*, *eum totum terrarum orbem peragrasse ac expugnasse*, ut melioris notæ codices legunt, idque *navigio* factum esse dicit idem Lactant. lib. I. cap. V. Philostrat. ut paulo ante dictum fuit, illum totum orbem usque ad ultimos terrarum fines, dimensum esse, affirmat. Constat etiam illum ultra fretum Gaditanum navigasse, & in Galliam venisse, urbemque Alesiam ibidem ab eo exstructam. *Ales*, ἀπὸ τ῀ς, κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης. Teste Diodoro Siculo p. m. 158. *ab erratione ad expeditiones bellicas*. Nemausum, *Nismes* vulgo, à Nemauso Herculis filio, conditam docet Suidas in voce Νέμαυσος. De Hercule apud Gallos qui degit, videndus Lucianus, in Herc. qui testatur, Gallos *Herculem sermone patrio Ogmium vocare consuetos*. Imo & hodie in Liguria visitur portus *Herculis Monæci*, vulgo, *Monaco*

naco. Ammianus de Hercul. lib. XV. *Monœci ſimiliter arcem & portum ad perennem ſui memoriam conſecravit*: Ita ut certiſſimum ſit in Gallias illum perveniſſe: num igitur uſque adeo mirandum eſſet, Herculem, aut aliquos illius Coloniæ ultra Gades miſſæ, littora legentes, Walachriam uſque appuliſſe? præſertim cum Ammianus arguat, loca, Herculi & Dorienſibus habitata, fuiſſe quasdam inſulas extimas. Tacitus, qui ſub Germanorum nomine & Belgas complectitur, teſtatur in de morib. Germ. *illos memorare, fuiſſe apud eos & Herculem:* quod de illo Phœnicio quominus intelligatur, nihil obſtat. Sed non neceſſe eſt eo nos devenire, ſiquidem & alio pacto, *Herculis Maguſani* cultus ibidem deferri potuit, per aliquos nempe Dorienſium illorum de quibus ſupra, vel per poſterorum nonnullos. Gallia enim uſque adeo longe à Walachria non diſtat. An hoc inſulſum eſſet, ſi contenderemus, illos cultum numinis ſui eo, ex Gallia Hiſpaniaque aſportaſſe? Certe nobis equidem non videtur, Inſcriptione antiqua evidentiſſime illud probante. Weſt-cappellæ ergo olim fuit portus, uti teſtantur multi, quo naves in diverſas regiones ſolvebant, vel ad quem exteri & incolæ contendebant. Scaldis oſtium fuiſſe perhibet Ortelius, ibique templum illi Herculi, cujus reliquias ſuo ævo extitiſſe affirmat Geropius Becanus, exſtructum fuiſſe, vero ſimile eſt, in quo tum incolæ cum advenæ, fœlix ut illis cederet navigatio, more uſitato ſacra faciebant. Imo & arcis ibidem relliquias ævo ſuo viſas, contendit idem Geropius Becanus, unde nos vere affirmare poſſe exiſtimamus, Walachriam à colonia Dorienſi, vel aliis ab illis Dorienſibus oriundis, fuiſſe occupatam, & contra hoſtium inſultus munitam, atque hinc videat quivis ad portus oſtium cuſtodiendum, arcem illam fundatam fuiſſe. Quomodo autem Hercules Phœnicius, Deus extraneus à Walachris Romanæ ditioni ſubjectis (Cæſarem enim Belgas debellaſſe conſtat) fuerit cultus, ſi quis quærat aut miretur? agnoſcat vel hinc clarum eſſe, Zelandiam, terram habitabilem non tantum, verum etiam habitatam notamque fuiſſe, ante Romanorum in has oras adventum: poſtquam autem Romani Belgas ſubjugarunt, ſi Herculis cultum retinuere Walachri, non amplius illum ſub *Maguſani* nomine adorarunt ſed ſub alio titulo. Mos enim Romanis erat, Deos gentium quas ſibi ſubjicere nitebantur, aut ſubjugarant evocare, Romamque deferre, eiſque

ibidem templa araſque dicare atque conſecrare, ut notum eſt ex formula evocationis, à Macrobio lib. III. Saturn. cap. IX. ex Sammonici Sirenici lib. rerum reconditarum, recitata. Num ergo, Hercules hic *Maguſanus* Romam delatus, ibidem Divinos honores, templum araſque eſt conſecutus, roget forte quiſpiam? Sed quid abſurdi ſequetur hoc ſi ſtatuamus? Certe nihil, faremur quidem non ſub *Maguſani* nomine Phœnicio, ſed Latino, Portumni & *Victoris* fuiſſe cultum. Plinius lib. X. cap. XXIX. *Romæ in ædem Herculis, in foro boario, nec muſcæ nec canes intrant.* Hujus Dei templum, mulieribus & ſervis intrare erat prohibitum, imo canes, & muſcæ & porci ſumma cura arcebantur. Confer cum his ceremoniis, illas, quibus Hercules noſter *Maguſanus* olim in templo Gaditano colebatur, videbis eodem modo fuiſſe peractas. De his vide ſis Silium Italicum lib. III. initio.

Fœmineos prohibent greſſus, ac limine curant
Setigeros arcere ſues, &c.

Ibidem etiam exactam deprehendes templi Herculei deſcriptionem, an non etiam titulus *Victoris* eleganter & concinne tribuatur *Herculi Maguſano*, qui terrarum orbem expugnaſſe fertur? Apprime etiam Walachri Weſt-cappellani, pro Deo ſuo habebant *Herculem* hunc *Maguſanum*, portubus ſiquidem præſidere credebatur, hincque Latini illum *Portumnum* dixerunt. Multa & varia uni eidemque Deo Romanos dediſſe nomina, nemo eſt qui non ſciat. Græci hunc *Portumnum Palæmonem* vocarunt: Heſychius παλαίμων ὁ Ἡρακλῆς. Phœnicii illum etiam vocabulo Punico μέλκαρθον appellarunt, aliam, ut ſtatim conſtabit, ob cauſam, Philo Byblius ex Sanchoniathone apud Euſeb. lib. I. præparat. Euang. Τῷ ὃ Δημαρούν γίνεται μέλκαρθος ὁ καὶ Ἡρακλῆς. *Ex Damarunte natus eſt Melcarthus, qui & Hercules. Portumnum* autem eundem eſſe cum *Palæmone*, teſtatur Feſtus. *Portumnus qui & Palæmon alio nomine dicitur, inter Deos, qui præſunt mari, à Romanis colebatur. Portumnus* igitur, *Palæmon & Melcarthus*, vel ut Latini ſcribunt, *Melicerta & Hercules Maguſanus eſt unus idemque Deus:* quamvis miſeri mortales exiſtimarint, diverſa ſe colere numina. Hunc autem Μέλκαρθον eundem eſſe cum Hercule conſtat, & uti *Maguſanus* à navigatione & transfretatione, *dictus*

fuit,

fuit, ſic heic *Melcarthus* dicitur ob conditam à ſe Kartham urbem. Strabo docet, olim fuiſſe in Hiſpania urbem eximiam, cui nomen erat Καρτήια *Cartheïa*, hujus conditorem fuiſſe Herculem perhibet idem Strabo. Ἡ Ἡρακλέους κλίσμα λέγουσι αὐτὴν, ὥ ἐστι καὶ Τιμοσθένης, ὅς φησι καὶ Ἡρακλείαν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιὸν. Curtius lib. IV. p. 57. docet Tyrios Carthaginem condidiſſe. *Hanc ab Hercule dicunt fundatam, inter quos & Timoſthenes, qui eam antiquitus Heracleam dictam fuiſſe refert.* Melcarthus ergo idem ac מלך קרתא *Melech Cartha*, hoc eſt, rex, Dominus Kartha. Olim autem civitas hæc מלך קרתיא *Melech Carthïa* vocabatur. Hinc Herculem, ſimplici nomine *Malica* olim vocabant Phœnicii, ſive potius Amathuſii Phœnicibus oriundi: Heſychius, Μάλικα, ἡ Ἡρακλέα, οἱ Ἀμαθούσιοι. Hæc optime *Maguſano* Herculi conveniunt, quem in Hiſpaniam appuliſſe, ſupra probatum fuit, ibique in Gadibus cultum, de Thebano aliove Hercule hæc dici non poſſunt, ut pluribus probari poſſet, ſi de hoc eſſet controverſia. Hinc cuivis conſtet à Romanis etiam adoratum fuiſſe *Herculem Maguſanum* ſub Herculis *Victoris*, *Portumni* nomine, & ſi Weſt-capella non evocarunt Romamque detulere, ſaltem illos à Phœniciis habere Herculem Deum, Walachriamque hanc Zelandiæ noſtræ, multo ante Thebanum Herculem extitiſſe non ſolum, (à Deo enim creatam, non è mari ſponte natam putamus) verum etiam cognitam, habita tamque fuiſſe probaſſe nos, exiſtimamus. Ex his de Hercule Maguſano ita explicatis, lucem haurire poſſumus, quænam fuerit Dea Nehalennia apud Zelandos: uti Maguſani nomen olim tulit Hercules, ex lingua Phœnicia, à transfretatione, uti ſuperius fuit demonſtratum, ſic nunc Deam hanc fuiſſe vocatam Nehalenniam, voce Phœnicia, vel Hebræa paululum interpolata, Deam fluminis, Scaldis ſcilicet, cujus oſtium olim fuit in littore Walachriano, noſtra eſt opinio. Phœnicia autem lingua cum Hebrææ valde ſit ſimilis, uti ſuperius oſtendimus, atque ex Doctiſſimi Bocharti ſcriptis patet, uti Hercules fuit dictus Maguſanus à voce Phœnicia, ſic etiam potuit Dea hæc vocari Nehalennia, à vocabulo ſive Hebræo ſive Phœnicio נהל *Nahal*, *leniter & commode duxit*, & uti multi annotarunt, verbum hoc fere ſemper in bonam partem accipitur, notatque iſtud officium quod matres infantibus reddunt, quum illos ducunt, & ducendo ſuſtentant, vel uti paſtor oves leniter & commode ducit:

pari etiam modo Dea hæc Walachriana Nehalennia, verbo Phœnicio vocabatur, eo quod commode & leniter naves & merces ducere credebatur, vel ut hoc præſtaret, invocabatur aut adorabatur: hinc etiam propter hoc præſtitum officium, inſcriptionem hanc quam deſcripſimus ex lapide Domburgi in templo ibidem depoſito, legimus.

DEÆ NEHALENNIÆ
OB MERCES RECTE
CONSERVATAS.
M. SECVNDVS SYLVANVS
NEGOTTOR.
C. RETARIVS. BRITANNICVS. IANVS.
V. S. L. M.

Tali in ſignificatione etiam legitur Geneſ. XLVII. vers XVII. וינהלם בלחם בכל־מקנהם בשנת ההוא: hoc eſt: *& ſuſtentavit eos cibo pro omnibus pecoribus, ex illo anno.* Et Pſalmo XXIII. vers II. על־מי מנחות ינהלני hoc eſt: *ad aquas tranquillas deducet me:* item Pſal. XXXI. vers IV. ולמען שמך תנחני ותנהלני: hoc eſt: *& propter nomen tuum duces me & diriges me.* Geneſ. XXXIII. vers XIII. ואני אתנהלה *& ego deducam me*, hoc eſt: *incedam quiete.* Quis ergo non videat concinne poſſe deduci nomen Nehalenniæ ab Hebræorum vel Punicorum נהל *quiete & commode ducere*, uti jam ſtatim notavimus? Certe nos contendimus, *hanc noſtram opinionem eſſe omnium probabiliſſimam*, ſaltem *Doctiſſ. D. Boxhornii ſententiam* qua nomen hoc eſſe Scythicum exiſtimat nullo modo approbare poſſumus. Etymologia enim illa quam nomini hujus Deæ dat, adeo eſt violenta & tot fidiculis extorta, ut ſatis mirari non potuerimus, illum hæc auſum fuiſſe in chartam conjicere. Non ulterius nunc urgemus aut refutamus illam opinionem, quoniam ad finem properamus, alias forte amplius rem hanc enucleaturi.

INDEX LOCORUM

Sacræ Scripturæ qui hoc libro citantur aut illustrantur.

Genesis.

Cap. III. ℣ v. p. 551.
v. ℣ p. 624.
IV ℣ XXVI. p. 247, 248, 249, &c 251, 253.
IV. ℣ 1, &c. p. 624.
VI. ℣ 11, IV. p. 253.
VI. ℣ 17. p. 46.
VI. ℣ p. 624.
VII. ℣ de Enocho p. 625.
VII. ℣ XXI. p. 46.
VIII. ℣ IV. p. 590.
IX ℣ de Lamecho p. 625.
X ℣ 25. p. 71.
XI ℣ 1. p. 458.
XI. ℣ 5, 10. p. 71.
XI. ℣ 11. p. 591.
XV. ℣ 1. p 223.
XIX. ℣ XXI.
XXXIII. ℣ XIII. p. 658.
XVI. ℣ 13. p. 223.
XLVII. ℣ XVII. p. 658.
XXIV. p. 462.
XXIX. p. 462.
XX. ℣ 3. p. 224.
XXII ℣ XI. p. 231.
XXXI. ℣ 24. p. 224.
XXXVII ℣ 19. p. 226.
XLI. ℣ 1. p. 225.
XLIX. ℣ 23. p. 226.
XLIX. ℣ VI, VII. p. 607.

Exodus.

Cap. I ℣ XIV p. 486.
III. ℣ 1. p. 223.
XV. ℣ XX. p. 7.
XIX. ℣ XVI p. 237.
28. ℣ 30. p. 230.
39. ℣ p. 229.

Leviticus.

Cap. VIII. ℣ VIII. p. 229.
XVIII. ℣ XXI. p. 247, 248.

Numeri.

Cap. VII. ℣ LXXXIX. p. 235.
XI. ℣ XXIX. p. 46.
XII. ℣ VI. p. 224.
XXI. ℣ XXVII.
XXVII. ℣ XXI. p. 233.

Deuteronomium.

Cap. XXVIII. ℣ XV. p. 238.
XXIX. ℣ XXIII. p. 608.
XXXII. p. 466.

Josuæ.

Cap. VI. ℣ II. p. 402.
XII ℣ XXIII. p. 650, 651.
XV. ℣ 34. 56. p. 68.
XV. ℣ VII. p. 478.
XIX. ℣ XIII. p. 68.

Judicum.

Cap. I. ℣ XXVII. p. 650.
IV. ℣ IV. p. 6.
XX. ℣ XVIII. p. 233.

I Lib. Samuelis.

Cap. III. ℣ XV. p. 223.
V. ℣ V. p. 265.
IX. ℣ VII. & VIII. p. 529.
X ℣ V. p. 46.
XXII. ℣ X p. 233.
XXVI. ℣ XII. p. 225.
XXVIII. ℣ VI. p. 611.
XXVIII. ℣ VII. p. 226.

II Samuelis.

Cap. II. ℣ I. p. 231.
V. ℣ XXIX. p. 231.
V ℣ XIX. p. 234.
XV. ℣ XXVII. p. 224.
XIX. ℣ XVII. p. 653.
XXIV. ℣ XI. p. 224.

I Regum.

Cap. II. ℣ V. p. 224.
VIII. ℣ XLVI. p. 610.
XI. ℣ V & XXXIII. p. 387.
XIX. ℣ XI. p. 238.

II Regum.

Cap. V. ℣ V. p. 529.
V. ℣ VIII p. 529.
VIII. ℣ VIII. p. 529.
XVI. ℣ X. p. 237.
XIX. ℣ XXXVII. p. 590.
XXIII. ℣ X. p. 479.

I Chronicorum.

Cap. VII. ℣ XXIX. p. 650.
XXV. ℣ I. p. 46.
---- ℣ V. p. 224.

II Chronicorum.

Cap. XXVIII. ℣ III. p. 479.
XXXIV. ℣ XXII. p. 7.

Hezræ.

Cap. II. ℣ LXIII. p. 227. 232.
III. ℣ II. p. 618.

Nehemiæ.

Cap. VI. ℣ XII. p. 529.
VII. ℣ LXV. p. 227.

Estheræ.

Cap. II. ℣ XVI. p. 612.

Cap. III. ℣ I. p. 613.
III. ℣ VII. & IX. p. 239.
III. ℣ V. p. 612.
V. ℣ II. p. 613.
VI. ℣ III. p. 613.
IX ℣ XXIV. p. 239.

Jobi.
Cap. IV. ℣ XIII. p. 223.
----- ℣ XVI. p. 238.
XXX. ℣ XXIII.
XXXI. ℣ XII. p. 561.
XXXIII. ℣ XV. p. 224, 226.

Pſalmorum.
Pſalm II. ℣ VI. p. 364.
V. ℣ VIII. p. 586.
XVI. p. 343.
XIX. ℣ XIII. p. 610.
XXII. p. 343. XXVIII. p. 586.
XXIII. ℣ III. p. 658.
XXIX. ℣ p. 237.
XXXI. ℣ IV. p. 658.
XXXIV. p. 343.
XXXVIII. p. 343.
XXXIX. ℣ V. p. 527.
XLV. ℣ II. & VIII. p. 364.
XLV. ℣ XIV. p. 586.
XLIX. ℣ XV. p.
L. ℣ III. p. 567.
LI. ℣ VII. p. 607.
LV. ℣ XXI. p. 248.
XLIX. ℣ VIII. p 623.
LXIX. p. 343.
LXXII. ℣ VIII. p. 586.
LXXII. ℣ XVI. p. 394.
LXXII. ℣ V. p. 586.
LXXVI. ℣ II. p. 288.
LXXXI. ℣ VIII. p. 237.
LXXXIX. ℣ XXX p. 586.
LXXXIX. ℣ XXXV. p. 248.
CXVI. ℣ XI. p. 347.
CXLVII. ℣ XIX. p. 288, 389.

Proverbiorum.
Cap. I. ℣ XVII. p 226.
VIII. ℣ XXII. p. 609.
XX. ℣ IX. p. 610.

Jeſaias
Cap. I. ℣ I p 530.
----- ℣ III. p. 640.
VI. ℣ I. p. 223.
Cap. VII. p. 343.
IX. ℣ V. p. 586.
XI. ℣ VI. p. 394.
XVI. ℣ II. p. 653.
XXXIII. ℣ XIV. p. 561.
XLIV. ℣ ultimo p. 290.
XLV ℣ I. p. 290.
LIII. p. 343.
LXI. ℣ V. p. 366.
LXIII. ℣ III. p. 402.
LXV. ℣ V. p. 561.
LXV. ℣ XXV. p. 394.

Jeremias.
Cap. I. ℣ I. p. 530.
VII. ℣ XXXI. p. 479.
XIII. ℣ XXIII. p. 610.
XXIII. ℣ VI. p. 364.
XXIV ℣ I. p. 614.
XIX. ℣ V. p. 479.
XXXVIII. ℣ VI. & XXVIII. p. 619.
XXIX. ℣ XXVI. p. 527.
XL. ℣ I. p. 619.
XLIII. ℣ VI. p. 614.
LI. ℣ XXVII. p. 594.

Ezechielis.
Cap. I. ℣ I. p. 223, 530.
XIII. ℣ XVIII.
XXI. ℣ VII. p. 46.
----- ℣ XXVI. p. 239.

Danielis.
Cap. I. ℣ I. p. 531.
II. ℣ XIX. p. 223.
II. ℣ XXVIII. p. 223.
II. ℣ I. p. 225.
II. ℣ XLIV. p. 586.
VIII. ℣ VI. p. 226.
II. ℣ p. 377.
VIII. ℣. XXVI. p. 527.
XII. ℣ XI. p. 561.
XII. ℣ VIII. p. 527.

Hozeæ.
Cap. I. ℣ I. p. 531.
III. ℣ V. p. 364.

Joëlis.
Cap. II ℣ XXVIII. p. 45, 46, 225, 228.

Michæ.
Cap. V. ℣ I. p. 343.

Zephaniæ.
Cap. I. ℣ IX. p. 265.

Haggeæ.
Cap. I. ℣ VIII. p. 228.

Zachariæ.
Cap. IX. ℣ IX. p. 364.
----- ℣ X. p. 586.

Malachiæ.
Cap. III. ℣ I. p. 612.

Liber Tobiti.
Cap. V. ℣ XV. p. 606.
XII. ℣ XV. p. 606.

Judithæ Liber.
Cap. IX. ℣ XIII. p. 606.
X. p. 606.
X. ℣ XVIII. p. 606.
XI. p. 606.
XII. p. 606.

Baruci Liber.
Cap. I. ℣ III. p. 614.
℣ X. p. 614.

Maccabæorum Lib. I.
Cap I. ℣ IV, IX. p. 604.
I. ℣ VII. p. 615.
VI. ℣ IV p. 615.
VIII. ℣ XVI. p. 615.
℣ VII. p. 616.
IX. ℣ III. & XVIII. p. 617.
XII. ℣ XXI. p. 617.

Liber II.
Cap. I. ℣ XVI. p. 615.
I. ℣ XI. p. 616.
I. ℣ I. & X. p. 618.
I. ℣ XIX. p. 618.
II. ℣ IV. p. 618.
II. ℣ XXIV. p 604, 621.
VIII. ℣ XX. p. 621.
IX. ℣ V. p. 615.
℣ VII. p. 615.
℣ XXVIII. p. 615.
XIV. ℣ XLI. p. 622.
XII. ℣ XLIII. p. 623.

Eccleſiaſticus.
Cap. I. ℣ IV. p. 609.
III. ℣ IV. p. 600.

Cap xxiv. ℣ x. p. 609.
xxv. ℣ xxxi. p. 609.
xxix ℣ xv. p. 609.
xlii. ℣ xv. p. 610.
xlvi. ℣ xxiii. p. 610.
xlviii. ℣ p. 612.

Liber Sapientiæ.
Cap. viii. ℣ xix p. 607.
ix ℣ vii, viii. p. 607.
x. ℣ vii. p. 607.
x. ℣ vi. p. 608.
xiv. ℣ xv. p. 607.
xii. ℣ v. p. 608.
xvi. ℣ xx. p. 608.
xvi. ℣ xxii. p. 608.

Adject. ad Librum Estheræ.
Cap. xi. ℣ ii. p. 612.
xii. ℣ ii. p. 612.
xii. ℣ vi. p. 612.
xii. ℣ v. p. 613.
xv. ℣ vii. p. 613.
xvi. ℣ x. p. 613.

Matthæi.
Cap. iii. ℣ xvii. p. 239.
v. ℣ xxii. p. 478.
v. ℣ xxxi. &c. p. 610.
xvii. ℣ v. p. 238.
x. ℣ viii. p. 529.
xvi. ℣ xxiii. p. 553.
xix. ℣ vii. &c. p. 610.
xix. ℣ xxiii. p. 553.
xxiii. ℣ xix. p. 643.
xxv. ℣ xl. p. 561.

Marci.
Cap. ix. ℣ xi. p. 612.
xv. ℣ xxi. p. 621.

Lucæ.
Cap. ii. ℣ ultimo. p. 184.
℣ xxxii. p. 586.
i. ℣ xxii. p. 223.
i. ℣ ii. p. 636.
x. ℣ xv. p. 554.
xvii. ℣ x. p. 610.
xvii. ℣ xx. p. 586.

Johannes.
Cap. ii. ℣ iv. p. 643.
iii. ℣ xvii. p. 402.
xiv. ℣ iii. p. 588.

Cap. xviii. ℣ xxxvi. p. 586.
xviii. ℣ xxxi. p. 614.

Acta Apostolorum.
Cap. ii. ℣ iv. p. 556.
iii. ℣ xxi. p. 216.
vii. ℣ xxx. p. 224.
viii. ℣ xix. p. 305. & ℣ xx. p. 529.
ix ℣ iv. p. 239.
x. ℣ xiii. & xv. p. 239.
viii. ℣ x. p. 4.
℣ xxvii. p. 201.
xi. ℣ xxvi. p. 66.
xii. ℣ xli. p. 223.
xvi. p 47.
xiv. ℣ xvi. p. 289, 343, 389.
xiv. ℣
xvii. ℣ xxx. p. 289, 389.
xx. ℣ xxiv. p. 392.
xxi. ℣ 9. p. 45, 46.

Epist. ad Romanos.
Cap. i. ℣ ultimo. p. 607.
iii. ℣ i, ii. p. 289.
viii. ℣ xviii. p. 610.
ix. ℣ iv. p. 289.
x. ℣ xix. p. 289.
xv. ℣ xxvi.

I ad Corinthios.
Cap. xi. ℣ 5. p. 45, 46.
ii. ℣ vii & viii. p. 389.
i. ℣ xxx. p. 643.
iii. ℣ xiii. p. 567, 568.
xv. ℣ lv. p. 554.
℣ xliii. p. 569.
℣ lii. p. 570.

II ad Corinthios.
Cap. v. ℣ i. p. 560, 570.

ad Ephesios.
Cap. ii. ℣ viii. p. 609.

ad Colossenses.
Cap. ii. ℣ xx p. 643.
iii. ℣ ii. p. 555.

I ad Thessalonicenses.
Cap. iv. ℣ xv, xvi. p. 570.

I ad Timotheum.
Cap. i. ℣ 15. p. 3.

II ad Timotheum.
ii Epist. cap. iii. ℣ xvi. p. 604.
ii Tim. cap. iv. ℣ i. p. 588.

ad Hebræos.
Cap. i. ℣ i. p. 223.

Jacobi.
Cap. iii. ℣ ii. p. 595, 610.

I Petri.
Cap. ii. ℣ v. p. 643.

II Petri.
Cap. i. ℣ xix p. 604.
2 epist. cap. ii. ℣ xv. p. 529.
2 epist. cap iii. ℣ xii. p 587.

I Johannis.
1 Epist. cap. i. ℣ vii. p. 570.
cap. i. ℣ viii. p. 595.

Judæ.
℣ vi. p. 561.

Apocalypseos.
Cap. i. ℣ xviii. p. 554.
℣ vi. p. 570.
ii. ℣ xx. p. 500.
vi. ℣ viii. p. 554.
viii. ℣ iii. p. 643.
xiv. ℣ xiii. p 560, 570.
xvii. ℣ xvi. p. 496.
xviii. ℣ 8. p. 454, 496.
xix. ℣ iii. p. 496.
xx ℣ xiii. & xiv. p. 554.
xxii. ℣ xviii. & xix. p. 630.

IN-

INDEX AUCTORUM

Qui hoc libro citantur, illuſtrantur, emendantur aut refutantur.

A.

ABraham Seba, Rabbi, p. 228.
Aben Eſra, p. 551.
Aben Ezra, p. 104. 201. 231.
Abydenus, p. 459.
Ælianus, p. 54. 139. 195. 245. 443.
Æmylius Probus, p. 615.
Æſchylus, p. 268. 470.
Agatharcides, p. 203.
Agathias, p. 102.
Aitzma (*J.*) p. 59. 64. 65. 68. 78. 83. 88. 89. 92. 95. 97. 98. 111. 126. 128. 130. 137. 138. 144. 145. 155. 161. 173. 182. 183. 193. 194. 195.
Alexander Polyhiſtor, p. 485.
Aliaco, p 213.
Allatius (*Leo*) p. 444.
Alphæus Epigrammatarius, p. 451.
Alſtedius, p. 64. 79. 88. 96. 121 139. 143. 146. 158. 166. 174. 176. 199.
Ambroſius, p. 527. 528. 565. 566. 638.
Ammianus Marcellinus, p. 47. 129. 149 281. 292. 414. 415. 649. 650. 651. 654. 655
Antimachus (*Marcus*) p. 6. 343
Antipater Theſſalonicenſis, p 4
Apollodorus, p. 52. 56 112. 113. 115. 427. 429. 430. 431. 432.
Appianus, p. 269. 616. 652.
Apuleius, p. 470.
Aratus, p. 594.
Aretinus (*Franciſcus*) p. 520. 521.
Ariſtophanes, p. 4. 471.
Ariſtoteles, p. 58. 97. 99. 113. 116. 121. 139. 432. 438. 439. 472. 506.
Arnobius, p. 265. 307. 483. 533.
Arnoldus (*Chriſtophorus*) p. 453.
Arrianus, p. 5. 652.
Artemidorus, p. 105. 203. 482.
Aſcenſius, p. 390.
Aſotus, p, 568.
Athanaſius, p 465. 559. 575.
Athenæus, p. 381. 481.
Athenagoras, p 52. 133. 314. 319. 322. 323. 499. 599.
Auguſtinus, p. 43. 44. 65. 91. 122. 126. 127. 135. 139. 214. 250. 251. 252 278. 279. 307. 309. 310. 314. 322. 323. 329. 340. 376. 388. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 415 416 417. 418. 420. 421. 423. 423. 424. 458. 459. 492 523. 532. 533. 559. 561. 562. 567. 580. 600. 611. 612. 622. 623. 630.
Aulus Gellius V. Gellius.
Azarias (*Rabbi*) p. 227. 229.
Auzonius, p. 116.

B.

BArradius, p. 635. 637. 640. 641. 642.
Balduinus, p. 550.
Baronius, p. 48. 50. 96. 209. 217. 218. 297. 324. 344. 382. 424. 032. 641. 642.
Bartholinus (*Thomas*) p. 216.
Baſelius (*Nicolaus*) p. 215.
Baſilius (*Seleuc.*) p. 410. 575.
Baſilius (*Magnus*) p. 517. 566.
Benjamin, p. 201.
Beroſus, p. 484.
Becanus (*Geropius*) p. 654. 645.
Bechai (*Rabbi*) p. 479.
Becmannus (*Chriſtianus*) p. 3. 8. 222.
Beverovicius refutatus, p. 45.
Bellarminus, p. 60. 217. 236. 237. 301. 568.
Beda, p. 524.
Bernardus, p. 214. 510.
Betuleius (*Xyſtus*) p. 458.
Beyerus (*Andreas*) p. 250. 388.
Blondellus, p. 7. 58. 59. 72. 132. 196. 271. 288. 290. 295. 297. 300. 310. 319. 323. 325. 326. 327. 331. 334. 337. 338. 340. 344. 346. 352. 355. 357. 361. 362. 370. 371. 376. 378. 384. 385. 387. 401. 405. 413. 414. 420. 426. 429. 453. 454. 455. 456. 492. 493. 500. 528. 566. 571. 585. 596. 597. 598. 603, 604. 623 645.
Bochartus (*Samuel*) p. 7. 69. 70. 71. 97. 98. 104. 105. 203. 464. 486. 590. 591. 593 594. 657.
Boëthius, p. 54. 510.

Biſo-

Boiſſardus, p. 62. 67. 68. 72. 73. 77. 78. 83. 92. 95. 103. 104. 105. 106. 108. 109. 111. 113. 122. 123. 138. 140. 142. 143. 149. 150. 155. 156. 158. 159. 160. 164. 166. 175. 176. 181. 183. 184. 192. 193. 195. 330.
Bonaventura, p. 627. 628.
Boxhornius, p. 369. 374. 365. 658.
Brigitta, p. 6. 209. 210.
—— ejus revelationes, p. 209. 210. 213. 214.
—— falſæ, p. 213. 214.
Briſſonius (*Barnabas*) p. 269.
Bucholzerus, p. 121. 139. 146. 158. 432. 464.
Buxtorfius, p. 227. 581.
Bzovius, p. 59.

C.

CAjetanus, p. 605. 635. 638.
Callimachus, p. 174.
Calviſius, p. 255. 432. 464.
Canterus (*Guillelmus*) p. 435.
Capellus (*Ludovicus*) p. 432.
Capitolinus (*Julius*) p. 285.
Caſtalio, p. 159. 598.
Caſſiodorus, p. 559.
Caſaubonus, p. 266. 481. 483.
Caſtilio, p. 465.
Catharina Senenſis, p. 60.
—— cujas ſit, p. 210.
—— quando vixit, p. 210.
Catullus, p. 407.
Cedrenus, p. 138. 139. 199.
Celſus, p. 325. 326. 327. 328. 350.
Chemnitius (*Martinus*) p. 627.
Chriſtophorſonus, p. 406.
Chryſoſtomus, p. 67. 418. 519. 520. 593. 640.
Cicero, p. 4. 8. 105. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 222. 223. 240. 242. 256. 277. 335. 336. 342. 354. 355. 356. 357. 358. 361. 367. 378. 421. 438. 439. 443. 449. 472. 476. 538.
Cinna, p. 437.
Clemens Alexandrinus, p. 52. 55. 58. 59. 67. 88. 89. 120. 133. 165. 195. 287. 288. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 314. 322. 337. 353. 434. 438. 463. 467. 485. 489. 491. 492. 518. 532. 599. 603.
Clemens Romanus, p. 297. 298. 299. 300. 303. 644.
Cleopaſſius (*Lælius*) p. 73. 110. 137. 143. 154. 160. 171. 178. 193. 198.
Claudianus, p. 102. 201. 260. 435. 507.
Coſta (*Joſephus à*) p. 211.
Choquier, p. 59.
Conſtantinus Magnus, p. 314. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 354. 373. 406. 407. 408. 512.
Cocquæus, p. 420. 421.
Colæus Samius ante illum nemo uſque ad Gades transfretavit, p. 649. 650.
Craſſetus, p. 64 65. 68. 70. 114. 287. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 310. 314. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 370. 376. 389. 408. 409. 410. 411. 412. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 428. 477. 493. 531. 532. 571. 572. 577. 578. 579. 593. 596. 597. 598. 599. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 612. 613. 614. 615. 617. 619. 620. 623. 624. 627. 628. 629. 630. 644. 645. 647. 648.
Curoplatis (*Johannes*), p. 192.
Cuperus, p. 444.
Cunæus, p. 524. 525.
Curtius, p. 615. 652.
Cyrillus Alexandrinus, p. 51 250. 310. 444. 611.
Chryſippus, p. 94.
Cyprianus, p. 562.

D.

DAmaſcenus (*Joh.*) p. 575.
Damaſcenus (*Nicolaus*) p. 594.
Danæus, p. 250. 251. 252. 254.
David Kimchi, p. 227. 232. 233. 234. 250. 251. 479.
de Dieu (*Ludovicus*) p. 630.
Delrio, p. 2. 47. 48. 206. 208. 212. 213. 214. 215. 229. 231. 233. 234.
Diaconus (*Paulus*) p. 642.
Dion, p. 51. 201. 530. 343. 362. 367. 447. 448. 495.
Diogenes Laërtius, p. 120. 432. 433. 463.
Dionyſius Halicarnaſſæus, p. 52. 58. 114. 115. 132. 148. 271. 272. 273. 274. 279. 281. 285. 286. 327. 329. 330. 332. 333. 337. 341. 342. 345. 349. 350. 357. 378. 454. 479.
Diodorus Siculus, p. 3. 6. 52. 59. 88. 113. 139. 203. 218. 245. 246. 292. 380. 428. 435. 467. 506. 550. 551. 615. 653.
Dioſcorides, p. 472.
Druſius, p. 238. 480.

E.

EIndius, p. 649. 650.
Ephorus, p. 98.
Epiphanius, p. 251. 253. 154. 255. 514. 515. 516. 517. 518. 638. 939. 641.
Eraſmus, p. 54. 116. 469. 470. 471. 477.
Eratoſthenes, p. 138.
Eugubinus, p. 228.
Euſebius, p. 58. 67. 113. 114. 115. 130. 131. 132. 138. 139. 314. 325. 349. 351. 352. 353. 354. 376. 382. 383. 388. 390. 397. 415. 420. 429. 433. 459. 462. 463. 464. 484. 485. 489. 491.

491. 492. 495. 512. 513. 514. 534. 546. 579. 580. 581. 593. 599. 600. 638. 656.
Euripides, p. 267. 268.
—— ejus Scholiastes expositus, p 268.
Euthymius, p. 638.
Eustathius (*Homeri Scholiastes*) p. 5. 79. 98. 473. 593. 594.

F.

FRanc. (*Sebastianus*) p. 59. 64.
Fabritius (*Laurentius*) p. 239.
Faber (*Petrus*) p. 388.
Fenestella, p 332.
Ferrarius, p. 487.
Festus, p. 97. 98.
Fungerus, p. 6. 222. 528.

G.

GArsonus (*Thomas*) p. 94. 109. 137. 161.
Gellius (*Aulus*) p. 52. 148. 149. 275. 432. 435. 439. 443.
Gelasius (*Papa*) p. 614.
Germanus, p. 390.
Glycas, p 200.
Gregorius Nazianzenus, p. 135. 533. 566.
Gregorius Nyssenus, p. 611. 630.
Grotius (*Hugo*) p. 480.
Gruterus (*Janus*) p. 261. 270. 275. 276. 277. 307.

H.

HArpocration, p 464.
Hermas, p. 135. 499.
Hermias, p. 113.
Hermippus, p. 113.
Herodianus, p 495.
Herodotus, p 50. 69. 265. 269. 432. 435. 436. 441. 444. 462. 463. 530. 538. 548.
Hesiodus, p. 380. 381. 390. 465. 473. 474. 476. 478. 491.
Hesychius, p. 5. 463. 464. 483. 656.
Hieronymus, p 48. 49. 50. 51. 59. 135. 139. 203. 249. 297. 298. 299. 310 314. 323. 340. 392. 408. 413. 414. 420. 421. 422. 423. 424. 502. 523. 524. 562. 584. 585. 593. 607. 614. 630. 631. 637. 638. 652. 653.
Homerus, p. 52. 87. 89. 97. 113. 121. 219. 241. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 440. 441. 442. 443. 444. 462. 465. 470. 473. 474. 475. 476. 478. 491. 534.
Hordalius (*Johannes*) p. 205. 206.
Horatius, p 385. 489. 653.
Huetus, p. 564.

I.

JArchi (*Rabbi*) p. 231.
Irenæus, p. 310.
Johannes Gerardus, p. 528.
Jonathan (*Rabbi*) p. 238. 249. 459. 551.
Jordanus, p. 157.
Josephus (*Flavius*) p. 7. 52. 63. 70. 197. 199. 200 202. 229. 235. 236. 254. 362. 365. 435. 459. 460 461. 463. 465. 466. 484. 593. 594. 613. 620. 621. 650.
Irenæus, p. 522. 523. 581. 584. 585.
Isidorus (*Hispalensis*) p. 6. 55. 56. 58. 59. 72. 89. 96. 97. 98. 104. 112. 122. 138. 145. 147. 148. 156. 259. 413. 437. 465. 483. 580.
Juchasin, p 201.
Junius (*Patricius*) p. 299. 303. 304.
Junilius, p. 314.
Justinianus, p. 105.
Justinus, p. 380. 548. 615.
Justinus (*Martyr*) p. 4. 52. 58. 67. 96. 102. 133. 135. 292. 299. 302. 303. 305. 306. 307. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 325. 328. 331. 332. 334. 336. 337. 338. 353. 435. 444. 453. 466. 482. 491. 492. 502. 509. 510. 511. 512. 573. 581. 599. 600. 644. 645. 646.
Juvenalis, p. 31. 52. 265. 387. 434.

K.

KAbbalistica vanitas viguit tempore Montani, p. 501.
Kimchi V. David,

L.

LA Cerda (*Ludovicus de*) p. 4. 174. 370. 407.
Lactantius, p. 4. 5. 6. 52. 55. 56. 58. 60. 61. 62. 65. 67. 69. 73. 77. 78. 87. 96. 97. 98. 109. 112. 113. 115. 121. 134. 138. 140. 144. 145. 147. 148. 156. 157. 164. 173. 174. 183. 195. 219. 222. 260. 261. 274. 309. 314. 325. 330. 332. 333. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 353. 413. 414. 415. 416. 420. 421. 422. 428. 430. 436. 453. 456. 466 479. 502. 533. 551. 565. 574. 577. 578. 579. 580. 581. 585. 599. 603. 617. 653.
Langus (*Johannes*) p. 315. 511. 512. 583.
à Lapide (*Cornelius*) p. 48. 50.
Lælius Cleopassus, p. 82. 94.
Ligtfoot, p. 238.
Lipsius, p. 206.
Livius, p. 28. 51. 131. 256. 269. 270. 272. 273. 277. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 309. 334. 592. 622.
Lorinus, p. 422.
Lucanus, p 50. 52. 370. 415. 416. 534
Lucianus, p. 256. 265. 266. 438. 472. 476. 487. 506. 507. 649. 650. 652. 654.
Lucretius, p. 36.
Lycophron, p. 98. 120.
Lyranus, p. 229.

M. Ma-

M.

Macrobius, p. 272. 385. 656.
Magius (*Hieronymus*) p. 444.
Maimonides (*Rabbi*) p. 229. 365. 366.
Marcianus, p. 98.
Marckius, p. 425. 426. 596. 597. 598. 603. 604. 645. 646.
Mareſius (*Samuel*) p. 375. 500. 501.
Maria ex Caſſobelis, p. 201.
Marshamus, p. 255. 433. 434. 440.
Martianus Capella, p. 53. 58. 87. 88. 145. 165. 267. 534.
Martialis, p. 371. 481.
Martinius (*Matthias*) p. 3. 4. 63.
Martyr (*Petrus*) p. 525.
Matthieu (*Pierre*) p. 206.
Minucius (*Fœlix*) p. 467. 617.
Moebius (*Georgius*) p. 239. 528.
Moine (*Pierre le*) p. 205.
Molinæus (*Petrus*) p. 362. 367. 376. 377. 379.
Montanus (*Arias*) p. 72. 82. 94. 109. 136. 143. 161. 172. 181.
Mornæus, p. 550.

N.

Neander (*Michaël*) p. 2. 3. 53.
Nemeſianus, p. 407.
Nepos (*Cornelius*) p. 433.
Nicetas, p. 184.
Nicephorus, p. 635. 636. 638. 639.
Nubienſis, p. 201. 202.

O.

Obadia (*Rabbi*) p. 567.
Oecumenius, p. 638.
Onomai teſtimonium de Oraculo Cræſo dato, p. 534. 543.
Oleaſter, p. 229.
Onkelos (*Rabbi*) p. 24[illegible].
Onomacritus, p. 485.
Onuphrius (*Panvinius*) p. 6. 7. 61. 87. 96. 113. 138. 156. 276. 277.
Opſopæus (*Johannes*) p. 72. 91. 109. 111. 134. 136. 140. 158. 159. 166. 176. 194. 243. 481. 598. 603.
Optatus, p. 314.
Origenes, p. 52. 135. 136. 165. 325. 326. 327. 328. 329. 350. 416. 467. 489. 518. 522. 559. 564. 565. 600. 638. 639.
Oroſius, p. 495. 641.
Orpheus, p. 359.
Ortelius, p. 68. 650. 654. 655.
Oudaan (*Joachimus*) p. 53.
Ouzelius, p. 388.
Ovidius, p. 50. 53. 87. 98. 100. 101. 116. 117. 129. 268. 309. 380. 387. 393. 394. 395. 396. 415. 445. 498. 617. 622.

P.

Palladius, p. 314.
Papias, p. 217.
Paræus, p. 51.
Paſquier, p. 206.
Paulus Venetus, p. 605.
Pauſanias, p. 52. 54. 58. 59. 61. 62. 71. 88. 92. 113. 129. 184. 195. 203. 240. 256. 311. 334. 427. 439. 441. 445. 446. 447. 451. 465. 475. 489. 550. 603. 615. 617.
Perronus, Cardinalis, 569.
Perſius, p. 367.
Peucerus, p. 2. 6. 48. 62. 79. 80. 81. 87. 89. 113. 225. 244. 245. 246. 528.
Philetus Epheſius, p. 53.
Philo (*Judæus*) p. 254. 486.
Philo Biblius, p. 388.
Philoſtratus, p. 534. 650. 652. 653.
Philoſtorgius, p. 590.
Phlegon, p. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 158.
Photius, p. 298. 300. 301.
Phocylides, p. 359.
Pindarus, p. 486.
Platina, p. 209.
Plato, p. 52. 219. 255. 315. 4[illegible]2.
Plautus, p. 105. 267. 269. 470.
Plinius, p. 30. 52. 54. 98. 139. 147. 148. 149. 158. 166. 201. 242. 434. 441. 463. 466. 472. 491. 592. 603. 656.
Plinius Cæcilius ſecundus, p. 482.
Plutarchus, p. 47. 50. 59. 88. 129. 243. 244. 246. 256. 285. 329. 334. 476. 477. 479. 481. 533. 590. 615. 617.
Pomponius Mela, p. 652.
Portus (*Jacobus du*) p. 432. 436.
Portus (*Æmilius*) p. 512.
Poſſevinus (*Antonius*) p. 64. 67. 71. 196. 2[illegible]7. 300. 301. 427. 452. 453. 456. 457. 467. 495. 496. 498. 499.
Priſcianus, p. 653.
Proclus, p. 91.
Procopius, p. 102. 651.
Propertius, p. 116. 269. 309.
Proſper, p. 314.
Prudentius, p. 259. 574.
Ptolomæus, p. 139. 590. 592.
Ptolomæus Philopator, p. 443.

R.

Reuchlinus, p. 219.
Rhodiginus (*Cœlius*) p. 6. 165. 244.
Ribera, p. 229. 234.
Roſſenſis, p. 568.
Ruilius, p. 109. 137. 161. 172. 181. 198.
Rutilius Claudices, p. 278.

S.

Salmaſius, p. 5. 7. 60. 88. 96. 117. 119. 146. 156. 267. 287. 306. 483. 592.
Salvianus, p. 477.
Salianus, p. 234.
Saubertus, p. 478.
Scaliger, p. 120. 287. 462. 464.
Schelomo (*Rabbi*) p. 228. 250. 364. 459.
Schmidius (*Eraſmus*) p. 54. 67. 68. 87. 88. 91. 114. 115.

115. 121. 122. 139. 146. 271. 277. 598. 599.
Schrieckius, p. 80.
Schotanus, p. 370.
Seneca Poëta, p. 241. 387. 506.
Seneca, p. 50. 260. 335.
Servius, p. 6. 79. 117. 145. 148. 149. 278. 370. 377. 390. 418. 470.
Serrarius, p. 234.
Severus (*Sulpitius*) p. 307. 585.
Seldenus, p. 250. 388. 550.
Sibylla, p. 48. 49. 50. 52. 53. 54. 55 58. 59. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 81. 119. 120. 157. &c. 311. 312. 313. &c. 455. &c. 457. 461. 468. 469. 470. &c. 481. &c. 496. 497. 498. 507. &c. 578. &c. 616.
Sigebertus, p. 209.
Silius (*Italicus*) p. 98. 309. 414. 444. 487. 656.
Simson, p. 62. 89. 90. 113.
Sixtus Senensis, p. 48. 82. 95. 110. 143. 154. 155. 161. 172. 173. 181. 287. 638.
Socinus, p. 8. 51. 52.
Solinus Polyhistor, p. 5. 52. 58. 60. 87. 88. 89. 99. 104. 113. 116. 147. 148. 256. 470. 592. 642.
Sophocles, p. 360.
Sophoclis scholiastes expositus, p. 268.
Sosomenus, p 217. 243. 314.
Spanhemius (*Pater*) p. 225.
Spartianus (*Ælius*) p. 256. 306. 482.
Spencerus, p. 230.
Sponius (*Jacobus*) p. 89. 262.
Statius, p. 267. 360.
Stephanus, p. 69 156. 158. 477. 650.
Strabo, p. 12. 52. 53. 98. 113. 139. 139. 158. 174. 201. 203. 244. 443. 472. 590 591. 592. 593. 615.
Suetonius, p 256. 259 275. 329. 345. 362. 365. 367. 375. 449. 481. 617.
Suetonius, p. 239. 240. 320. 385.
Suidas, p. 3. 6. 7. 52. 56. 57. 59. 60. 62. 64. 65. 67. 68. 87. 88. 89. 113. 115. 138. 148. 156. 157. 165. 195. 476. 506. 654.
Surius, p. 209.
Syncellus, p. 79. 255.
Synesius, p. 465.

T.

Tacitus, p. 47. 240. 275. 320. 329. 362. 365. 375. 449. 455. 489. 534. 620. 654. 655.
Talmud Babylonicum, p. 227.
Talmud Hierosolymitanum, p. 235.
Tatianus, p. 433. 491. 492. 599.
Tertullianus, p. 133. 254. 255. 268. 314. 388. 409. 426. 449. 450. 451. 466. 467. 492. 499. 501. 522. 525. 526. 533. 560. 562. 573. 574. 581. 584.
Theodoretus, p. 2. 200. 201. 301. 303. 590.
Theophilus Antiochenus, p. 52. 133. 322. 323. 573. 599. 603.
Theophylactus, p. 638.
Tholosanus, p. 240.
Thomas Aquinas, p. 528. 606. 638.
Thucydides, p. 441.
Tibullus, p 149. 157. 174.
Tilman (*Godefridus*) p. 517.
Tostatus, p. 229.
Trebellius Pollio, p. 651.
Trogus, p. 380.
Turnebus, p. 390. 481.
Tzetzes, p. 185. 190. 191. 192. 193. 464.

V.

Van Dalen, p. 240. 244.
Valerius Maximus, p. 131. 223. 285. 549. 550.
Valesius, p. 134. 513.
Varro, p. 4. 56. 58. 87. 98. 145. 149. 183. 222. 279. 332. 342. 429. 430 439. 443.
Vatablus, p. 238.
Velleius, p. 433.
Victor (*Aurelius*) p. 380.
Virgilius, p. 27. 28. 50. 52. 59. 98. 99. 100. 101. 103. 115. 116. 129. 157. 241. 242. 261. 262. 263. 264. 265. 267. 269. 354. 365. 369. 370. 371. 372. 373. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 429. 437. 470. 476. 487. 505. 533.
Viterbiensis (*Joan. Annius*) p. 67. 68.
Vitringa (*Campegius*) p. 462.
Vitruvius, p. 482.
Vives (*Ludovicus*) p. 54. 65. 68. 377. 415. 416.
Voetius (*Gysbertus*) p 47. 205.
Volaterranus, p. 209.
Vopiscus (*Flavius*) p. 261. 266. 269. 280. 281. 287. 449.
Vossius (*Isaacus*) p. 119. 121. 287. 291. 296. 319. 342. 418. 501. 552. 588 591. 592. 594.
Vossius (*Gerardus Joan.*) p. 488. 492.
Ursinus (*Fulvius*) p. 308.
Ursinus (*Joh. Henric.*) p. 453. 468.
Usserius, p. 377. 382.

W.

Witzius, p. 231.
Wolphius, p. 47. 54. 192. 208. 209. 210. 211.

X.

Xavier, p. 630. 642. 643. 644.
Xenophon, p. 4. 69. 70. 243. 252.
Xiphilinus, p. 448.

Z.

Zenodotus, p. 463. 470. 471.
Zozimus, p. 113, 118. 120. 121. 184. 188. 190. 192. 256. 350. 449.
Zonaras. p. 191.

INDEX
RERUM ET VERBORUM

Maxime Memorabilium quæ in hiſce Diſſertationibus continentur.

A.

ABrahamus Aſtrologiæ inventor, pag. 484. 485
Achilles male à Conſtantino cum Chriſto comparatur, 402
Acroſtichis an Sibyllæ Erythrææ ſit attribuenda, 114. 130. 351. non fuit ab Auguſtino in Latinum ſermonem converſa, 126
Acroſtichis Sibyllæ Erythrææ attributa, 123. 124. 125. 126. 151. non potuit conſcribi à furioſa, 129. 130. eſt ſuppoſititia, 130. 131. 351. 354. non fuit à Cicerone lecta, 131. 132. 133. 354. antiquis Eccleſiæ patribus nunquam fuit viſa, 133. 134. non extitit in exemplari quod Tarquinio fuit venditum, 351. 353. quando fuit compoſita, 353. 354. non fuit à Conſtantino lecta, 355. patres antiqui non noverunt acroſtichidem, 502
Adami nomen utrum ſit tetragrammaton, 551. 55
Adamus, an in Paradiſo Celtice ſit locutus, 81. nunquid ſignificet quatuor mundi plagas, 552
Adrianus, unde illud nactus ſit nomen, 494
Ἄδης plerumque rem malam denotat, 553
Ἄδης, unde derivetur, 353. 354
Ægyptia Sibylla, 195. ubinam prophetavit, 195. cur ſic dicta, ibid. quando prophetavit, ibid. nomen ejus quodnam, eſt incertum, 196. non fuit Regina Sabæ, ibid. non potuit videre templi Hieroſolymitani aut Veſtalis conflagrationem, ibid. ejus nomen, 198
Ægyptii Urim & Thummim olim imitari voluerunt, 245. Aſtrologiæ inventores, 484. 485
Æneas quando mortuus ſit, 147
Ægialeæ ſive Sicyonis imperium quis condidit, 489
Agrippina Sibylla, unde ſic dicta, 194. 195. ejus oracula, 194. ubinam nata, 105. quando, ibid.
Αἰώνιοι θεωρίαι quid ſint, 119
Alazonium flumen, 272
Albunæ quænam, 47
אישׁ, 79
אל, ibid.
אלהים, 551
Ales, urbs a quo fuit condita & qua de cauſa, 653
Alexandria unde ſic dicitur, 62
Alexandrini Reges quodnam habuerunt nomen ſucceſſivum, 7
Amalthea, Tarquinio vendidit oracula Sibyllina, 311
Ambarvale ſacrificium quomodo peragebatur, 121
Ancyra urbs Phrygiæ, 166
Angela, Sancta, inter prophetiſſas à non-

nonnullis habita, 209
Animæ, nunquid igne extremi judicii ſint purgandæ, 564. 565. 566. 567. 568. &c. 570. &c.
Anien fluvius, ubi ſitus & unde nomen hauſerit, 175
Anima Sibyllæ pervadet alites, 120. & pecora, 120. utrum omnes ad inferos deſcendant, 560. an ab inferis ſint reducendæ, 561
Anoa urbs, 68
Antiphilus, 446
Antri Sibyllini deſcriptio, 100. 101. 102. 103. 104
Antrum Jovis Trophonii, 241
Apamea civitas ubinam ſita ſit, 591
A quo ſit condita, 591. unde nomen ſit ſortita, 592. olim quomodo fuerit vocata, ibid. ejus varia nomina, ibid.
Apium, herbæ genus quæ riſu homines necat, 475
Apocryphi libri ſcatent mendaciis & fabulis, 604. 606. merito rejiciuntur à Reformatis, 604. non ſunt divinitus inſpirati, 604. magiſtraliter à Concilio Tridentino in Canonem fidei fuerunt admiſſi, 605
Apollo Smynthius, 89. Gergithius, 158. Palatinus cur vocetur, 385. Carminum Heroicorum inventor habetur, 466
Aquæ albulæ cur dicantur, 174
Ararat eſt in Armenia, 590. montes in Armenia, ibid.
Arca Noæ non ſubſtitit in Phrygia, 591. ſed in Armenia, 594
Arca fœderis olim non fuit à Jeremia conſervata ab incendio, 620. in deſtructione Hieroſolymæ non fuit in templo, ibid.
Aranea quæ ridendo cogit mori, 472
Artiani quandi innotuerunt, 302 non multi interfuerunt Concilio Niceno, 348
Arithmetica, Enochi inventum eſſe perhibetur, 485
Armenia, ibi montes altiſſimi inveniuntur, 590. ex quibus vocibus componatur hæc vox, 595
Arius rex quando vixit, 617
אשה, 79
Ἀσάρτη, 338
Aſtarte quænam fuerit, ibid.
Aſtrologia Abrahami tempore innotuit, 484. 485. Ægyptii illam docuere, 484. Chaldæi itidem, 485
Athenagoras quando floruit, 133. ejus errores, 323
Athenais Vates, quænam, 53
Αὐδάω quid ſit, explicatur, 556
Auguſtus Cæſar, olim pro Meſſia habitus, 368
Auguſtinus ſe erraſſe fatetur, 409. dubitanter de Sibyllis eſt locutus, 416. 417. 418. 419. &c.
Αὐτοχειρία illicita eſt, 622. 623

B.

BAbylon, 71. Diluvio poſterior, 71. 115. quando exſtructa, 312
Babylonica turris, 71
Balſamum planta eſt Arabica, 202
Barbariſmus quandiu duravit, 255
Baris, Dea fuit, 593
Βαεὶς, quid ſit, ibid.
Baruci liber non eſt canonicus, 614. mendacia in illo libro reperiuntur, ibid.
Bath-Kol quid fuerit, 237. 238. quando fuit in uſu maximo, 238
Beroſus Moſe eſt poſterior, 67 quando vixit, 311
Bileam mercedis erat cupidus, 529
Biblia quædam Antverpiana mutila,

la, & nonnullis additamentis quæ in ſacro Dei verbo non reperiuntur, aucta, 623. 624. 625. 626. 627
Βεβρόφεδὲς modus ſcribendi, 464. 465
Brigitta, 47. 204. ejus hiſtoria, 209. duæ fuerunt Brigittæ, ibid. non fuit Prophetiſſa, 212. 213. 214. ejus revelationes ſunt ſuppoſititiæ, 217
ב in M permutatur, 63.
בצל החלמות quid ſit, 226
בת קרל quid, 237. 238

C.

CAdmus literas Græcas introduxit, 463. quando in Græciam advenit, 464
Cæci olim vocabantur Homeri à Cumanis, 445
Cæſares, olim templa illis erigebantur, 259. 260. 261. Dii olim appellabantur, 261. ſacrificia illis offerebantur, 260. 261
Camarinam movere proverbium, unde trahat originem, 485. 486
Camarina urbs Siciliæ, 486. palus cur ſic dicatur, ibid. etymologia nominis, ibid. proverbio hoc quid ſignificetur, 487. ejus brevis deſcriptio, ibid.
Capitolium quando conflagravit, 271. 273
Cappadociæ Reges quodnam habuerunt nomen ſucceſſivum, 7. de Catharina fabulæ, 424
Carmenta Mater Evandri, 96
Carmina Heroica, quis eorum inventor, 465
Carmina illa quæ fugam idololatriæ & Dei unitarem docent non ideo ſunt vere Sibyllina, 359. 360. 361
Carmina Sibyllina, nonnulla à Judæis aliiſque fabricata fuerunt, 333. multa ſub illarum nomine fuere conficta, 334
Caſſandra, Sibylla, 183
Carthaginenſes olim liberos ſuos in honorem Saturni comburebant, 479
Catharina Senenſis, pro Sibylla à nonnullis habita, 204. Ejus vita & hiſtoria, 210. 211. 216. ejus revelationes non à Deo, 212. 213. 214
Catharina eſt Sancta fabuloſa, 267
Celænæ, urbs illa ubi fuerit ſita, 592
Celſus quando vixit, 135
Γενεὰ quot annos contineat, 118. 119
Γέννα, 478
Cerinthus quando vixit, 579. ejus blaſphemia, ibid. fuit ſemi-Judæus, 580
Chaldæi Aſtrologiæ ſunt inventores, 484. 485
Chriſtiani, quando ſic vocati, 66. 67. paganis erant contemptui, 332. piſciculi fuerunt vocati, & cur? 109
Chulda uxor Sohallumi non eſt Sibylla, 7
Cimbario, oppidum, 103
Cimmeria Sibylla eſt Cumæa, 97
Cimmeriæ tenebræ cur ſic dictæ, 97. 98
Cimmerium Aſiæ oppidum, 97. Italicum, ibid.
Cimmerii ubinam habitarint, 98
Cimmerii Italici, 97. 98. Scythæ, 97
גיאהנום 478
Clemens Romanus, non omnes ſtatuunt ſecundam ad Corinthios ejus epiſtolam quæ illi attribuitur, ab eo fuiſſe conſcriptam, 297 quando obiit, 298
Clemens Alexandrinus quando floruit, 133. ejus errores & nævi notati, 291. 292. 293. 294. 295. 296. ejus ignorantia linguæ Hebrai-

braïcæ, 294
Codrus Rex Athenienſis, 489
Commodus quando fuit trucidatus, 495. quando natus, 495. 496
Confuſio linguarum quando facta, 459. 460. 461
Conſtantinus Magnus, num fuerit mentitus, 347. 348. num legerit oracula Sibyllina, 349. 350. miſerè in alienum ſenſum torquet Virgilii eclogam quartam, 373. 382. 383. 384. 385. 386. &c. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407
Coronæ in precibus non fuere in uſu, 228
ר in ו permutatur, 63
Craſſetus patres contumelia afficit, 423. 324. 577. 578. miſere torquet & explicat Sibyllæ verba, 423. 424. fabulas narrat, 424. miſere juris prudentiam tractat, 425. 426
Creatio mundi à Sibylla prædici non potuit, 469
Cumana (Sibylla) quo loco ſit collocanda, 144. 145. ejus nomina, 145. eadem eſt cum Cumæa, 145. an hæc Regi Tarquinio lib. Sibyllinos vænales obtulerit, 145. 147. ut ut longæva fuerit, non tamen uſque ad Tarquinium vixit, 246. 147. quamdiu vixerit, 146. 147. quando floruit, ibid.
Cumæa Sibylla eadem cum Cumana, 53. 98. 99. an & eadem cum Eythræa, 97. 99. ejus mos peculiaris dandi ſua oracula, 99. de Chriſto non prædixit, 418
Cume Aſiatica, 96. nulla ibi fuit Sibylla, 99
Cumæ Italiæ civitas, 98
Cuth, Perſia, 70
Cuthæi Perſæ, 70. ſunt Samaritani, ibid.
מן quid ſit, 653
Cyrus, Perſarum Rex, 69. 70. ejus lex de equitatione, 70. quando regnavit, 158
Dagonis templi limen non licebat calcare, 265
Damnatorum pœnæ ſunt æternæ, 561. 562
Daniel Propheta quo tempore vixerit, 69
Daphne, 183
Dardanus Teucri filiam ſibi deſponſavit, 6
Deborâ non eſt Sibylla, 7. 79. eſt Miriâ junior, 7.
Decemviri quando inſtituti fuerunt, 271. quamdiu ille numerus duravit, 271. 273. ex Illuſtriſſimis eligebantur, 272. 273. poſt ex patribus & ex plebe, 273. eorum munus, 274
Deli inſulæ vaſtatio prædicta, 450. 451. 452
Dentes nudare, 471
Deucalion, hujus nominus abſurda apud Sibyllam etymologia, 557
Deus non poteſt fallere, 214. voce externa olim ſe revelavit, 223. etiam viſionibus, 223. Somniis olim ſe manifeſtavit, 224. per Bath-kol, 237
Diabolus habuit ſuas Prophetiſſas, 46. 407. cur in Vaticinatione potius fœminis quam viris uſus ſit, 48. Somniis prædicere res futuras eſt olim conatus, 244. Urim & Thummim in prædictionibus ſuis voluit imitari, ibid. habuit etiam ſua oracula, 246. utrum ſciverit Meſſiam ex virgine naſciturum, 639. 640
Dido olim Eliſſa dicta & cur, 79. quid nomen hoc ſignificet, ibid.

unde

unde nomen hoc derivetur, 79. 80. eſt vox Tyria, 80.
Diluvium Noachicum quando accidit, 71. 121. 146. Sibylla illud prædicere non potuit, 468. Ogygis quando factum fuit, 489
Διὸς ejus nominis apud Sibyllam abſurda etymologia fuit, 556. 557
Divinatio per inſpirationem non datur, ſecundum Ciceronem, 133
דברי קבלה, 3
דור, 80
Dodonæum oracullum quando fuit in uſu, 247. pro vetuſtiſſimo habetur, ibid.
Dorienſes non fuerunt Galli ſed Phœnicii, 650. 651. duplices fuerunt Galli & Græci, 649. 650
Dor, vel Dora urbs prope Carmelum, 650
Druides, illarum opinio de ſtatu animarum poſt mortem, 218
Duo Viri cuſtodiendis libris Sibyllinis olim præfecti, 270
Duumvirorum munus, ibid. Sacerdotes vocabantur, ibid. illis duo miniſtri fuere adjuncti, 270. 271. 273. quam diu illorum munus duravit, 271. quando in Denarium numerum mutati fuerunt, ibid.

E.

ECcleſiaſticus, illius libri author non eſt Salomon, 608. 609. non eſt liber canonicus, 608. 609. 610. &c. continet mendacia & errores, 609. 610. 611. 612
Ecloga quarta Virgilii expoſita, 369. 370. 371. 372. 373. 374. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. &c. nihil Divini in illa reperitur, 373. 375. 376. non eſt ex Sibyllis hauſta, 374. 377. 378. 379. 381. 382. 412. 413. in illa Virgilius non reſpexit ad oraculum de Meſſia Rege venturo, 375. eſt gentilis & Idololatriam ſapit, 370. Sibyllina carmina legere, Virgilio non erat licitum, 378. ejus ſenſus miſere à Conſtantino in alienum ſenſum detorquetur, 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 412. 413
Elam eſt Perſia, 70
Elias in ſua perſona non venit e cœlo in mundum ante ſervatoris adventum nec venturus eſt, 612
Eliſabetha Schonaugienſis pro Sibylla à nonnullis fuit habita, 204. ejus Hiſtoria, 208. 209. quando floruit, 208
Eliſſa, etymologia hujus nominis, 79. ex quibus vocibus componitur hæc vox, 80. an ſit vox Hebraica & quid illa ſignificetur, 80
Elymæi ſunt Perſæ, 70
Ελυμαίοι, 70
Ἔλυμος, ibid.
Epheſini Templi ruina prædicta, 196
Ephod non ſemper fuit indutus Sacerdos Deum conſulturus, 233. 234
Epirotica Sibylla, nihil de ejus patria innotuit, 184. an eadem cum Phrygia Erythræa, ibid. ejus nomen, ibid. ubinam oracula reddiderit, ibid. fabella quæ de hac narratur, 184. 185. ejus prophetia, 185. 188. 189. 192. 193
Equitare, Cyrus Perſas docuit, 69. 70
Eratoſthenes, 434
Erophile, varia ejus nomina, 53
Erythræa cur vocetur Sibylla, 115.

quando floruerit, 115. 121. fuit longæva, 116. 117. quot annos vixerit, 117. 118. 119. eadem est cum Cumæa & Cumana, 117. non vixit mille annos, 122
Erythræa Sibylla. ejus nomina & parentes, 113. 115. 428. 429. non est eadem cum Epirotica, 113. cujas sit, 113. 115. 428. 430. 431. duas fuisse Erythræas putant nonnulli, 113. 114. an illi sit attribuenda acrostichis, 114. an fuerit cum Noacho in Arca, 114, 115. an fuerit Noachi nurus, 114
Estheræ liber, adjectiones ad illum librum sunt genuino Estheræ libro contrariæ, 612. 613. non sunt Canonicæ, 613
Etymologia, ex ea non possunt elici certæ conclusiones, 80. Sibyllarum Etymologiæ sunt plerumque absurdæ, 556. 557. 558
Ἐπῳδὴ ἐκατονλὰς, quid sit, 119
Euergetes rex, quando obiit, 609
Europæa Sibylla, unde sic dicta, 194. ejus oracula, ibid.
Euxinum mare, unde hauserit nomen, 103
Ezechiel Propheta quo tempore vixerit, 69

F.

FAbulæ nonnullæ quæ à Crasseto narrantur, 647
Feæ, fæminarum forma & habitu erant spectra, 207
Festum immaculatæ conceptionis S. Mariæ, refutatur, 214
Figuræ Propheticæ, 192
Folia Sibyllæ, V. Sibylla Cumæa. quid significent. 601
Fœmina quæ de Juliano prophetavit, 47. cur fœminis potius donum prophetiæ fuit concessum à diabolo quam viris, ibid.
Fœmina omnis Prophetans Sibylla dicitur, 6
Fœminæ olim pro Sanctis habitæ, 47
Fœminis solis apud Mauros Prophetare licebat, ibid. pro Deabus cultæ fuerunt, ibid.
Fœminarum Vuticinantium olim fuit magna turba, ibid.

G.

G. γ. permutatur aliquando in n. 63
Galatæ unde dicti, 415
Galatia unde dicta, 414
Galli cur & unde sic dicti, 413. 414. ad quid natura sint proclives, ibid.
Gehenna, quid sit, &c, 478, quid significet, 479. unde derivetur, 479. 480. quando infernum significare cœpit, 480
Gergithii, Sibyllæ Hellesponticæ effigiem cum Sphinge monetis suis imprimi voluerunt, 157
Gergithium oppidum Sibyllæ Hellesponticæ solum natale, 157. ejus varia nomina, 158
Græca lingua V. Lingua.
Græcæ literæ olim Phœniciæ, &c 463
Græcia quando coli cœpit, 462
Græcorum mos scribendi, 464. mos Phœniciorum & Hebræorum fuit similis, 464. modus illorum scribendi antiquus, 565. quadruplex initium imperii Græcorum, 488. 490. illorum Imperium quando incepit, 600

H.

HAmmonis oraculum quando fuerit in usu, 247
Hebræi unde dicti, 71. eorum lingua

gua quamdiu duraverit ſola in mundo, 460. 461
Hercules Maguſanus antiquior Hercule Thebano, 649. non eſt idem cum Thebano Hercule, 649. 632. Moſi συγχρονος, 651. eſt Hercules Tyrius, ibid. ad Gades uſque pervenit, 652. qua forma pingatur, 652. templum illi in Gadibus & Weſtcapellæ fuit erectum, 652. 655. pro Deo fuit habitus, 652. unde Maguſanus dicatur, 653. in Gallias pervenit, 654. 655. in Zelandiam appulit, 654. quomodo ejus cultus ad Zelandos pervenit, 654. 655. quibus ritibus colebatut, 656. ſub quibus nominibus colebatur, ibid.
Helleniſmus quam diu duravit, 255. quo tempore ortus eſt, ibid.
Helleſpontica Sibylla, ejus nomen proprium, 156. ejus patria, 157. cur ita vocatur, 158. quando extitit & floruit, ibid.
Helleſpontus fretum, &c. ibid. unde ita vocatur, ibid.
Herodes pro Meſſia olim habitus, 367. 368
Herodiani, ibid.
Herophile, 88
Heroicorum carminum quis fuerit inventor, 465. an Moſes, 466. an Phemonoë, ibid.
Heſtheræ liber V. Eſtheræ liber.
Hildegardis, 74. 204. quo tempore vixerit, 208. ejus hiſtoria, ibid.
Hiſpania, ibi olim non fuerunt fodinæ auri & argenti, 617
Homerus, a qua Sibylla carmina quædam ſit mutuatus, 52. 54. 89. 90. non eſt mutuatus carmina à Sibylla, 90. 91. 435. 436. quando ſit mortuus, 147. 436. illum mendacia ſcripturum dixit Sibylla, 431. quando floruerit, 432. 433. 434. 436. quando natus, 432. 434. eſt omnium Poëtarum antiquiſſimus, 435. 436. nunquam vidit oracula Sibyllina, 436. Cujas fuerit, 438. 439. 440. 441. ſeptem numerantur civitates quæ Homerum ſuum fuiſſe civem contendunt, 439. quænam ejus fuerit mater, 440. ejus parentes, ibid. Honores quales illi fuerint delati, 441. Ludi in ejus honorem inſtituti, ibid. nummi in illius honorem percuſſi, 442. habitavit in Chio, 441. fuit cæcus & quomodo in illud malum inciderit, 444. non fuit natus cæcus, 444. 445. unde Homeri nomen ſit nactus, 444. Heroïcorum carminum inventor, 465.
הבעה, urbs quædam, 68
חושיעהנא quid ſignificat, 302
הנם vallis nomen, cur ita vocetur, 479
חלום quænam differentia inter hanc vocem & תרדמה 225
חלל. 79
חומר quid ſit, 486

I.

JAcobi proto-evangelium, 632. 634. 635. 636. 637. 639. 640. 641
Jani templum qua occaſione clauſum & apertum, 641
Idololatriæ ortus, 248. &c. 256
Jemama, Regina, 202
Jephta quando vixit, 432. 433
Jeſus Chriſtus eſt Angelus Domini, 224. 302. non fuit paſſionis & affectuum expers, 295. de Illo pagani non fuere vaticinati, 369. 370. an poſſit cum Saturno comparari, 388. male à Conſtantino

cum Achille comparatur, 402. non eſt Deus creatus, 609
Jeſuitæ maximo odio ubique habentur, 603
Ignis extremi judicii, nunquid purgaturus ſit omnium hominum animas, 564. 565. ignis purgatorii Papiſtici, qualis ſit, 568. refellitur, 569. 570. 571. 572. ignis qui ſacrificia accendebat, non reperiebatur in ſecundo templo, 618
Imagines Sibyllarum V. ſtatuæ.
Inachus, conditor regni Argivorum, 489. cur priſcus vocetur, ibid. quando vixit, ibid.
Infernus, omnes homines in illum deſcendere, refutatur, 560. 561. nunquid homines ex illo ſint liberandi, 561
Interpretes LXXII. fabula de illorum cellulis, 810
Johanna Darc Virgo Aurelianenſis, 47. 204. 205. quo tempore floruerit, 205. ejus res geſtæ, ibid. non eſt habenda pro prophetiſſa, 205. 206. 207. de ejus revelationibus, 205. &c.
Joſeph cur Dominus ſomniorum vocetur, 226
Joſephus utrum ſenex fuerit cum Mariam uxorem duxit, 639
Iphigenia eſt Jephthigenia, 432
Iſelaſtici ludi, 480. 481. quinam & quales fuerint, 481. a quo ſunt inſtituti, 482. etymologia nominis, 483. quando fuerunt inſtituti, 491
Judas Iſcarioth, de illo fabula, 217
Judæi liberos ſuos Molecho immolantes, quid eo intenderunt, 479
Juditha magnis peccatis fuit polluta, 606. 607. homicidii fuit rea, 607. ejus liber non eſt canonicus, ibid.
Julii Cæſaris nomen, non fuit Acroſtichidi Sibyllinæ præfixum, 135
Julius Cæſar pro Meſſia & rege venturo olim fuit habitus, 367
Juſtinus Martyr quando floruit, 133 quando obiit, 302. 500. ejus errores, 305. 306. 312
Juſtinus Martyr non habuit vera oracula Sibyllina, 319

K.

Καλὸς συχνεὶδης quid, 269.
Κ ἱερόγειπτος quid fuerit, 269.
λευκόγειφος quid, ibid.
קבלה, 3

L.

Lactantius nunquam vidit Acroſtichidem Sibyllarum, 134. nec genuina Sibyllarum oracula, 343. 345. an fuerit Sacerdos Capitolii, 343. errori fuit obnoxius, 346
Lampuſa neptis Calchantis, 183
Lapis Herophileus quid fuerit, 89
Lectio librorum Sibyllinorum V. Sibyllini Libri.
Libri Sibyllini ſunt ſpurii, 132. 329. &c. 448. 449. &c. 601. 602. 603.
Libri Sibyllini non conſulebantur nec inſpiciebantur niſi ex Senatus Rom. ſpeciali mandato, 131. 328. 335. &c. 344. quâ pœna puniebantur illi qui illos aliis inſpiciendos darent, 131. 335
Libyſſa Sibylla, quo loco ſit conſtituenda, 78. ejus nomina, 78. 79. ejus parentes, ibid. quando vixit, 79. cur Libyca vocatur, ibid. quænam oracula illi attribuantur, 81. 82
Lilybeum oppidum, 104. ibi ſepulchrum Sibyllæ Cumææ, 104. 105
Limen templorum apud paganos non licebat calcare, ſed debebant illud tranſilire, 264. limen domus mariti, novæ nuptæ non licebat calcare,

re, 265. limen templorum Gentiles oſculabantur, 265. Diis ſacrum erat olim, 265.
Libri Sibyllini V. Sibyllini.
Lingua unica quam diu in mundo duravit, 158. Hebræa fuit omnium prima, & quam diu duravit in mundo, 459. 460. 461
Lingua Græca non extitit immediate poſt Diluvium, 65. 458. 460. 461. olim inter Judæos magis recepta quam Hebræa, 458
Litteræ quomodo apud antiquos ſignabantur, 117
Loci communes dicebantur olim ſepulchra, 105
Λόφος quid ſit, 590
לפני quid ſignificet, 233
Ludi in Homeri honorem inſtituti, 441. 442
Ludi Iſelaſtici V. Iſelaſtici.

M.

MAcabæorum libri non ſunt Canonici, 615. ſcatent mendaciis & erroribus, 615. 616. 617. 618. 719. 620. 621. 622
Magdalena de la Crus, pro Sibylla à nonnullis fuit habita, 204. 209. nonnullis impoſuit, 215. ejus revelationes ſunt falſæ, 215
Maguſanus V. Hercules.
Manto, 183
Margareta eſt Sancta fabuloſa, 207. 209
María J. C. mater, utrum labe originali fuerit contaminata, 213. quando fuit nata, 632. fuit in peccatis concepta, 213. 214. Virgilio non fuit nota, 383. 384. 388
Maria non fuit illa Virgo de qua Virgilius in ecloga quarta, 386. 387. a quo & quando feſtum illi fuit dicatum, 633
Maria, non erit immunis ab igne purgatorio extremi judicii, 568. quinam fuerint ejus parentes, 630. 631. etymologia nominis, 631
Mariæ Virginis vita deſcribitur, 634. 635. 636
de S. Maria Virgine blaſphemam ſententiam fovet Craſſetus, 647
Marpeſſus eſt mons in Paro Inſula, 157
Marpeſſia Cautes, aut Marpeſſium ſaxum unde nomen habeant, 157
Martyres quinam ſint dicendi, 347. ſoli in Paradiſo poſt mortuorum reſurrectionem manebunt, 574
Manna, ridicula de illa narrantur, 608
Mauri, ſolis fœminis Vaticinari permittebant, 47
Mauvia Regina, 202
Melicertha fuit Hercules Maguſanus, 656. 657
Melphenſis inſcriptio, 482. 483
Meſſias, debuit eſſe Rex, 364. 365. 366. 367. ejus adventus à Sibyllis non potuit prædici, 369. ex Judæa erat proventurus, 375. quale futurum erit ejus regnum ſecundum Judæos, 580. 581
Metempſuchoſis Pythagorica, 218. 219
Mirjam Moſis ſoror non eſt Sibylla, 7. eſt Debora antiquior, ibid.
Miracula quæ tempore nativitatis Chriſti acciderunt, 641
Molechus quibus ſacrificiis olim placabatur, 479
Monaco, portus, 654
Montanus Hæreticus, mulierculis in prophetiis abutebatur, 47. 523. à nonnullis pro auctore oraculorum Sibyllinorum reputatur, 500. 502. cuias fuit, 501
Moſes omnium Scriptorum eſt antiquiſſimus, 67. 71. 466. 467. 468.

491. 599. quodnam illi nomen in cœlo, 293. de ejus antiquitate, 453. 467. 468
Mulieres Prophetissæ, 45. 46
Mundi creatio à Sibylla prædici non potuit, 469
מעטרפות quid sint, 233
מגיא quid sit, 653

N.

NEhalennia, Dea fuit olim apud Zelandos, 657. cur & unde ita fuerit vocata, 657. 658
Nehemiæ liber quando fuit conscriptus, 228
Nemausum (vulgo Nismes) 653
N & L permutantur, 266
Noachus, nullam inter filias suas habuit Prophetissam, 67. non fuit pater Sibyllæ Perficæ, 67. 69. 70. unde natus sit error ille quod Sibyllæ Perficæ pater dicatur, 67. 68. ejus uxor falso inter Sibyllas à nonnullis numeratur, 199. quando obiit, 311
Noa urbs Siciliæ, 69
Noa urbs ad mare rubrum, in Palæstina, in Ægypto, 68. 69
Noa urbs in Arabia Fælice, 69
Nudare dentes quid significet, 471
Numa quando obiit, 292
Nummus Apamenus. 591
Nummi in Homeri honorem percussi, 441. 442
Nymphæ Peleades quomodo olim vocatæ, 184
נדר, 80
נחש, 658

O.

OCcidere seipsum non licet, 622
Ogyges, Eleusis in Attica conditor, 489
Oleæ ramum Diis supplicaturi gestabant, 207
Oraculum, vocis Etymologia, 222. quomodo à Græcis vocetur, ibid. ex ore Dei profectum, ibid. eorum origo, 246. Diabolus etiam sua habuit, ibid. quodnam inter paganos fuerit primum, ibid.
Oracula per sortes, 239
Oracula apud Gentiles vendebantur, 530. pretio emebantur, ibid.
Oracula falsa quando in mundum introducta fuerunt, 247. &c. 256. consulentes non debebant ulterius progredi quam ad limen templi, 264. 265. osculari debebant limen templi, 266. non consulebantur Sibyllina nisi velatis manibus, ibid. sedulo Sibyllina custodiebantur, 271. Sibyllina, qui describenda dederat, parricidæ pœna afficiebatur, ibid. an eorum lectionem S. Paulus commendavit, 287. 288. 297. 298. Sibyllina quæ nunc habemus non sunt ante Christum scripta, 318. 334. 483.
Oracula Sibyllarum hodierna sunt spuria, 8. 77. 78. 91. 135. 334. 343. 357. 358. 416. 417. 447. 448. 457. 458. 487. 502. 528. ab otiosis hominibus sunt conficta, 135. 324. 415. 416. 417. 420. 421. 452. 457. 458. 483. 528. post Euangelium conscriptum, sunt exarata, 138. 334. 468. 483. quibus ceremoniis consulebantur, 260. &c. nonnisi ex mandato Senatus consulebantur, 296
de Oraculo captioso Athenienſibus dato, 538. 539. 540. 541
de Oraculo, Crœso dato, 534. 535. 536. num unquam illud fuerit Crœso datum quod illi datum fuisse refertur, ipsi pagani de ejus veritate dubitarunt, 538. de captiosis Oraculis quæ nonnunquam data fuerunt, 534. 535. 536. 437. 538. 539. 540. 541. 542. &c. 550. &c.

Ora-

Oracula quædam Sibyllarum ſuppoſititia fuerunt cremata, 320. 418. 419. 420. Sibyllina conſtabant acroſtichidibus, 357. hæc quæ nunc habemus non fuerunt ante Homerum, 435. 465. quis illa in librorum ordinem redegit, 438. qua lingua fuerunt conſcripta, 458. 459. non fuerunt conſcripta ante Heſiodum, 465. erant obſcura, 532
Origenis error notatus, 559
עשתרת, 387

P.

PAgani etiam piè vivendi regulas ſubinde propoſuerunt, 242
Papa non eſt infallibilis, 236. 237. nequiſſimi inter illos extiterunt, ibid.
Papiſtæ non loquuntur honorifice de patribus, 422. miſcent religionis ſuæ nugas verbo Dei, 627. ſunt idololatræ, 627. 628. 629
Papias à nonnullis pro auctore oraculorum Sibyllinorum fuit habitus, 502. ubinam functus fuerit verbi miniſterio, ibid. fuit Chiliaſta. 581
Paphlagoniæ Reges quodnam habuerunt nomen ſucceſſivum, 7
Paradiſus, numquid animæ poſt mortuorum reſurrectionem ad illum ſint reducendæ, 572. 573. 574. ejus deſcriptio, 573. an adhuc exſtet, 574. quinam ad illum admittentur, 573. 574
Parcæ unde ortæ. 129
Parthorum Reges quodnam habuere ſucceſſivum nomen, 7
Patres errarunt, ideoque illos Veteres Scriptores refutarunt, 422. 423
Paulus Apoſtolus, non commendavit lectionem oraculorum Sibyllinorum, 287. 288. 289. 290. cur Græce ad Romanos & Hebræos ſcripſerit, 458
Pectorale (ornamentum pontificis) ejus deſcriptio, 229. 230
Perſæ, Noachi tempore erant ignoti, 69. 70. Cyri tempore innotuerunt, ibid. unde illud illis datum fuit nomen, ibid. olim Cuthæi, 70
Perſica Sibylla V. Sibylla.
mentitur ſe fuiſſe in arca cum Noacho, 66. non eſt orta urbe Noa, 68. 69. non eſt adeo antiqua, 69. 70. ejus patria, 71. eſt Ægyptia ſecundum quoſdam, ibid. eſt Hebræa ſecundum nonnullos, ibid. eſt Babylonia ſecundum aliquos ſcript. ibid. non eſt Babylonia, ibid. Sabbâ dicta fuit, ibid. ejus Oracula, 72. 73. 74. 75. 76. 77
Peleades Nymphæ, columbæ fuerunt dictæ, 184
Peruviana Sibylla V. Sibylla Peruviana.
Phemonöe, 183
Philippei quid ſint, 55
Philiſtæi, limen templi Dagonis non calcabant, ſed illud tranſilire debebant, 265
Philoſophia, num fuerit neceſſaria ad ſalutem & juſtificationem. 295
Phœnices à Joſua fuere fugati, 651. inſtructa arce navali ad Gades in Hiſpaniam navigarunt, 652. ob ardorem Solis eorum color eſt niger, ibid. illorum lingua, eſt Hebræorum, valde ſimilis, 652. 653
Phoronæus quando regnavit, 255
Phrygia, terra excellentiſſima, 500. 501. montes altiſſimi ibi non reperiuntur, 590. ubinam fuit ſita, 591

Pius Papa quando ad pontificatum admissus fuit, 499
Pontifices Judaici non fuerunt infallibiles, 236. 237. errarunt, 237
Preces à Paganis, velatis manibus Diis offerebantur, 266. 267. ramum oleæ Diis supplicaturi gestabant, 267. etiam Vittas, ibid.
Prædictiones quædam, Sibyllis attributæ, in hodiernis non reperiuntur, 367
Profanatio nominis Divini quando incepit, 248. &c. quomodo, & quibus peccatis hoc factum, 251. inter quosnam cœpit, 253. qualis fuerit, 254. 255
Prophetias Veteris Testamenti non fuisse intellectas nisi post exhibitum Messiam, aut illorum impletionem, dicunt nonnulli, 343
Prophetissæ apud paganos pro Virginibus habebantur, 50
Prophetæ, non insaniebant quando prophetias populo proponebant, 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 525. 526. 527. pro insanis à nonnullis habebantur, 526. 527. non vendebant sua Oracula, nec ullum pro illis pretium accipiebant, 528. 529. 530. falsi prophetæ Oracula sua vendebant, 529. 530. Veri, nomina, patriam & tempus quo Prophetabant scriptis suis præfixerunt, 530. falsi, nonnunquam vera prædixerunt, 532
Psalterium Bonaventuræ scatet blasphemiis, 627. 628
Ptolomeus pro Messia à quibusdam fuit habitus, 367
Purgatorius ignis, quis pro tali habetur, 564. &c. omnes transibunt per illum, secundum nonnullos. 566. 567
Purpureis vestibus utebantur Romani, 617

Q.

Quæstionum liber, paganis à Christianis propositarum non est Justini Martyris, 300. 301
Quindecim Virorum munus, 270. quando instituti, 274. 275. à quibus eligebantur, 277. etiam à populo, ibid. eorum numerus auctus & quando, 278. quando desierit eorum officium, 279

R.

Ranunncula, herba venenosa, 472
Reges quidam (quinam illi fuerunt) qui successiva nomina habuerunt, 7. mendacio obnoxii, 347
Regina Seba non est Sabba, 72. inter Sibyllas immeritò à quibusdam recensetur, 199. 200. 203. ejus nomen, 200. an ex Æthiopia vel Arabia Hierosolymam venerit, ibid. ex Arabia venit, 201. 202
Res sacras Deus noluit divendi, 530. pœnæ quas Deus inflixit iis qui res sacras vendiderunt, ibid.
Rex venturus, quando rumor de ejus adventu paganis innotuit, 361. 362. 365. 366. quomodo ille gentilibus innotuit, 382
Rhodus insula, ejus vastatio à Sibylla fuit prædicta, 447. 450. 451. 452
Risus, in infantibus recens natis boni ominis habebatur apud antiquos, 407. Sardonius, quis? 469. 470. 471. 472. 476. accipitur de risu simulato, 470. accipitur de risu filiorum parentes grandævos trucidantium, ibid. significat risum contumelioſum, 472. significat risum arrogantem, 472. 473. significat, despectim ridere, vel irridere, ibid. de risu insano accipitur, 476. est risus amplus, ibid.

est

eſt riſus triſtis, 476. eſt lapidis genus, ibid. eſt riſus demens, ibid. de riſu Sardonio, proverbium non intellexerunt homines, qui circa diluvii tempora vixerunt, 478
Romæ interitus à Sibylla prædictus, 447. 450. 451. 495. 496. quando eveniet, 495. 496. 497
Romani quotannis duos conſules eligebant, 616. illorum imperium quo uſque ſe extendit, ibid. utebantur purpura & in quibus occaſionibus, 657. Deos gentium extranearum evocabant, 655. 656

S.

SAba vel Sambetha quænam fuit, 62. ex quibus vocibus componatur, 62. 63. quid hoc nomen ſignificet, ibid. etymologia hujus nominis, ibid. an omnes Sibyllæ hoc nomine apud Chaldæos ſint vocatæ, 64
Saba (V. Regina Saba.)
Sabæi, quas terras occuparint, 202
Sacerdotes Ægyptii ſuo modo habuere Urim & Thummim, 245. Capitolii erant XV. viri, 344. ſacrificia olim Cæſaribus offerebantur, 260
Sacra Gentilium velatis manibus peragebantur, 266. 267
Sacrificia olim Homero oblata, 443.
Samia vaſa, 139
Samuel non fuit ſuſcitatus à pythoniſſa, 610. 611
Samos quotuplex, 139. Ionia, ejus diverſa nomina, ibid. Thracica ejus nomina, ibid.
Sapientiæ liber Salomonem non habet authorem, 607. non eſt canonicus liber, 607. 608
Sapientiæ liber continet mendacia & errores, 607. 608
Saraceni quando fuerunt ad fidem Chriſtianam converſi, 202
Sardonia, herbæ genus quæ mentem adimit, 139
Sardos Illyriæ civitas, 477. Lydiæ oppidum, ibid.
Σαρδόνιον, quid ſit, 118. 120
Saturni regnum fœliciſſimum, 379. 380. ejus deſcriptio. 380
Scribere, quibus in rebus ſcribebant olim veteres, 437. modus ſcribendi Græcorum, 464
Scytiſmos quamdiu duravit, 255
Sebaoth, Sibylla putavit verbum hoc eſſe nomen Dei, 557
Seditionis tempore, libri Sibyllini conſulebantur, 279. 280
Sem & Japhet noverunt myſteria Redemptionis, 63
Semo Sancus Sabinorum Deus, 307. 308. 309. quis fuerit, 309
Semo, quid illo verbo ſignificetur, 310
Sepulchra quomodo olim vocabantur, 104. 105
Sibyllæ (nominis) Etymologia, 2. 5. an ſit dictio Hebræa, 2. 3. an prophetiſſæ dici poſſint, 3. cur prophetiſſæ dictæ, ibid. an vox Latina, ibid. eſt vox Græca, ibid. an ſit vox ſimplex, ibid. an ſit vox compoſita, 4. an ſit vis aut conſilium Dei, 4. 5
Sibyllæ nomen, quibus fœminis conveniat, 6
Sibyllæ nomen non eſt dandum Sanctis mulieribus, ibid.
non ſunt Divinitus inſpiratæ, 6. 133. 135. 313. 314. 356. &c. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. &c. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. &c. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 537. 538. &c. 545. &c. 550. &c. 555.

Sibyllæ non ſunt virgines, 48. 49. 50. 424
Sibylla Cumæa unde oriunda, 5. eadem eſt cum Cumana, 53. 98. unde nomen eſt ſortita, 104. 105
Sibylla Phrygia ſola nomine Sibyllæ decorata, 6
Sibylla ſe maritatam fuiſſe fatetur, 49
Sibylla ſe ſcortum fuiſſe fatetur, 49. 50. 66. 457
Sibyllæ quot fuerint, 52. 57. 58. 59. illarum numerus non poteſt definiri, 4. 59. 60
Sibylla non fuit in Arca Noachi, 53
Sibyllæ non melius noverunt myſteria Religionis quam fideles, 63. 343. 458
Sibyllæ nomen quibusvis Fœminis Vaticinantibus à paganis olim fuit datum, 7. an ſint fabulæ quæ de Sibyllis ſcribuntur, 8. an ad emblemata ſint referendæ Sibyllæ, 9
Sibyllas olim extitiſſe probatur, 10. &c. 45. &c. 51. 52. 259
Sibyllæ Paganorum fuerunt virgines, 50. cultus idololatricos inſtituerunt, 531
Sibylla quænam Tarquinio libros obtulit, 54. 351. an Sibyllæ omnes apud Chaldæos ſint Sambethæ dictæ, 64
Sibylla Perſica, 1. ejus parentes, 65. 66. 67. 68. non fuit cum Noacho in Arca, 67. 71
Sibylla Perſica eſt Chaldæa, 58. 71. quota ſit, 61. eſt eadem cum Erythræa, 62. quot libros compoſuit, 64. 65. quando vixit, ibid. non vixit ante Moſem, 64. 67. 70
Sibylla Erythræa quando exſtitit, 58. quænam fuerit & cujas, 113. V. Erythræa.
Sibylla Delphica, quando extitit, 59. 88. quo loco conſtituenda, 87. an fuerit Daphne, 87. 88. ejus parentes, 88. ubinam habitarit & ſit Vaticinata, 88. 68. an ſit Herophile, 88. an ſit Theſſalica, 88. 89. cur Delphica vocetur, 89. cujas fuerit, ibid.
Sibyllæ à quibuſdam pro divinitus inſpiratis fuerunt habitæ, 135. 503. &c. ex Prophetis hauſiſſe ſua Oracula exiſtimant alii, 135. cur ſcriptis ſuis nomina parentes & tempus quo fuerunt Vaticinatæ, non expreſſerunt, 531. 532. S. Paulo fuere ignotæ, 136. an fuerint Heroicorum carminum inventrices, 466. Clarius prædixiſſe de Chriſto exiſtimantur à nonnullis quam ipſi Prophetæ annuntiarunt, 136. 343. non potuerunt Græcè ſcribere ante inventas literas Græcas, 64. non fuerunt habitæ in Prophetarum munero, 136. nec pro θεόπροις, à Deo motis, 528
Sibylliſtæ quinam, 136
Sibyllæ vox proprie quomodo ſumenda, 204
Sib. non debent in Prophetiſſarum numero recenſeri, 204. non fuere Vaticinatæ de Rege venturo Jeſu Chriſto, 369
Sibyllarum mendacia, 65. 122. &c. 431. 435. 450. 456. 461. 462. 464. 478. 482. 483. 501. 509. 510. 432. 533. 588. 589. Græca ſcribere non potuerunt in confuſione linguarum vel paulo poſt, 462. 464
Sib. non eſt adeo antiqua, uti ſe venditat, 465. 466. 468. 469. &c. 478. 479. 482. 483. &c. 485. &c. 487. 492
Sibyllini libri non fuerunt Tarquinio à Sibylla oblati, 148. 149. quomodo dicendi ſunt per totum terrarum orbem exſtitiſſe, 331. quibus cum honoribus & ceremoniis adibantur, 263. 264. 265. &c. 269

269. &c. Velatis manibus & cur? 269. quando combuſti fuerunt, 274. 278. 279. quando & qua occaſione inſpecti, 279. 280. &c. nunquam niſi ex Senatuſconſulto inſpiciebantur, 279. 280. &c. 327. 335. inſpecti tempore ſeditionis, 280. inſpecti tempore cladis magnæ tempore belli acceptæ, 281. tempore belli, 281. 282. prodigiorum & oſtentorum occaſione, 282. 283. 284. peſtis tempore, 284. terræ motus tempore, 285. cum monſtra gignerentur, ibid. tempore magni periculi, ibid. à quibus inſpiciebantur, 286. 287. 327. 335. quando in lucem dati, 290. 298. 432. 492. &c. antiqui illi paganorum nihil de Chriſto aut Chriſtianorum myſteriis protulerunt, 298. 334. 416. 417. 418. 419. quam diu Romæ aſſervati, 311. non ab una ſed à pluribus fuiſſe confictos, 319. 416. 417. 435. 452. 490. 491. 492. 502. tempore Juſtini non fuere in eum ordinem redacti quo illos nunc habemus, 319

Sibylla Francica, 204

Sibylla Peruviana, *ibid. ejus hiſtoria*, 211. 212. ejus impoſturæ, 215. falſæ ſunt ejus revelationes, ibid.

Sibylla Samia unde ſic dicta, 138. 139. an ſit Samonæa, 139. quando innotuit, ibid. quando floruit, ibid. non eſt valde antiqua, ibid.

Sibylla Cumana (V. Cumana) an fuerit cum Noacho in arca, 146. non obtulit libros Sibyllinos Tarquinio, 147. 148. non potuit vitam prorogare uſque ad Regnum Tarquiniorum, 146. 147. quando obierit, 147. non fuit Sibylla, multo minus Cumana, quæ libros Sibyllinos Tarquinio obtulit, 148. 149. ejus libri a Juliano cremati, 150

Sibylla Helleſpontica V. Helleſpontica.

Sibylla Phrygia, ubi ſit vaticinata, 164. ejus nomina, 165. Spiritu Pythio fuiſſe vaticinatam credunt nonnulli, 165. quando floruit, 166. cur Phrygia dicta, ibid.

Sibylla Tiburtina V. Tiburtina Sibylla.

Sibylla Epirotica V. Epirotica.

Sibylla Europæa V. Europæa.

Sibylla Agrippina V. Agrippina.

Sibylla Ægyptia V. Ægyptia.

Sibyllinorum librorum lectio quando fuerit interdicta, 335. ſolis Chriſtianis non fuit facta, ibid. cur lectio illa fuit prohibita, 335. 336. Lectione carminum Sibyllinorum nulli fuere converſi ad fidem Chriſtianam, 336. 344. quando fuerunt compoſiti, 361. 490. 491. 493. 599. qua lingua conſcripti, 458. 459. quis eorum author vel quinam illorum ſint authores, 488. 589. primi & ſecundi librorum *Sibyllinorum* unus idemque eſt auctor, 488. libri tertii auctor, recentior eſt illo qui primum lib. compoſuit, ibid. quot illorum ſint autores, 490. 502. non ante Diluvium duo priores libri ſcripti fuere, 291. errores nonnulli qui libris Sibyllinis continentur, 492. 501. 551. &c. 558. 595. 596. 599. 600. 601. quando fuerunt conſcripti, 495. nulli in particulari poſſunt attribui Oracula Sibyllina, 502. author illorum librorum ignoravit linguam Hebraicam, 557. poſt Chriſtum libri Sibyllini

fuere compoſiti, 600
Sibylla non potuit de riſu Sardonio prædicere, 477. nec de ſignis Zodiacis, 484. nec de gehenna, 480. 481. quando ſua poëmata conſcripſit, 495. 496. 497. non vidit conflagrationem templi Veſtæ ſed Hieroſolymitani, 498. fuerunt inſanæ & amentes, 505. 506. 507. 508. 509. 510. 527. 588. 600. fuerunt atra bile correptæ, 505. 506. 507. non norunt omnia, 510. nimis ſuperbe gloriantur, ibid. ſubinde fuerunt Divinæ & ſubinde diabolicæ ſecundum quoſdam, 531. omnes homines, bonos & malos in infernum deſcendere exiſtimant, 560
Sibylla ſe inceſtus crimine commaculatam ſcribit, 66. pro Lothi filia ſe venditat, ibid. ſe Chriſtianam profitetur, ibid. omnes ſunt Moſe poſteriores, 71. V. Moſes, 599. etiam Diluvio, 256
Sibylla Cumæa (V. Cumæa) quando floruit, 96. ejus parentes, ibid. cujas fuerit, ibid. foliis ſua Oracula inſcribebat, 99. 601. unde factum quod ejus Oracula tam differentibus modis homines interpretarentur, 99. degebat in antro ſubterraneo, 100. 101. deſcriptio illius antri, 100. 101. 102. 103. ejus ſepulchrum, ubi? 311. 312. de Chriſto non fuit locuta, 418. Delphica Sibylla, an fuerit νεωκόρος in templo Apollinis Smynthei, 89. ubinam nata, ibid. quomodo afflabatur Spiritu Divino, 91. ubinam mortem obiit, 92. ejus Epitaphium, ibid. quænam Oracula conſcripſerit, 92. 93. 94. 95.
Sibyllis Oracula particularia non poſſunt aſſignari, 73. 77. 78. 83. 108. 109. 111. 123. non ſunt Divinitus inſpiratæ, 555. 556. &c. 559. 560. 561. &c. 563. &c. 576. 577. 578. &c. 586. 587. 588. fuerunt furioſæ cum vaticinabantur, 129. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. fuerunt diabolicæ, 528. millenariorum opinioni addictæ, 577. 578. 579. 581
Simon Magus, num fuerit in Deorum numerum receptus, 306. 307. an illi ſtatua fuerit erecta, ibid. fabula de illo, 307. 350. per Apoſt. Petrum periit, 530
Solonis leges quomodo ſcribebantur, 464
Somniis olim ſe revelavit Deus, 224. non ſolum piis, verum etiam impiis, 224. 225. cur per illa Deus revelat voluntatem ſuam, 225. diabolus etiam ſomniis nonnunquam fallit homines, 243. 244
Somnia fatidica ſubituri quomodo luſtrabantur, 244
Sors aut ſortes plurimis in rebus adhibitæ, 239. diabolicæ, 239. 240. 241
Sortium ſpecies diverſæ, 239. ex variis rebus conficiebantur, 240
Spartiatæ non fuerunt fratres Judæorum, 617
Spiritus Pythius V. Pythius Spiritus.
Statuæ Sibyllis olim erectæ, 54. 262. 263. uti & Cæſaribus, 260. 261. 263. an Sibyllarum ſtatuæ recte à Papiſtis in templis fuerint collocatæ, 263. in Homeri honorem olim erectæ, 443
Στέμματα, quid fuerunt, 268
Στέφανος, quid fuerit in ſacris, ibid.
Stylus Sibyllinorum Oraculorum, 464
Sulpicius Severus utrum fuerit Chiliaſta,

hasta, 585
Susannæ liber est fabulosus & nullo modo canonicus, 613. 614
זבול, quid significet, 104

T.

TAlus, fabula quæ de illo narratur, 471. 472
Tarcotella, ejus morsus, mortem ridendo infert, 472
Tarquinii Reges quando regnarunt, 146. 147. Priscus quando fuerit occisus, 147. quando regnare cœpit, 146. Superbus quando regnare cœpit, ibid
Templum Hierosolymitanum quando conflagravit, 196. 453. secundum, quibus ornamentis fuit privatum, 227. fabula est, templum secundum illis rebus caruisse, 228. sub templo secundo an fuerint viri θεόπνευστοι, ibid. conflagravit & quando, 497
Templum Vestæ, V. Vestæ templum.
Templum alicui erigere, est, Divinos illi velle deferre honores, 259. olim Cæsaribus templa erigebantur, 260. in Homeri honorem olim erectum, 443
Teraphim quid fuerint, 230. superstitionis instrumenta, 231
Tertullianus quando floruit, 133
Theophilus Antiochenus quando floruit, 133. ejus errores, 324. quando obiit, 499
Thraciæ Reges quodnam habuere nomen successivum, 7
Tiburtina Sibylla, 173. ejus nomina, 173. 174. quando floruit, 174. 175. cur Albunea dicta, 174. ubinam ut Dea, fuerit culta, ibid. tanquam Dea fuit culta, 261. templum olim illi erectum, 262
Tingis urbs Numidica, 651
Tingitanæ columnæ, 652
Tobiti liber, angelum mentientem introducit, 606. contradictoria profert, ibid.
Tophet, quid fuerit apud Judæos, 479. cur sic vocatus fuerit ille locus, ibid. cur Josias locum illum fœdavit ac polluit, ibid.
Trabea, quotuplex & quo in usu olim fuit apud Romanos. 617
Trojanum bellum quando incepit, 121. 147
צילם, 70
Tunica lati & angusti clavi erat in usu apud Romanos, 617
Turris Babylonica, 71
Tyrii, præcipue colunt Herculem, 652
quænam sit differentia inter תרומה & חלום, 225

V.

VErus Imperator quando obiit, 499
Versus à Phlegonte allegati non sunt Sibyllæ Erythrææ, 120. quis illorum auctor, ibid.
Versus mille per Legatos Romam allati à quibus fuerint compositi, ibid.
Vestæ templum quando conflagravit, 196. 453. 490. 495, 496
Vestes Purpureæ apud Romanos erant in usu, 617
Videntes, unde sic vocabantur, 224
Virginitas magni fiebat apud Paganos, 48. 50
Virginitas Sibyllarum, V. Sibylla.
Virgilius non prædixit de Jesu Christo, nec illum pro Servatore habuit, 418. 419
Virgilius non potuit vaticinari de Messia, 382. 384. nihil præduxit de Virgine Maria, 288

Virgilii ecloga quarta expoſita, 396. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 281. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. nihil Divini in illa, 373. 375. 376. 382. &c. 388. 389. 390. an fuerit (Virg.) Divinitus inſpiratus, 370. 389. 417. &c. ipſi non patuit ingreſſus in Bibliothecam Palatinam, 378. 379

Viſionibus, Deus olim ſe revelavit, 223. 224. quo tempore conſpiciebantur, 223. diabolus etiam Viſionibus ſe voluit manifeſtare, 243

Vittas manibus geſtabant Diis ſupplicaturi, 267

Vittæ quid fuerint, ibid.

Urbs ſancta nulla fuit alia præter Hieroſolymam, 616

Urim & Thummim quid fuerint, 226. 227. 228. 229. illorum uſus tantum fuit in templo primo ſecundum nonnullos, 227. ex qua materia conſtiterint, 230. an fuerint gemmæ aut lapides pretioſi, 229. 230. num fuerint iconculæ aut Teraphim antiquorum, 230. quibus occaſionibus per Urim & Thummim Deus conſulebatur, 231. modus interrogandi Deum per Urim & Thummim, 231. 232. modus quo Deus reſpondit per Urim & Thummim, 233. 234. 235. an literarum coalitio fuerit facta in reſponſis per Urim, &c. 234. nunquid literæ rutilarint in pectorali, quando Deus reſpondebat per Urim & Thummim, 234. 235. modus quo Deus per Urim & Thummim reſpondit ignoratur, 235. quamdiu durarit ignoratur, 236

W.

WAlachria tempore Joſuæ fuit cognita, 653. ante Romanorum in has oras adventum fuit nota & habitata, 657

Weſtcappellana inſcriptio explicatur, 651. 653. ibi fuit portus & caſtellum, 654. 455. ibi Scaldis ſe in mare exonerabat, 654

Z.

ZAcharias Pater Johannis Baptiſtæ non fuit ſummus pontifex, 636

Zanoach urbs, 68

Zelandia, Joſuæ temporibus fuit habitata & cognita, 653. ante Romanorum in has oras adventum fuit nota & habitata, 655

Zeuxis pictor mortuus eſt ridendo, 472

Zodiacorum ſigna non ſunt valde antiqua, 484. 485. quis eorum inventor, 485

ERRATA.

p. 48. linea 16. pro cap. 6. lege 26. p. 70. lin. 1. l. providente. p. 91. l. 4. l. paganorum. pro puganorum. p. 155. lin. 14. 15. dele, *illo aſſeratur*. ibidem pro aſſerutur. l. aſſeratur. p. 163. lin. 29. poſt aſſignat, adde, fateri non. p. 194. lin. 20. l. duximus. p. 199. l. 1. Urorem. leg. Uxorem. p. 202. lin. צמרצר. p. 203. 14. Statuimus. ibid. 31. Fœminam. p. 226. lin. 17. pro ɣ pone ע. 242. lin. 16. l. voluerunt. p. 279. lin. 4. pro *denorum* lege Dæmonum. p. 310. l. 20. Auguſtinus. ibid. l. 29. Juſtinum. p. 306. l. 13. habens leg. habentem. p. 574. 30. dele è ibid. 35. licet. ibid. adire.

FINIS.

DISSERTATIONUM DE SIBYLLIS EARUMQUE ORACULIS SYLLABUS.

CAPUT PRIMUM Pag. I.

Etymologia ac derivatio nominis Sibyllæ. Esse dictionem Hebraicam refutatur. Michaël Neander notatus. Suidas putat esse vocem Romanam. Est vox Græca. Nonnulli putant esse vocem compositam. Sibyllam non posse dici Dei consilium ostenditur. Esse dictionem simplicem cum D. Salmasio existimat Author, ac vulgaris opinio rejicitur. Lactantius aliique opinantur omnes Fæminas vates à Veteribus Sibyllas fuisse nuncupatas. Suidæ opinio de Sibyllæ nomine Fæminis olim dato. Rhodigini sententia, solam Phrygiam proprio nomine Sibyllam fuisse vocatam. Prophetissis Divino Spiritu afflatis, nomen Sibyllæ non esse tribuendum, ostenditur. An Mirjam Deborâ sit antiquior? Gentiles putarunt omnes Fæminas Fatidicas fuisse dictas Sibyllas. Josephus refutatus. Nunquid ad fabulas sit referendum quidquid de Sibyllis memoriæ prodiderunt Veteres? An ad emblemata? An una eademque Sibylla pro varietate Loci ubi degit nomen sit sortita? Testimonia Græcorum & Latinorum Scriptorum quibus probatur olim exstitisse Sibyllas. Patres multi huic opinioni favent. Beverovicius refutatur. Loci Joëlis cap. 2. vers: 28. 1. ad Corinth. cap. 11. vers: 5. Act. 21. vers: 9. explicantur. Diabolus potest multa prædicere. De Puella Act. 16. Plurimæ aliæ Fæminæ quæ pro Prophetissis fuêre habitæ. Fæminis & Viris donum Prophetiæ fuisse concessum. Fæminæ pro Sanctis habitæ. Mauri Fæminis solis Prophetiæ donum tribuunt ac inde pro Sanctis habuerunt. Testimonium

CAPUT IV. p. LXXXVII.

DE SIBYLLA DELPHICA.

BREVIARIUM.

Lactantius statuit hanc tertio loco, Onuphrius primo esse collocandam. Aitzma refutatus. Onuphrius refellitur. Quo tempore vixerit. Diversa illius nomina. Unde & quomodo Delphos venerit. Solinus emendatus. Martianus Capella emendatus. Suidas refellitur. Unde Delphica vocetur. Peuceri opinio Delphicam Sibyllam unam eandemque esse cum Erythræa, Sicula, Samia, Rhodia & Claria: ac νεωκόρον in templo Apollinis Smynthei fuisse. Homerus secundum Solinum aliosque, versus ex Sibylla hac mutuatus non nullos, operi suo inseruisse dicitur, sed assertio illa refutatur. Hodierna Oracula Sibyllina sunt spuria. Schmidius refellitur. Quomodo Sibylla hæc Divino afflabatur Spiritu. Ubinam fuerit sepultâ. Carmina quæ illi attribuuntur.

CAPUT V. p. XCVI.

DE SIBYLLA CUMÆA.

BREVIARIUM.

An quarto vel tertio loco sit collocanda, variant Scriptorum sententiæ. Quo tempore vixerit. Quænam & cujas fuerit. Varia ejus nomina. An eadem cum Cumana, & Erythræa. Aitzma refutatus Modus reddendi Oracula sua huic Siyllæ peculiaris. Antri ex quo hæc. Sibylla Oracula sua dabat ampla descriptio. Bocharti de hujus Sibyllæ sepulchro sententia. Antiquis, loci communes erant sepulchra. Carmina huic Sibyllæ à Boissardo & J. A. adtributa.

CAPUT VI. p. CXII.

DE SIBYLLA ERYTRÆA.

BREVIARIUM.

Quinto loco hanc Sibyllam collocandam censent nonnulli. Alii secundum locum illi assignant. Ubinam habitarit. Varia illius nomina. Peucerus refellitur. Zozimus explicatus. Ejus parentes. Cujas sit. An ἀκρόστιχις huic Sibyllæ sit attribuenda? Cum Noacho non fuit in Arca. Schmidius refutatur. An ei Daphne nomen fuerit secundum Constantinum. Lactantius aliique refelluntur. Apollodorus fallit quando hanc suam concivem vocat. Quo tempore vixerit? Suidæ error notatus. De ejus longævitate testimonia. Phlegontis versus aliquot correcti ex Salmasio. Et ex Vossio. Schmidius refutatur. Quando floruit. Isidorus Hispalensis refellitur. Sibylla refutata. Quando Vaticinata fuit. Acrostichis supposititia etiam secundum Eusebium. Eusebius refutatus. Acrostichis non invenitur apud Ciceronem. Imo ne quidem ipsi lecta. Cicero non vidit libros Sibyllinos. Sibyllina hodierna non esse genuina, patet ex eo quod non sint Acrostichidibus conscripta. Eadem Acrostichis quam nunc in Sibyllinis libris reperimus Ciceroni nunquam visa fuit. Constantinus aliter Acrostichidem refert quam hodie habemus. Olim aliter lecta. Sibyllæ à Cicerone pro prophetissis non fuerunt habitæ. Antiquis Patribus, ut ut Sibyllarum fautoribus maximis, Acrostichis hæc Sibyllina nunquam fuit visa. Justinus martyr & Theophilus Antiochenus ac Athenagoras, Clemensque Alexandrinus quando floruerint. Lactantius allegat nonnullos suppositiæ Acrostichidis versus, sed de Acrostichide nulla mentio apud illum reperitur. Valesii de Acrostichide sententia. Valesius refutatus. J. A. refellitur.

CAPUT VII. p. CXXXVIII.

DE SIBYLLA SAMIA.

BREVIARIUM.

An quarto, num vero sexto aut septimo loco sit collocanda hæc Sibylla; non convenit inter Scriptores. Isidorus emendatus. De Samonæa

Sibylla ſecundum Cedrenum. Quo tempore innotuerit. Ejus nomen. Cur Samia dicta. De Inſula Samo. Varia Inſulæ nomina. Quando floruit hæc Sibylla. Carmina quæ ab Opſopæo & à Boiſſardo aliisque Samiæ huic Sibyllæ attribuuntur.

CAPUT VIII. p. CXLIV.

DE SIBYLLA CUMANA.

BREVIARIUM.

QUo loco, quarto, quinto an ſeptimo ſit collocanda, variant Scriptorum ſententiæ. Lactantius emendatus. Hujus Sibyllæ varia nomina. Eadem eſt cum Cumæa & Erythræa. Quando floruit? An uſque ad Tarquinii tempora vixerit aut vivere potuerit. An Tarquinio libros fatidicos obtulerit. Lactantius refellitur. Quot libri Tarquinio fuerint oblati. Mulier aut anus aliqua, non Sibylla, dicitur libros Sibyllinos Tarquinio obtuliſſe. Servius emendatus. Suidas notatus. Carmina quæ huic Sibyllæ à Boiſſardo aſſignantur. Alia illi à Sixto Senenſi adtribuuntur. Quænam cuique Sibyllæ ſint danda, nemo pro certo affirmare poteſt. Boiſſardus refellitur.

CAPUT IX. p. CLVI.

DE SIBYLLA HELLESPONTICA.

BREVIARIUM.

NOnnulli hanc Sibyllam octavo, alii vero ſexto loco recenſent. Ubinam nata ſit. Pauſanias emendatus ut & Lactantius ac Tibullus cum Sibylla. Marpeſſus mons ubinam ſitus. Marpeſſium ſaxum unde nomen hauſerit: Gergithiorum moneta. Cur Apollo Gergithius dictus fuit olim. Helleſpontus ubi ſitus & unde nomen hoc acquiſiverit. Quando vixerit hæc Sibylla. Cur cum Sphinge Gergithiorum nummis fuit expreſſa. Ubinam ſepulta. Oracula ab Opſopæo, Boiſſardo &c. huic Sibyllæ adſcripta.

CA-

CAPUT. X. p. CLXIV.

DE SIBYLLA PHRYGIA.

BREVIARIUM.

QUo loco à quibusdam sit collocata. Cum Erythræa & Cumana eadem statuitur à nonnullis. Ab aliis cum Epirotica. Quomodo olim vocata. Cur Phrygia dicta. Spiritu Pythio fuit Vaticinata. Pythia vates unde nomen traxerit. Phrygia ubinam sit sita. Duplex olim fuit Ancyra secundum Plinium. Carmina huic Sibyllæ ab Opsopæo, Boissardo, aliisque adtributa.

CAPUT XI. p. CLXXIII.

DE SIBYLLA TIBURTINA.

BREVIARIUM.

CUr Tiburtina vocata. Varia ejus nomina. Nativitatis & sepulchri hujus Sibyllæ nulla apud Scriptores mentio. Quando floruit. Ejus nomen. Cur Albunea dicta. Anien fluvius unde nomen acceperit. Alstedius notatus. Fabella de Christo. Oracula huic Sibyllæ ab Opsopæo & Boissardo &c. adtributa.

CAPUT XII. p. CLXXXII.

DE QUIBUSDAM ALIIS SIBYLLIS.

BREVIARIUM.

DE Sibylla Cassandra aliisque nonnullis. De Epirotica Sibylla quænam fuerit, Phrygia an Erythræa. An fuerit diversa ab aliis. Ejus nomina. Certo de illis non constat uti nec de ejus patria. Boissardi de hac Sibylla conjectura. Quando sit Vaticinata. Veterum de hac Sibylla

bylla fabella. Contendunt nonnulli illam ex utero matris prodeuntem fuiſſe locutam ac Philoſophatam. Fabula hæc refutatur. Prophetia quædam illi à Johanne Tzetze adtributa. Quo modo illius Prophetiæ meminit Zozimus. Tzetzis de hac Sibylla ſententia uti & Zonaræ. De figuris quibus hæc Sibylla, ut & S. Brigitta Prophetias ſuas expreſſerunt aut ſaltem expreſſiſſe exiſtimantur. Zozimus hanc à Sibylla diſtinguit. Largiori ſignificatione, Sibyllam potuiſſe nominari non contradicitur. Prædictiones huic Sibyllæ à Boiſſardo adtributæ. De Sibylla Europæa. De Sibylla Agrippina. De Sibylla Ægyptia quædam annotata. Quænam fuerit. Quando ſit vaticinata. Cur Ægyptia dicta. Incertum eſt quodnam illi fuerit nomen. A nonnullis pro Regina Sabæ habetur. Error ille refellitur. Non vidit templi Veſtæ aut Hieroſolymitani conflagrationem. Oracula huic Sibyllæ à Boiſſardo attributa. Agrippina à quibusdam vocata. Noachi uxor Sibyllarum numero non eſt adcenſenda. Numquid Regina Sabæ inter Sibyllas ſit numeranda. Quodnam illi fuit nomen. Fabulæ quæ de illa narrantur, Ex qua Saba, Æthiopiæ an Arabiæ Regina hæc ad Salomonem pervenit: Ex Arabia veniſſe probatur. Locus Actor: VIII. exponitur. Apud Æthiopas Fœminæ regnarunt ut & apud Arabes. Balſamum à Regina Saba in Judæam allatum. Non fuit hæc Regina Sibylla. De Virgine Aurelianenſi aliisque pſeudo-Sibyllis. De Johanna Darck. Non fuit Prophetiſſa. An cum Feis ſermonem habuerit. De Margareta & Catharina Sanctis fabuloſis. De Hildegarde. De illius Revelationibus. De Eliſabetha Schonaugienſi, de Magdalena de la Crus, Sancta Angela & de Brigitta. Brigittæ revelationes. De Catharina Senenſi. Ejus legenda ſive fabulæ. De Sibylla Peruviana. Ejus revelationes confictæ. Hæ Papiſticæ Sibyllæ ſibi invicem ſunt contrariæ. Allegantur rationes cur pro Sibyllis non ſint habendæ. Diſcrepantes Revelationes ſuper S. Mariæ immaculata conceptione. Catharinæ Senenſis de conceptione Virginis Mariæ ſententia, Brigittæ opinioni præferenda. Magdalena de la Crus & Sibylla Peruviana homines ſuis revelationibus fefellerunt. Impoſturæ nonnullæ quarundam Religioſarum. Supra dictæ mulieres non fuerunt Prophetiſſæ, ſed illarum Revelationes à Monachis fuere confictæ. Fabula Catharinæ Senenſi attributa. Thomæ Bartholini de quibusdam fictitiis Prophetiſſis ſententia.

CA-

CAPUT XIII. p. CCXX.

DE ORACULIS ET DIVERSIS MODIS

Quibus Deus se Hominibus revelavit, &c.

BREVIARIUM.

ETymologia vocis Oraculi. Apud Græcos variis nominibus vocatur. S. Scriptura vere Divina Oracula continet. Modi diversi quibus Deus se manifestavit. Primo, voce externa. Postea Visionibus, quæ vel nocturno tempore, vel interdum diurno videbantur. Vel immediate vel mediate Visionibus Deus seſe revelavit. Angelus ille cujus ministerio se Deus revelabat fuit Servator noster Jesus Christus. Cur & unde Videntes sic dicti. Deus etiam, somniis se Revelavit. Quænam sit differentia inter Hæbræorum חלום & תרדמה. *Cur Deus dormientibus potius quam vigilantibus se olim Revelabat. Deus Somniorum Auctor. Dominus somniorum quod significet: quomodo Deus se somniis Revelabat. Olim Revelavit se Deus per Urim & Thummin. Cur sic dicti. An tantum in primo templo extiterint. Quibusnam rebus (secundum nonnullos) templum secundum caruerit.* Urim & Thummim *in secundo templo exstitisse nonnullorum est opinio. Quinque rebus templum secundum fuisse destitutum, fabellam esse à Judeis in odium Christi ejusque Apostolorum ac Religionis Christianorum fabricatam, quidam opinantur. Quinque autem illis rebus templum secundum non fuisse privatum ostenditur. Quid fuerint* Urim & Thummim, *& quo pacto Deus illis responsa sua dederit, variant Doctorum virorum sententiæ. An fuerint* XII. *illi lapi-*

des pretioſi, Sacerdotis pectorali inditi. Ex qua materia facta fuerint incertum. D. Spenceri de Urim & Thummim, *mira opinio. Quid fuerint ſecundum Spencerum. D. Witſii refutatio ſententiæ Spencerianæ indicata. Quo pacto Deus per* Urim & Thummim *ſe hominibus Revelavit. Conſulebantur in rebus magni nomenti. De modo interrogandi per* Urim & Thummim, *virorum Doctorum ſententiæ. Delrio refellitur. R. Davidis Kimchii opinio de modo quo Deus per* Urim & Thummim *olim Oracula ſua reddebat. Numer. cap.* XXVII. *vers.* XXI. *exponitur. An pectorali inſcripta fuerint nomina Patriarcharum. Reſponſum non fuit collectum ex literarum irradiatione. An literæ pectoralis coiverint in dictiones? non potuit hoc fieri. Quo pacto Deus ad interrogata per* Urim & Thummim *reſponderit. Viva voce reſpondiſſe creditur. Quomodo Deus per* Urim & Thummim *ſe Revelarit ignoratur. Joſephi hac de re ſententia. Joſephus explicatus. Incertum eſt quandiu* Urim & Thummim *fuerint aſſervata. Bellarminus refellitur.* Urim & Thummim *nihil pro Papæ infallibilitate faciunt. Sorboniſtæ Papas erroribus fuiſſe obnoxios ſcriptis ſuis teſtantur ac demonſtrant. Oracula ſubinde ſua Deus manifeſtavit per* בהתקול & *quomodo. Locus* 1 *Reg.* XIX. *vers.* XI. *exponitur. Locus Jobi* IV. *vers.* XVI. *explicatur. Uti & Matthæi cap.* XVII. *vers.* V. III. *vers.* XVII. *Actor.* IX. *vers.* IV. & X. *vers.* XIII. & XV. *diabolus tanquam Dei ſimius ſupradictos Revelationum modos imitari fuit conatus. Ex antris & locis abditis pſeudo-Oracula proferre voluit Satanas aut potius impoſtores ejus organa &c. De Jovis Triphonii antro. De antro Ithacenſi Homeri teſtimonium. De antro Sibyllæ Cumææ. Verbis & ſcriptis ex antris olim reſpondebatur. Plinius in terra latuiſſe numen exiſtimavit. Viſionibus & ſomniis diabolus hominibus ſua pſeudo Oracula manifeſtare voluit. Quo pacto ſomnia fatidica ſubituri ſe præparare tenebantur. De antro Charoneo in quo ægroti remedia contra morbos ſuos addiſcebant. Reſponſa per* Urim & Thummim *imitatus eſt diabolus. Ægyptiorum Sacerdotes quomodo* Urim & Thummim *ſint imitati. Quænam illis Somnia fuerint indita. De prima Oraculorum origine: Quænam fuerint antiquiſſima. De Hammonis Oraculo, ut & de Dodonæo: non conſtat quo anno Dodonæum Oraculum fuerit introductum. Belli Trojani temporibus fuit conſultum, teſte Homero. Locus Geneſ.* IV. *vers.* XXVI. *expoſitus. A primis mundi initiis falſa introducta fuerunt Oracula. Cyrillis*

rillus notatus. Auguſtinus refellitur. An ex cap. III. *vers.* XI. *poſſint extundi quatuor Sectarum aut Religionum intervalla, prout Patres nonnulli affirmarunt. Epiphanius aliique refutantur. Quo præciſe tempore Oracula innotuerint æque incertum, &c. ac Sibyllina Diluvio fuiſſe poſteriora certum eſt.*

CAPUT XIV. p. CCLVII.

DE HONORIBUS SIBYLLIS, A GENTILIBUS DELATIS.

BREVIARIUM.

TEmpla illis fuere conſecrata. Simulachro Auguſti templum fuit conſecratum & quotidie illi ſacra fiebant. Sacrificia Sibyllis offerebantur. Etiam ſtatuæ illis fuere erectæ. Lactantius emendatus. Viris & Fœminis clarioribus, ſtatuæ erigebantur. Sibylla Tiburtina olim uti Dea fuit culta. De antro Sibyllæ Tiburtinæ ejusque templum. quod nonnulli Herculi Sarano ſacrum fuiſſe exiſtimant. Templum Cumanum in nummis ſuis Gergithii in Sibyllæ memoram imprimi curarant. Tres ſtatuæ olim Sibyllis fuere erectæ. An recte Sibyllarum imaginen templis Chriſtianorum erigantur? De more adeundi Sibyllarum templa tractandique illarum Oracula. Summa cum veneratione, Sibyllarum Oracula conſulturi illarum templa adibant. Non ultra limen procedebant. Virgilii interpretes nonnulli refelluntur. In limine templi preces erant fundendæ Oraculum conſulturis. Limina templorum Paganorum erant ſacra ac proinde non licebat illa calcare aut attingere. Atque hinc factum ut qui Idolorum templa intrare volebant, limen tranſilirent. Novæ nuptæ non licebat mariti limen tangere, & cur? Limini etiam olim oſcula figebantur. Non ſolum templorum ſed & Curiæ liminibus. Velatis manibus, olim Oracula Sibyllina tractabantur. Vopiſcus emendatus. Caſaubonus refutatur. Precantes velatis manibus orabant. Salmaſius notatus. Res ſacræ olim velatis manibus peragebantur, & quo modo. Virgilius expoſitus. Vittæ non ſolum capiti verum etiam manibus aptabantur. Ramus oleæ in precibus adhibe-

batur. Homerus expositus ut & Tertullianus. Euripidis scholiastes explicatur, uti & Sophoclis. Appianus exponitur. Apud Gentiles illi qui sacra tractabant caput velabant. Cur velatis manibus Sibyllarum Oracula inspiciebantur. In principio duobus viris custodiendi Oracula Sibyllarum cura fuit demandata. Illis postea duo ministri fuere adjuncti. Quot annos durarit numerus duorum virorum servandis Oraculis Sibyllinis praefectorum. Quando duorum virorum numerus in denarium fuerit mutatus & quot annis mos ille decemvirorum obtinuerit. Decemviri ex Illustrissimorum numero eligebantur. Quænam illorum privilegia. A quibus post ejectos Reges eligebantur Decemviri. Cur servi illis adjuncti sine quibus illis non licebat inspicere aut adire Oracula Decemviri partim ex plebe, partim ex Patribus eligebantur. Quam diu Denarius hic numerus durarit. Quindecimvirorum numerus quando fuerit introductus. Quomodo XV. viri post exusta priora cum Capitolio Oracula, illa potuerint adire & inspicere. XV. virorum apud Historicos & Antiquarios crebra fit mentio. A collegis nonnumquam & a plebe postea fuerunt electi. Onuphrius & Schmidius notati. Quindenarius numerus postea mutatus fuit in quadragenarium. Oracula Sibyllina, sub Honorio concremata & plane ablata fuerunt. Cur istud factum fuit, Quando XV. virorum officio finis fuerit impositus. Quibus occasionibus inspicerentur Oracula Sibyllina. Occasione seditionis. Cladis in bello acceptæ. Etiam belli tempore. Ostentorum & prodigiorum causa. Etiam pestis tempore & ad valetudinem recuperandam. Item Terræ motus occasione & monstrorum. Quando respublica in magno periculo versabatur. Casaubonus refutatus. Clemens Alexandrinus refutatus. D. Paulus non commendavit Oracula Sibyllina. Vossius refutatus. Clementis Alexandrini errores notati. Quo pacto Clemens Alexandrinus inciderit in illum errorem, ut statuerit B. Paulum auditoribus suis lectionem Oraculorum Sibyllinorum commendavisse. Quo in pretio apud S. S. Patres fuerint Oracula Sibyllina, & an recte fidei dogmata talibus testimoniis fuerint confirmata. Jesuita Crassetus refutatus. Oracula Sibyllina Paganorum nihil de mysteriis Christianorum innuerunt. Falsa a Crasseto allegata testimonia refutantur. Quis operis CXLVI. quæstionum ad orthodoxos fuerit Author, saltem non fuit Justinus Martyr quamvis Crassetus illud ei attribuat. Quo tempore quæstiones illæ fuerint conscriptæ. Sunt Ecclesiæ Romanæ doctrinæ contrariæ.

CAPUT XV. p. CCCIV.

DE TESTIMONIO JUSTINI MARTYRIS.

BREVIARIUM.

JUstini Laudes: Ejus errores varii. De Deo Semone Sancto Justini refutatur opinio. An hic Semo Deus Sanctus fuerit Simon Magus de quo S. Lucas meminit. An Simon per aërem volaverit & precibus D. Petri præceps ruerit. An ipsi statua fuerit erecta. De Deo Semone Sanco ac circa illum ejus error. Quis fuerit. De cellulis LXXII *Interpretum Justini error. Hieronymus Justinum mendacii arguit. Hystaspes Scriptor suppositititius. An Sibylla Cumæa fuerit Berosi filia. Justinus omnium patrum primus Sibyllina Oracula allegavit, cæteri ipsius Autoritate fuerunt seducti. Crassetus refutatus. Justinus non habuit illos libros Sibyllinos qui nunc circumferuntur. Crassetus rursus refutatus. Blondellus contra Crassetum vindicatus. Athenagoræ errores. Ut & Theophili. Abutitur testimonio Origenis Crassetus. Adulterina multa, olim sub Sibyllarum nomine circumferebantur. Quænam sint cujusque Sibyllæ Oracula, hoc à nemine potest præstari. Blondellus rursus contra Crassetti argutias vindicatus. Justinus expositus. Num libri Sibyllini semper iidem fuerint. Oracula Sibyllina quæ nunc habemus non sunt à Sibyllis Paganis conscripta, nec sunt eadem. Crassetti error, quod lectione Oraculorum Sibyllinorum multi ad Fidem Christianam converterentur, refutatus.*

CAPUT XVI. p. CCCXXXIX.

DE LACTANTII TESTIMONIO.

BREVIARIUM.

LActantii Laus. Crassetus refutatus. Lactantius refellitur. Sibylla Scripturæ contraria. An Lactantius fuerit Capitolii Sacerdos? Marcus Antimachus refutatus. An Lactantius habuerit Originale Oraculo-

culorum Sibyllinorum exemplar? Quindecim-Viri erant Capitolii Sacerdotes. Crasseti contra Blondellum Calumnia. Lactantius Sibyllinorum Oraculorum lectione ad Fidem Christianam non fuit conversus. Palmarium Crasseti argumentum refellitur.

CAPUT XVII. p. CCCXLVI.

DE CONSTANTINI MAGNI TESTIMONIO.

BREVIARIUM.

CRasſetus refutatus: An Concilio Niceno interfuerint Martyres. Constantini gloria & laudes. An liceat ſuſpicari Reges eſſe mendacii reos. An Arriani, quos Synodo Nicenæ interfuiſſe dicit Crasſetus, Divinitatem Servatoris noſtri negantes, potius hæreſeos quam fovebant poterant convinci teſtimoniis Sibyllarum quam Sacræ Scripturæ? an Conſtantinus legerit libros Sibyllinos & quidem genuinos? Craſſum Crasſeti σφάλμα refutatum. An Acroſtichis de Chriſto in antiquarum Sibyllarum libris exſtiterit. Oratio Conſtantini expoſita ac in multis refutata. Cicero expoſitus. Negat Cicero in ullo mortalium repertum fuiſſe Furorem Divinum, quo futura prædicerentur. Ciceronis locus à Crasſeto depravatus. Alii etiam præter Sibyllas homines ad fugam Idololatriæ ſunt adhortati, atque unitatem Dei aſſeruerunt, nec tamen illorum carmina pro Oraculis Sibyllinis ſunt habenda. An hæc quæ nunc habemus Oracula Sibyllina extiterint ante natum Chriſtum. Blondellus contra Craſſetum vindicatus. Petrus Molinæus refutatus.

CAPUT XVIII. p. CCCLXIII.

DE REGE VENTURO.

BREVIARIUM.

JUdæorum & Christianorum de qualitate Regis venturi sententia non est eadem. Messias Rex esse debuit. Quomodo fama de Rege venturo totum peragraverit orbem. Inter Gentiles etiam rumor de Rege venturo olim erat dispersus. Regis illius adventum in Vespasiano fuisse adimpletum, testantur nonnulli. Prædictio de Rege venturo diversis fuit applicata, primum Lentulo, postea Ptolomæo Auletæ. Alii de Julio Cæsare intellexerunt. Herodiani Herodi Magno applicarunt, pro vero enim Messia habebatur. Alii de Augusto intellexerunt. Rumor de Rege venturo inter Gentiles sparsus, non fuit à Paganis de Jesu Christo intellectus. Inter Oracula Antiquarum Sibyllarum olim non extitit Prophetia de Rege venturo. Gentiles à Judæis illique à Prophetis acceperant. Virgilii quartæ Eclogæ expositio. Occasio scriptæ Eclogæ quartæ. Servius refutatus. Mos Imperatorum, dividendi agros inter milites, quali modo olim observaretur. Virgilius nihil de Messia refert in Ecloga quarta. Boxhornii de Virgilii quarta Ecloga, sententia. Boxhornius refutatus. Virgilius nihil de Rege venturo ex Judæa, prædixit. Maresius notatus. Virgilius refutatus. An quarta Virgilii Ecloga, desumpta sit ex Sibylla Cumæa. Petrus Molinæus refutatus, ut & alii. Virgilius nunquam Cumææ Sibyllæ carmina vidit, aut legere potuit. Saturni Regnum de aurea ætate. Unde quæ Virgilius in quarta Ecloga cecinit haurire potuit, probatur. Constantini sententia refutatur. Augustus Cæsar, Apollinis cultui fuit addictissimus, & cur. Constantini Quartæ Virgilii Eclogæ explicationi contradicitur. Virgilius de Virgine Deipara nihil prorsus scribere intendit. Astarte Virgo unde illi nomen illud? Virgilius non intendit mentionem injicere de Christo nec potuit. Crassetus refutatus. Constantinus denuo refutatus. Valesius σύμφων@. De la Cerda refutatur.

CA-

CAPUT XIX. p. CCCCVIII.

DE TESTIMONIIS S.S. AUGUSTINI ET HIERONYMI.

BREVIARIUM.

S. Augustinus se erroribus fuisse obnoxium fatetur. Crassetus refutatus. Cur Galli sic appellantur, an à γάλα? Isidorus Hispalensis refutatus. S. Hieronymus refutat Isidorum. S. Augustinus dubitanter scripsit, Sibyllam Cumæam de Christo fuisse vaticinatam. Servii expositio. An Sibyllarum Oracula non sint à Christianis conficta? etiam Pontificii S.S. Patribus contradixerunt. Nonnulli Papistæ contemptim de SS. Patribus loquuntur. S S. sibi invicem contradixerunt. An Sibylla propter initum Matrimonium exhorruerit Judicium extremum. Fabella de S. Catharina. Hieronymi Testimonium. D. Marckii observatio.

CAPUT XX. p. CCCCXXVII.

DE ALIORUM, APOLLODORI NEMPE ET PAUSANIÆ TESTIMONIIS.

BREVIARIUM.

An Apollodorus legerit librum tertium Oraculorum Sibyllinorum. Sibylla refutatur. Apollodorus refellitur. Sibyllæ mendacia. Quando floruerit Homerus. Hac de re Marshami sententia, ut & aliorum. Quando Diluvium terræ fuerit immissum. An Homerus quædam ex Sibylla sit mutuatus. Sibylla non fuit Homero antiquior. Palmarum Foliis Sibyllam inscripsisse sua carmina putant nonnulli. Alii alius generis Foliis fuisse inscripta, existimant. Homeri libri olim fuere confusi, quis illos

illos in ordinem redegerit. An Homerus fuerit Chius. Quidam putant fuisse Ægyptium: de Patria Homeri variant sententiæ. Cicero emendatus. Nihil certi de Homeri patria potest affirmari. In Chio olim habitavit Homerus. De honoribus Homero delatis. An cæcus fuerit natus Homerus. Cumani Cæcos ὁμήρους vocabant. Cæcitatis calamitas quo pacto evenerit Homero variant sententiæ. Versus aliquot Sibyllini qui à Christianis nonnullis pro genuinis afferuntur, olim ab ipsis Paganis pro spuriis & suppositiis habiti. Tertullianus notatus & refutatus. Tertullianus expositus. De vastatione Deli, &c. Antipatris Thessalonicensis Epigramma, &c. Possevinus refellitur. Sibyllinorum Author non vidit secundum Ædis Vestæ incendium, nec videre potuit. Mendacium Sibyllæ notatum. Betuleius refellitur. Sibylla non potuit Græce scribere, quia Diluvii tempore nondum erat Lingua Græca. Quam diu lingua unica remansit. Locus suppositititius in Josepho notatus. Aliud Sibyllæ mendacium. Homero fuit posterior Sibylla. A quo Græci literas suas acceperint. Quando Cadmus venit in Græciam. Græci antiqui scribebant more Hebræorum & Phœnicum, à dextra sinistram versus. Mos scribendi βϑϛροφηδὸς. Quomodo leges Solonis erant scriptæ. Homerus primus Heroicorum Carminum inventor. Nonnulli illud Mosi attribuunt. De Inventore carminum Heroicorum variant Doctorum sententiæ. Moses Scriptorum omnium Antiquissimus habetur. De risu Sardonio, quis fuerit. Quomodo populo antediluviano applicetur. Sibylla de risu Sardonio refutatur. Non est tam Antiqua Sibylla, uti gloriatur. Gehenna unde derivetur. Qualis fuerit locus. Oracula Sibyllina non sunt adeo antiqua, uti gloriantur nonnulli. De Ludis Iselasticis. Sibyllæ locus emendatus. De Signis Zodiacis. De Astrologiæ inventoribus. Novitas, non autem Sibyllæ antiquitas ubique patet. Camarinam movere non est adeo antiquum, uti venditat Sibylla quæ se in Noachi arca degisse gloriatur. Unde Camarina nomeu sortiatur.

SYLLABUS

CAPUT XXI. p. CCCCLXXXVIII.

DE AUCTORE ORACULORUM SIBYLLINORUM.

BREVIARIUM.

QUo tempore vixerit Auctor Oraculorum Sibyllinorum, secundum Doctiſſim. D. Voſſium. Tres eorum Auctores ſtatuit D. Voſſius & poſt Conſtantini Magni tempora illos vixiſſe. Poſt annum centeſimum trigeſimum Octavum conſcripta ſunt hæc ſuppoſititia Oracula Fraudes Scriptoris vel Scriptorum Sibyllinorum Oraculorum. Quando conſcripta fuerint hæc falſa Oracula ſecundum D. Blondellum, & quis vel quinam illorum Auctor vel Auctores fuerint. Sibyllæ mendacium Quis illorum carminum Auctor ſecundum Doctiſſ. Mareſium Hoornbekii de Sibyllinorum verſuum Auctore conjectura. Quis illorum Auctor ſit, incertum.

CAPUT XXII. p. DIII.

UTRUM SIBYLLÆ DIVINITUS fuerint inſpiratæ, &c.

BREVIARIUM.

NOnnulli exiſtimant Sibyllina Oracula, cum antiqua Paganorum adeo decantata, tum hæc quæ nunc octo libris comprehenſa habemus, fuiſſe à Deo inſpirata. Opinio hæc refellitur. Sibyllæ fuerunt furioſæ & inſanæ, Prophetæ & Divinitus inſpirati viri, tales non fuerunt. Sibyllæ fuerunt Melancholicæ ſecundum Ariſtotelem. Sibyllæ ipſæ fatentur ſe fuiſſe furioſas & mente alienatas. Sibylla ſibi contradicit. Spiritus Dei non reddit homines inſanos. Sibylla non novit omnia, etiamſi de omniſcientia glorietur. De omniſcientia Viri, Divinitus inſpirati ſibi conceſſa nunquam fuere gloriati. Juſtinus Martyr, aliique Patres

Patres, Sibyllas fuiſſe amentes, cum Spiritu Dei arriperentur, teſtantur. Hoc etiam ſic docuerunt Conſtantinus, Plato, &c. Prophetæ non fuerunt amentes. Hoc Patres antiquiſſimi docuerunt. S. Scriptura hoc etiam innuit. Non ſolum Patres Græci verum etiam Latini hoc affirmarunt. Sic etiam Neoterici cenſuerunt. Tertullianus refutatur. Prophetæ Divinitus inſpirati non omnia particularia, aut omni tempore ſtatim ac Oracula fundebant, illa intellexerunt. An Sibyllæ pro θεόφτοις à Deo motis poſſint haberi. Sibyllæ fuerunt diabolicæ. Prophetæ Divinitus inſpirati nunquam res ſacras vendebant, aut pretium pro illis accipiebant, ſed quidem falſi Prophetæ. Prophetæ Sancti plerumque nomina ſua, patriam, parentes, tempus quo vivebant, &c. Oraculis ſuis præfixerunt. Hæe quæ nunc ſub Sibyllarum nomine habemus Oracula, religioni Paganæ favent, ideoque non fuiſſe Divinitus inſpirata ſtatuendum cenſemus. Craſſetus refellitur. Hæc ſuppoſititia Oracula mendaciis & æquivocationibus ſcatent. De Oraculo olim Cræſo dato. De Oraculo fraudelento Athenienſibus dato. Quid ad illud OEnomaus apud Euſebium. De Oraculo Ætalis dato. De Oraculo ambiguo quod Lacedæmonibus Pythia dedit. De Apollinis reſponſo Philippo Macedonum Regi dato. De Vaticinio quod Appius olim accepit. Quo pacto Epaminondas Oraculo fuit deceptus, & Amilcar, &c. De reſponſo aſtuto primis noſtris parentibus à Diabolo dato. De Adami nomine, utrum ſit tetragrammaton. Etymologia vocis Ἄδης. Cur & unde Ἄδης vox ſic dicta. An à voce Ἄδαμ derivetur. De voce Ἄδης quomodo ſumatur apud novi teſtamenti ſcriptores. Adamus non fuit damnatus nec primus omnium hominum mortuus eſt. Sibyllæ mendacium.

SYLLABUS

CAPUT XXIII. p. DLV.

IN QUO PORRO PROBATUR, SIBYLLAS NON FUISSE DIVINITUS INSPIRATAS.

BREVIARIUM.

SPiritus Sanctus novit Linguam Græcam. Sibylla Barbare ſcribit, quod exemplis oſtenditur. Etymologias futiles pröponit ut & voces inuſitatas ac novas. Sibyllæ error de animarum ſtatu poſt mortem. Origenis error notatus & refutatus. Sibylla refellitur. Tertullianus de Statu animarum poſt mortem. Pœnæ infernales ſunt æternæ. De igne purgatorio per quem boni æque ac mali tranſibunt De hac opinione ſententiæ Patrum Latinorum ac Græcorum. Opinio hæc refutatur. Locus Pſalmi L. vers. III. *explicatur. Uti & locus* I. Corinth. cap. III. vers XIII. *Ex illo loco non poteſt probari Papiſtarum ignis purgatorius. Refellitur fabula de purgatorio igne, quo omnes omnino homines ultimo die purgandos aſſerit Sibylla. Craſſetus refutatur. Animas poſt ſeparationem à corpore fuiſſe in Paradiſum admiſſas refutatur, ac in cœlum fuiſſe receptas probatur.*

CAPUT XXIV. p. DLXXVI.

CONTINUATUR PROBATIO, SIBYLLAS NON FUISSE DIVINITUS INSPIRATAS.

BREVIARIUM.

UTrum Sibylla Millenariorum foverit opinionem, probatur hoc ex Lactantio. Crassetus refutatur. Ex ipsis Oraculis Sibyllinis probatur, Sibyllam fuisse Millenariam: Sententia illa olim inter Judæos obtinuit. Cerinthi blasphemia. Quando Cerinthus floruit. Eusebii de Cerintho Testimonium. S. Augustini & Isidori Hispalensis de Cerintho Testimonia. Cerinthus fuit semi-Judæus. Judæorum de regno hoc millenario sententia. Papias olim Cerinthianorum opinionem confirmavit. Eusebii de Papia Testimonium. Papias Patrum quam plurimos in errorem induxit. Exemplis res illustratur. Utrum Hierosolyma sit reædificanda. Utrum Cerinthus aut Papias primus regni mille annorum fuerit inventor. Millenariorum opinio refutatur. Sibyllæ mendacia. Quando Noachus egressus fuit ex Arca. Utrum Arca Noachi substiterit in Phrygia secundum Sibyllam, an vero in montibus Ararat secundum Mosem? Nulli montes alti reperiuntur in regione illa Phrygiæ in qua Sibylla Arcam substitisse dicit Amnis Marsyas Noachi tempore plane fuit ignotus. Sibyllæ mendacia refutantur. D. Is. Vossius refellitur. Apamea cur dicta Κιβωτὸς. *Salmasii opinio, cur* Κιβωτὸν *vocarint. Vox* Βαρὶς *non probat illud quod intendit Vossius. Cur* Βαρὶς *nominatus fuerit mons ille, incertum est.*

SYLLABUS

CAPUT XXV. p. DXCVI.

IN QUO J. CRASSETI OBJECTIONES CONTRA SCRIPTUM DE SIBYLLIS, DOCTISSIMI DOMINI JOHANNIS MARCKII,

Apud Groeninganos S S. Theologiæ Doctoris & Professoris, conscriptas respondetur.

BREVIARIUM.

DAvidis Blondelli scriptum de Sibyllis quando lucem conspexit. Laudatur etiam à Pontificiis. Crassetti ignorantia notata. Crassetus vi conscientiæ adactus, debitam Blondello laudem refert. Crassetti inhumanitas contra D Marckium. Crassetti inscitia ostenditur. Opsopæus non plus laudis Sibyllis tribuit quam ipse Crassetus, uti falso jactitat. Crassetus refellitur. Mendacia quam plurima, ut & fabellæ multæ quæ libris Apocryphis continentur, ostenduntur. Quinam errores, quænam mendacia aut fabulæ in libro Tobiti, Judithæ, Sapientiæ, Ecclesiastici. In adjectionibus ad librum Estheræ. ad Lib. Susannæ, Baruci, ac Macabæorum. De Bibliis Belgicis Antverpianis quædam notatu digna. De Psalterio Bonaventuræ. De Historia Christi & Petri Persice, à Xavierio Jesuita conscripta, quædam. Crassetti crassum delirium.

CA-

CAPUT XXVI. p. DCXLIX.

De Deo
HERCULE MAGUSANO
ET DE
DEA NEHALENNIA
In littore Maris Zelandici effossis.

BREVIARIUM.

EIndius & Gruterus emendantur. Hercules Maguſanus Thebano Hercule antiquior. Eindius refutatus. Ante Colæum Samium nemo Græcorum uſque ad Gades navigavit. Galli Dorienſes antiquum ſecuti fuerunt Herculem. Dorienſes non fuerunt Græci ſed Phœnicii. Dor civitas ubinam ſita. Ammianus expoſitus. Stephanus emendatus. Inſcriptio Weſt Cappellana correcta & expoſita. Hercules Maguſanus quis fuerit. Phœnices à Joſua fugantur. Hercules Maguſanus in Hiſpaniam uſque ad Gades navigavit. Qua forma pingatur Hercules. Templum huic Herculi Maguſano fuit erectum in Gadibus. Tyrii præcipue Herculem colunt. Maguſani nomen eſſe vocem Phœniciam probatur & explicatur. Unde Maguſanus Hercules vocetur, oſtenditur. Num Hercules Joſuæ tempore Walachriam uſque pervenerit? Pervenit etiam in Galliam. Unde civitas Ales in Gallia nomen ſit ſortita. Unde urbi Nemauſo, nomen illud ſit datum. Galli quomodo Herculem vocarunt. Quo modo Herculis cultus in Walachriam fuit introductus? Ad Scaldis oſtium olim fuit exſtructum templum Herculi Maguſano. Walachria olim à Dorienſibus fuit occupata. Quomodo Hercules Maguſanus à Walachris olim fuerit cultus. Zelandia ante Romanorum adventum in illas

las regiones, fuit cognita. Sub quo nomine Romani Herculem Maguſanum coluerunt? Templi Herculei deſcriptio. Quibus ceremoniis Hercules hic colebatur? Sub titulo Herculis Victoris Hercules Maguſanus adorabatur. Cur Portumnus fuerit dictus? Hujus Herculis varia nomina. Cur Melcarthus fuerit dictus? Cartheia à quo fuit fundata & exſtructa? Carthaginem quinam condiderint. Dea Nehalennia quæ ſit. Unde Nehalennia ſit dicta. Eſt nomen Hebræum vel Phœnicium.